REPETITIO L. IMPERIALEM, DE PROHIBITA FEUDI ALIENATIONE PER FRIDERICUM, ...

Bartolomeo Camerario

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
34 C
17

Digitized by Google

12-34.C.17

REPETITIO

L. IMPERIALEM,

DE PROHIBITA FEVDI ALIENATIONE

per Fridericum, longè doctiſsima & vtiliſsima,

Authore BARTHOLOMAEO CAMERARIO *Beneuentano, Iureconſulto præſtantiſsimo:*

Cui acceſsit
Rerum & Verborum toto hoc Opere memorabilium INDEX locupletiſsimus.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

BASILEÆ,
Per Thomam Guarinum,
M. D. LXVI.

12.34.C.17

AMPLISSIMIS VIRIS, GENERE, ERVDITIONE, virtute ac pietate præstantibus, HARTMANNO HARTMANNI ab Eppingen, ABRAHAMO LOSCHERO, & IOHANNI NERVIO, I. V. Doctoribus, ac iudicij Imperialis Cameræ Assessoribus, dominis suis obseruandis, S. P. D.

SAEPE in tanta vitæ licentia, rerumq; humanarum confusione, Viri amplissimi, quæri solet, ad quid prosit leges condere, promulgare, ac discere, cùm in imperijs pleraq; magis cupiditate, arbitrio ac violentia potentiorum, quàm legibus ac sapientia politica regi, imò leges ab hominibus efferis penitùs contemni & conculcari videantur. Marius reprehendentibus se, quòd vno tempore mille Camertinos contra leges ciuitate donasset, respondet se per armorum strepitum leges exaudire non potuisse. Iulius Cæsar, cùm patriæ bellum il-

laturus esset, in quo libertate populi Romani oppressa sibi dominatum constituit, amicis bellum dissuadentibus, quòd id contra leges esset, Ius in armis esse, renuntiat. Cumq; Pompeio ex Italia fugato, thesaurũ ex ærario populi Romani, foribus vi effractis, abrepturus esset, Metello Tribuno plebis, id certis legibus allegatis vetanti, ait: Non idem armorum ac legum tempus esse. Et quàm multæ aliorum etiam mansuetiorum voces his similes legũtur? Cicero, quo nullus tam legum cognitione, quàm eloquio clarior fuit, Leges inter arma silere concedit. Anacharsis philosophus, vel, vt alij tradidere, Zaleucus Locrensis, leges aranearum telis comparat: quòd vt hæ à magnis auibus facilè discinduntur, muscas duntaxat irretientes, sic & illæ à potentioribus contemnantur, imbecilliores tãtùm constringant. At quid de hisce dici necesse est, qui cognitione doctrinæ cælestis minimè imbuti fuere, quàm tetrum legum odium, quamque horribilis iudiciorum cõtemptus etiam apud hos, qui se Christianos dici volũt, & Euangelij doctrinam cognoscunt, conspicitur? Alius paulò potentior, alteri imbecilliori facultatibus contra omne fas ereptis, iure

re se experturum negat, vbi se armis tueri queat: dedecus esse existimans, de eo coram tribunali contendere, quod aduersarius bello moto in castris sibi adimere non valeat. Alius legum impatiens, si in ius vocetur, statim de rebus tunc beneactum iri proclamat, si iudicijs sublatis, ius equestre (vt vocant) in vsum reuocetur. Et quis singulas istas immanes atque Cyclopicas voces commemoret? Cùm ergo experientia quotidiana, & prudentum voces testentur, pleraque magis vi atque furore potentum geri, quàm legibus, an non interdum saniores cogitarent, qui finam legum vsus in tanta vitæ licentia esset, & an non discentium animi magis ad studia legum deserenda, quàm ea colenda commouerentur?

Etsi autem fatendum sit, legum authoritatem sæpiùs hominum cupiditate ac petulantia vinci, qui vel infirmitate humanæ naturæ, vel infelici syderum commixtione, vel praua educatione, vel malis hominum Cyclopicorum sermonibus, vel diaboli generis humani infestissimi hostis furijs impulsi, legũ vincula contumaciter perrumpunt atque oderunt: tamen non propterea honestissima,

generiq; humano vtilissima legum studia sunt abijcienda, sed animis consideratione dignitatis ac vtilitatis legum contra earum cõtemptum munitis, eæ tantò magis colendæ erunt, quantò maiore furore impeti ac impugnari videntur.

Hoc namque initiò constat, Deum æternum esse fontem ac authorem omnium bonarum atque honestarum legũ: qui cùm velit, et seriò exigat iustitiam, ac disciplinæ conseruationem, prudentum gubernatorũ mentes diuino afflatu commotas excitat & regit, vt legum honestarum atque iustitiæ fontes inquirant, & ex his inuentis atque perspectis formam iustitiæ, cum Dei sapientia in decalogo expressa, & sæpe illustribus testimonijs repetita, congruẽtem constituant, demonstrent, ac generi humano proponant, quò homines non beluarum ac pecudũ more, quò cæco impetu incitantur, ruant, sed secundum iustitiæ leges, tanquam regulam ac normam, actiones suas dirigant, ac moderentur, & turbulentis affectuum fluctibus sedatis, honestè, iustè, moderatè atque tranquillè viuant, simulq; ex ijs agnoscant, Deũ quoque iustum & veracem esse, amare iustitiam,

stitiam, & econtrà horribiliter iraſci iniuſtitiæ atque tyrannidi. Non etenim fruſtra notitias certas, immotas, veras, immutabiles et ex ſua æterna mente deſumptas, animis noſtris indidit, quaſi quæ radios lucis ac ſapientiæ ſuæ in nos ab æterno tranſfudit, ſed voluit has nos docere, cùm ſe eſſe mentem æternam, ſapientem, veracem, iuſtam, caſtam, ſecernentem bona à malis, diſtinguentem rerum ac perſonarum gradus, æqualem erga omnes, amantem ordinis ac vindicem confuſionis, tum quoque noſtras actiones diuinæ ſapientiæ ſuæ conformes, ac metis ea definitis perpetuò circumſcriptas atque incluſas eſſe debere. Exiſtiment alij, vel ſomnient potiùs, leges vel humano conſilio inuentas, vel potentiorum authoritate ſancitas, vel ſubtilitate atque argutijs Doctorum excogitatas, aut ad illaqueandos & eludendos litigatores, aut ad Principum tyrannidem ſtabiliendam, his qui veri earum cultores ſunt, omnibuſq; ſanis mentibus perſuaſiſſimum ſit, earum authorem eſſe Deum: illud ipſum non tantùm ſacris literis atteſtantibus, in quibus Spiritus ſanctus per os ſapientiſſimi Regis inquit, Per me reges regnant, & Iudices

iusta decernunt, sed & Ethnicis nulla religionis Christianæ cognitione imbutis id perspicientibus.

Nam præclarè Demosthenes, in oratione contra Aristogitonem legem definiturus, vt & eum secutus Iureconsultus l. ij. ff. de legibus, Legem inuentum & donum Deorum esse, dixit: vel, quòd per præstantes, vsu q3 rerum peritos gubernatores Deum hoc suum bonum impertiri sentiret: vel, quòd Legumlatores veteres, Minos, Lycurgus, Numa, alij que, quò plus authoritatis suis legibus adderent, Deorum oraculis approbatas olim finxerint. Nec aliam ob causam Ascræus poeta Διὸς ἐκγεγαῶν dixit, & veteres, Palladem, quam eandem & legum inuentricem, & vrbium gubernatricem fecerunt, ex ipsius Iouis cerebro natam esse finxerunt, quàm quòd ista pictura significare voluerint, leges esse eam normam ac regulam, quæ in mente diuina contineatur. Vt igitur Deus ordinem motuum cælestiũ, temporum vices, tempestiuas irrigationes, alias que naturæ partes, tanquam opera & beneficia sua, ac testimoniũ suæ prouidentiæ, sapientiæ, ac bonitatis ab omnibus agnosci & consi-

cõsiderari vult: sic quoq; vult leges, quas nõ modò vtilitatis nostræ causa instituit, sed &, vt de sapientia, bonitate, atque iustitia eius testentur, à nobis sedulò considerari, earumq; doctrinam ab eius sapientia ortam religioſè coli & conseruari.

Deinde, vtilitate ac necessitate legum animos saniores ad eas colendas excuscitari par est. Nisi enim legum repagulis efferatæ atque indomitæ hominum cupiditates coërcerentur, sed quò cæcis libidinibus incitarẽtur, ruerent, nec vlla religio Christiana, nec reuerentia erga Deum, nec obedientia erga Magistratum futura esset: non corpora nostra, non fama, non coniuges, non liberi, non facultates, denique res nullæ in tuto esse posset, sed omnia iam pridem beluarum istarum libidini ac violentiæ cessissent, & euerso ordine politico, deletis omnium rerum honestarum ac artium studijs, & ciuili societate humanæ vitæ dissipata, mores Turcica spurcitie, Cyclopica impietate, ac beluina feritate tetriores dominaturi essent. Cùm ergo Deus leges honestas tanquam firmum murum & vallum efferatorum hominum cupiditatibus opposuerit, vt eorum malitia re-

pressa, vera religio propagari, publica pax et ciuilis societas conseruari, corpora nostra defendi, ac familia nostra illæsa retineri possint, conuenit bonas mentes pro hoc beneficio Deo gratas esse, & in id incumbere, vt non saltem reuerenter legibus obediant, sed & de ijs ad posteros transmittendis cogitent.

Quin & exemplis aliorum studiosos atque cultores huius disciplinæ moueri decet, ne fracti animis stationem, in qua collocati sunt, deserant, sed eam pro virili tueantur. Nautæ tempestate exorta, quæ fluctibus atque procellis nauim exagitatam concutit, non statim remos abijciunt, vel gubernationis curam deponunt, sed tantò vehementiore contentione ventis obnituntur, quantò in maiore discrimine se versari vident. Nec veteres præstantes artifices huius doctrinæ, vel periculis deterriti, vel animis fracti, studia eius abijcienda censuere. Nec enim Vlpianum nobilissimum legum verticem (vt Modestinus eum vocauit) à studio harum, spicula, & stricti gladij, quos in eum milites disciplinæ impatientes vibrarunt, repulere. Nec Antistium Labeonem Augusti Cæsaris orbi terrarum dominantis offensio mouit, vt doctrina

trina legum relicta ad alia studia sese conferret. Nec alios præstãtes Iureconsultos, Cocceium, Neruam, Cassellium, Capitonem, bella ciuilia, quibus orbem terrarum ardere imperiaq; concuti videbant, ab hisce studijs deterruere: sed ea, sese melioribus temporibus seruantes, quantum potuere, ornarunt. Quòd si id Ethnicos fecisse videmus, quantò magis id nos faciemus, certi, quòd cùm politiæ Deo placeant, quæ legum neruis carere nequeũt, Deũ hasce vnà cum politijs seruaturum, si modò auxilium ab eo petiuerimus, & quæ nostri officij sunt, fideliter ac diligenter fecerimus.

Ac licet interdum leges à quibusdam horribili amentia, ac Cyclopica feritate contemnãtur, disciplinaq; politica petulanter conculcetur, tamen ob id, non tam studia generi humano vtilia deserenda erunt, quàm naturæ humanæ prauitas deploranda, quæ diaboli perpetui & infensissimi humani generis hostis furore percita, suis cupiditatibus indulget, ac legum & disciplinæ reuerentia excussa, miranda cæcitate in suas pœnas præceps ruit. Nam cùm Deus verè sit author & custos ordinis politici, non tantùm legibus, ma-

gistratus authoritate & armis instructos adiunxit, vt eas in populo sonent & tueantur, ac contumaces puniant, sed & animis hominum conscientiæ cruciatus tedis furiarum ardentiores indidit, & ipse hos, qui harmonia ciuilis societatis conturbata, manibus magistratus elabuntur, sua potentia ad supplicia rapit. Testantur id literæ sacræ in locis innumeris, contumaces, ac ordinis politici violatores à Deo puniri, affirmantes. Sed nec Ethnici lumine naturali rationis præditi, tã hebetes vel rerum imperiti fuere, quin non legum contemptum publicis atque priuatis calamitatibus puniri animaduerterint. Non allego singulorum sententias, quarum hinc inde plurimæ extant: quàm verò sanctè Hesiodus de violata iustitia scribit,

Καὶ ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
Αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες, etc.
Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,
Ὅστις ἀλιτραίνει, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

τοῖσι

τοῖσι δ' ὑρανόθεν μεγ' ἐπήγαγε πῆμα κρονίων,
λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν, etc.

Narrant Pindari poema, quod continet laudationem insulæ Rhodi, aureis literis exculptum fuisse in templo Apollinis Delphici. Quanto rectius verò Rerump. gubernatores fecissent, & hodie facerent, si in omnium tribunalium parietibus hoc poema de pœnis violatæ iustitiæ inscribi curarent.

Nec minus religiosè, quàm eleganter Solon in elegia sua, à Demosthene in oratione περὶ παραπρεσβείας citata, Melanchthone doctissimo interprete, de iustitia scripsit:

Et quanuis pœnas differt aliquando, tacetq;
Mente tamen memori facta nefanda notat.
Exigit et tandem pœnas, non regna, nec vrbes
Effugiunt clades, quas meruere, graues.

Eaq; vera esse, pœnæ eorum qui leges contumaciter contempsere, testantur. Vt etenim Titanes atque Gigantes bellum cælo illaturi, diuinitùs dissipati feruntur, sic & Cyclopici legum contemptores vesaniæ suæ pœnas dederunt. Multa furiosè Marius contra leges Romæ egit, sibiq; plus præsidij in satellitio Sulpitiano, quod Antiseiatum dixit, quàm legibus repositum existimauit: sed non diu-

turna eius amentia fuit, nam cùm multis ciuium millib. miserè perditis in Minturnensi palude famelicus iaceret, nec locum, in quo tutus subsisteret, vspiam inueniret, tunc clangore tubarum conticescẽte, in cineribus Carthaginis non inanem legum sonitum, sed vocem earum opinione sua maiorem sonantioremq; esse comperit. Iulius bello ciuili moto nullarum legum vocem audire volebat; dictu sibi quàm factu difficilius esse dictitãs: at cùm à viginti tribus conspiratoribus in curia Romana miserabiliter obtruncaretur, à vi, quam sibi à Cimbro Tullio inferri conquerebatur, priùs temperandum fuisse, sentiebat. Sic nec Antonium, Caligulam, Neronem, alia q; orbis terrarum pestes, legum reuerentia, quò minùs pro libidine sua grassarẽtur, continere potuit, tandem tamen eos diuina Nemesis oppressit. Pausanias quoq; celebratissimus Spartanorum dux, filia ciuis Constantinopolitani vi constuprata ac interfecta, vocem in somnis se admonentem flocci facit: postea verò ab Ephoris damnatus, atque in sacello, in quod profugisset, fame necatus, vocem imaginis sibi minitatæ minimè inanem sensit,

ἴσχε δίκης ἄσσον μάλα δὴ κακὸν ἀνδράσιν ὕ-
βρις.

Verùm ab exemplis ex Ethnicorum historijs conquirendis mihi tempero. Omnium namque gentium, temporum ac familiarum historiæ ea affatim suppeditãt. Vnius tamen non possum non meminisse. Annis ab hinc plus quadringentis Heinricus Archiepiscopus Mogũtinus, vir integer ac iustus, fraude Arnoldi Canonici sui, per Cardinales Pontificis Romani mercede corruptos, iussu Pontificis ab Episcopatu remouetur: ille à sententia ipsorum tanquam iniustißima, ad dominum IESVM Christum tanquam iudicem iustißimum appellat, ac Cardinales ad tribunal eius citat: Ipsi, vt filij abominationis ac iniquitatis cõsueuere, eo præcedente se secuturos ludificando respondent, iniuriã bono viro factam, impunitam fore existimãtes. At vix annus ab appellatione interposita elabitur, cùm Heinrici morte nunciata, non frustratoriam citationem eius ac appellationem fuisse experiuntur. Alter nãque ad opus naturæ secedens, intestinis in locum fœtidißimum reiectis, animam exhalat: alter verò dentibus proprijs manuum suarum

digitis amorsis, quasi seipsum deuorans expirat. O Deus Vltionum domine! ô Vindex iustitiæ Deus! iustum exercuisti iudiciũ, & in his omnib. non est auersus furor tuus, sed adhuc manus tua extenta est. Quis etenim horum temporum miserrimo atque tristissimo statu considerato, orbem terrarum tot calamitatibus, quibus recensendis vix dies sufficiat, fortuitò obrui putet? Alibi grassantur Turcæ, alibi alij hostes imminent, domi oppressionis miserorum finis non est, ac animi distracti ad bella ciuilia spectant. Non casu, nõ temere, sed iusto Dei iudicio hoc fieri existimemus, qui sic hominum leges contemnentiũ, ac omnem beluinam petulantiam exercentium furorem compescit atque Vlciscitur. Vbi etenim Vel diuini Vel humani iuris ratio habetur? Vbi nõ magis furore, Vi, & armis, Vt Ennius ait, quàm sapientia res geritur? Vbi honestatis atque virtutis amor reliquus est? Vbi publica salus priuatis cupiditatibus antefertur? Et quia tanta est nostra cæcitas, Vt causas horum malorum non consideremus: non mirum, si pœnæ pœnis accumulentur, ac de die in diem ingrauescant, & tandem penitus tyrannide Turcicá

tica opprimamur.

Quandoquidem itaque non tantùm vtilitas publica leges coli postulat, sed & Deus ipse, se hoc velle ostendit, earum notitias animis nostris infundens, ac violatores ordinis secundum eas instituti horribiliter puniens, omni animi contentione ac studio incumbere decet eos, quos in hanc stationem Deus collocauit, vt in tantis hominum vitijs atq; erroribus, notitias legum caligine densa contectas eruant, ac ijs illustrandis Rempubl. atque communem vitæ societatem iuuent.

Etsi autem non tantum ingenij, vel eruditionis mihi sumam, vt in numerum eorũ, qui id præstare queunt, me referam, sed intercultores tantorum virorum censeri, præcipuæ mihi laudi ducam, tamen occasione sese dante, hoc facio libenter, vt quæ studijs legũ vtilia videantur, pro virili iuuare ac promouere contendam.

Quare cùm ante aliquot annos Romæ in eruditissimam interpretationem celeberrimæ constitutionis de prohibita feudi alienatione per Fridericum incidissem, ea mecum in Germaniam aduecta, Typographo viro optimo, de ea, forma emendatiore & com-

modiore recudẽda, author fui, vt cùm controuersiæ de militijs (vt vocant) vel prædijs beneficiarijs, in Germania nostra, plus quàm alibi, sint frequentiores, eoq; hanc Iuris partem probè ac dextrè explicatam esse, publicè interfit, hac interpretatione animi discentium, in solida ac vera cognitione eius iuris, iuuarentur.

Nam ne de alijs, quæ eruditissimè acerrimoque iudicio author illustrat, quid dicam? Sanè quæ de extensione legum, de necessario consensu in alienatione feudorum, & de feudis ex pacto & prouidentia disputãtur, vix apud vllum huius iuris interpretem tanta eruditione, copia, iudicijque grauitate explicata inuenientur. Ac vtinam, quos septem libros, præter hanc Repetitionem, de feudis cõposuerat, eos per carcerem (cui eum Pius IIII. ad Pontificatum euectus tradiderat ad Cardinalium quorundam suggestionem, quos tempore obsidionis Romanæ sub Paulo IIII. in præfectura annonæ offenderat) ei publicare licuisset: vix absolutius, eruditius, ac grauius scriptũ in hac parte Iuris habituri essemus. Sed quicquid de alijs libris fiat, hãc partem dignissimam censui, quæ nostris hominibus

minibus communicaretur.

Prodituram autem in lucem, Viri amplissimi doctissimique, vobis inscribere placuit. Initiò quidem, vt cùm iam aliquot annos me immerentem singulari beneuolentia vestra prosecuti sitis, hac compellatione publica animi memoris qualemcunque significationem vobis ostenderem, tum quòd existimarem hunc authorem in Germania paucis cognitum, vobis secundum antiquam Platonis legem oblatum (qua voluit, ne cui liceret, quæ scripserit, alijs ostendere, prius quàm ea Iudices ac Nomophylaces viderint) vestróque acerrimo iudicio approbatum, alijs minimè displicere posse. Iuuet alios, ordinis vestri longè honestissimi, clarissimique authoritatem eleuare, eumq; quasi in ordinem cogere, & coarctare conentur, ego qui aliqua ex parte intelligo, quanti eorum virorum iudicium sit æstimandum, qui ob virtutem, doctrinam, rerumq; vsum singularem, iudicio præsident, in quo Deæ illius virginis, quam Themin ac Dicen veteres dixere, integritas multò incorruptior, maiestasque augustior, quàm alijs in locis apparet, non possum non vos, totumq; ordinem vestrum colere, mi-

rari, atque ſuſpicere.

Etſi verò hoc conſilium meum vobis minimè contrarium futurum ſperem, tamen etiam atque etiam rogo, vt id approbare veſtraq; excellenti authoritate fulcire velitis, certò ſtatuentes, quicquid in hoc à me ſuſceptum fuit, id ex virtutis ac eruditionis veſtræ ſingularis obſeruantia, & recordatione eximiæ beneuolentiæ in me veſtræ profectum eſſe. Idque cùm me à ſingulari humanitate veſtra impetraſſe confidam, vos quàm diutiſſimè rectiſſimeq; viuere & valere opto. Datæ Baſileæ Cal. Martij, Anno M. D. LXVI.

Veſtræ Excellentiæ ſtudioſiſſ.
Simon Schardius D.

S. D.

S. D. N. P.

CVM Eo tẽpore, quo vrbs armis obsidebatur, me cõsilijs Sanctitatis tuæ adsciuisses, generalẽq; exercitus Cõmissariũ (vt vulgò dicũt) atq; Annonę Prefectum creasses, quanta deinde in peragẽdis negotijs ego potiùs à rara eximiaq; prudentia & doctrina tua didicerim, quàm consulendo præstiterim, optimè omnium tua nouit Beatitudo. Quãtum porrò cõmodi exercitus tuus ipsa viuendi ratione sub hoc imperio mihi demãdato consecutus fuerit, nõ sanguinis effusione, nõ manuũ trũcatione, nõ deportatione vel perpetuo exilio, sed modò minis, quas exequi plerunque nõ intẽdebã, modò verò quosdã vilissimos homines torquẽdo, qui improbitate quadã, & minimè ferenda cõtumacia, edicta nostra reipublicæ causa proposita negligebãt, velut lanios, pistores, molitores, mulionésq;, & id genus alios, omnibus notũ est. Hac. n. seueritate illis perterrefactis, artifices ipsos quorũ opera egebã ex

inordinatissimis, qui esse solebant, & furtis vndiq; operã impunè nauabãt, ad necessariũ ordinẽ reduxi. Itaque factum est, vt catulis verberatis, leones quoque adeò timere cœperint, vt nemo me contemnendo te Sanctissime Pater contemnere ausus fuerit, sciens verbera tua nullo modo quempiã effugiturũ eorũ, qui sanctissimis mãdatis tuis obedire negligerent, verbera, inquã, vti verbis plerunque magnos viros sic verberare soles, vt vulnerib. penes eos qui te diligũt isthęc inferiora non sint. Quid verò Annonæ Prefectura addiderit, ipsa annonæ abũdãtia, & pretij vilitas, militũq; voces vndique, pclamant. Quid denique hoc quoq; anno quo eidẽ muneri me præesse voluisti, summis vigilijs & sudoribus in tãta caritate, tanquã instrumentũ & organum Sanctitatis tuę pręstiterim, eam ob causam particulatim enarrare nõ desinã, vt tua facta potiùs quàm mea omnes intelligant, dum ea summa cũ fide & solertia exequebar quę mihi à Sanctitate tua in horas mãdabãtur. Iussisti domine vti quanquã

in

in omnibus Italiæ vrbibus, ac regionib. altero tanto triticũ pluris esset, in quibusdã verò prouincijs ter tanto carius, quàm in hac Vrbe, ego tamẽ curarẽ ne hic pluris quinis aureis nũmis tritici mẽsura, quę Rubius vulgò dicitur, venderet: satius esse existimãs, cẽ tũ aureorũ millia in tãtis angustijs erogare, modò populus pane ventrẽ expleret, quàm pecuniã in proprijs mũdi huius vsibus consumere, firma fide credens hac ratione in vẽtre pauperũ pecunijs his recõditis, te in thesauris repositurũ esse cęlestib. Num solus loquor? ipsi pauperes in platęis isthæc prædicãt, lachrymæ itẽ quas, p salute tua coram dño effundũt, optimã fidẽ tei huiusce faciunt: quorundam item prętereа luporũ rabies, qui eosdẽ pauperes vorare cupiẽtes eò devenerũt, vt non erubuerint preces Sanctitati tuę offerre, vt cariori pretio frumenta vẽderentur. Quorsum ista? num vt aliquid laudis ex hac re mihi vẽdicarẽ? minimè sané: sat enim ipse habeo, si tibi qui Christi vicẽ in terris geris, satisfeci. Quid igitur? quippe vt pro præ-

mio laborũ horũ qui hunc felicíssimũ fínẽ præter omnium expectationem habuerunt, hanc remunerationem in primis consequar, ne quid temporis huic meæ curationi annonæ proroge tur. Hoc agricolæ ꝑ scopo habent, ipsaq; annonæ vbertas libertatem hãc exposcit: deinde vt hoc tempore quo Sãctitas tua corruptos, deprauatosq; mores, iustitiam item non ritè administratam, & studia ad pristinam dignitatẽ revocare, ipsasq; res ecclesię inde bitè alienatas, vti iuris est, eisdẽ ecclesijs restituendas fore insudat, vigilias has in medio laborum horum Romę typis traditas, quas tuæ Sãctitati dedico, tanquam Symbolum seruitutis meæ, qua soles, benignitate accipere digneris: poterũt quidẽ, ni fallor, alienationes ipsas vel cõprobãdo, vel im probando in multis prodesse: poterũt quoq; ad ornatũ huius studij accedere, in quo hactenus feudorũ lectio atque cognitio nulla aut certè exilis erat. Vale felicíssimè Pater Sãctíssime. Romæ pridie Calendas Iunij,

M. D. LVIII.

REP.

REPETITIO LEGIS, IMPERIALEM. DE PROHIB. FEVDI ALien. per Feder.

PER BARTHOLOMAEVM CAMERARIVM Beneuentanum.

VM meum & tuũ adinuentum esset, & gentes prouincijs iã distinctis, reges sibi cõstituissent, ea lege regna ipsis regibus dederũt, vt propria ipsorum regum patrimonia essent, sicuti Luc. de Pen. in l. ij. col. ij. C. de fun. patri. lib. xj. testatur. Hoc tamen pacto à populo iam dictis regibus data, vt regna ipsa sic indiuidua seruarẽtur, vt nec ipso rum partẽ aliquam distrahere possent, quemadmodum in c. licet. extrà, de voto. Doctores narrant. Quo deinde factũ est, vt ipsi reges, & pollicitam fidem seruarent, & regna rectè custodirent, barones, id est, graues homines adinuenire coacti fuerint, vt Luc. de pen. in l. fi. C. de man. & col. lib. xj. scribit: à verbo Græco bare, Latinè grauis, quibus merũ mi-

Origo feudorum.

Regnũ suapte natura indiuiduum.

Barones quí.

ſtumq; imperium dabant: vt Bal. in c. innotuit. de elec. dixit, Barones, inquam, id eſt, fortes homines excubijs principum etiam hodie præponi ſolitos, grandi corpore ad militandum apto, etſi ingenio plerũq; ſtolidi ſint: quaſi Verones, hoc eſt, ſectatores dominum ſequentes eſſe deberent, vt Cæſar 4. commentario rũ Belli ciuilis inquit. Quibus hoc quo-

Capitanei qui. que factum eſt, vt deinde capitaneos lex feudalis Bal. teſte in c. j. in verbo, marchio. col. ij. in fin. de his qui feu. da. poſ. eos vocauerit, quemadmodum ſatis apertè in c. fundamenta. §. proinde. de electio. in vj. patet. Adinuentis itaq; baronibus cùm Reges regni partem (vt pacta ſeruarent) dare ipſis nequirent, ne ingratitudinis vitio notarentur, néve eos, milites in futurum deſererent, hanc mediã adinuenerũt viam, nempè vt retento directo dominio penes reges, rerum partícularium ipſius regni quæ donabant, vti le dominium donec regibus placeret, vt in c. j. de his qui feu. da. poſ. in hos barones à quibus magna fidelitas ſperabatur, transferretur. Vnde & hoc aliud e-

Feudi uox unde. merſit, vt res ſic donatæ, feuda nuncupata fuerint: c. j. §. fin. in quib. ca. feu. amitt.

Feuda, à fide, faida, uel fidelitate. quaſi à fide dicta, ſeu à fidelitate, vt in c. j. §. fin. per quos fia. inue. uel à faida nomi-

ne

ne Longobardo, id est, inimicitia, vt dicit gl. in c. j. in verbo, legibus. de his qui feu. da. pos. seu à fœdere, quasi pro tuenda, & defendēda inimicitia publica: vel à fieri secundum Henricum in sua summa, quem citat Ant. de Prato veteri in c. j. de his qui feu. dar. poss. Dic tamen vt vis, modò intelligas, nomen hoc ipsius fidelitatis obligationem ostēdere. Hanc enim ob rem Claud. in prælud. feu. col. vj. & vij. in quæst. quid sit feudum. dixit, fidelitatem basim, fundamentū, & propriam substantiā ipsius feudi esse. Andr. de Iser. in c. porrò. quæ fuit pri. ca. col. iiij. & viij. subscribens, in c. j. §. huius autē generis. in quibus cau. feu. amitt. col. ij. in hæc verba prorupit, de essentia feudi non est seruitium quod præstatur à vasallo domino suo, sed est ipsa fidelitas: quod ita intelligendum est, vt seruitium absq; fidelitate sub aliqua seruitute separata, exempli gratia portare literas, de substantia feudi haudquaquam sit: verùm si ipsius vasalli seruitium considerabitur provt ineſt fidelitati: vt in c. j. de form. fidel. & in c. j. de nō. for. fidel. tale seruitium substātia ipsius feudi dicatur: c. j. hîc fini. lex. Hoc enim Lud. Roma. in consil. cccl xviij. col. v. in prin. ostendere voluit, dum dixit quòd tenetur ad fideli

Fidelitas substantia ipsius feudi.

Seruitium non est de essentia feudi, nisi in cō sequentiam fidelitatis.

tatem, & consequenter ad seruitium, nō tamen istum tex. citat. Ad quæ animaduertentes Iser. in c. j. §. valuasores. de his qui feud. dar. possunt. in prælud. q. iiij. & vbiq; : Iacob. item de ardiz. in sua summa col. ij. & Luc. de pen. in d. l. ij. C. de fun. pat. lib. xj. dixerunt, feuda paradogia, id est, nobilia, à publico, hoc est, à patrimonio ipsius regis, originem habuisse, seu ab eo qui districtū habet, & iurisdictionem, nec superiorem cognoscit secundum Bal. in c. j. §. j. col. penul. de duobus fratr. à patrimonio, inquam, fiscali: ex quo in Rege, & Imperatore duo considerantur patrimonia: Alterū quod est proprium ipsius Imperatoris seu Regis ante electionem coronæ, segregatum ab Imperio, & corona Regia, quod dicitur patrimoniale, distinctum à fiscalibus: Alterum verò, quod demaniale ipsius Regis nuncupatur, quod fiscale est: vt dicit Luc. de pen. in d. l. ij. col. ij. Sic enim duo patrimonia distincta in persona vasalli quoq; considerantur, feudale videlicet, & burgensaticum: in c. j. an agna. & c. filius. de cap. qui cur. vendid. Ecce quomodo feuda esse cœperunt: superest nunc vt personas intelligamus, à quibus ipsa feudorum iura originē sumpserint: qua in re siue feuda in esse deducta sint tempo-

Feuda à publico.

Patrimoniū aliud fiscale, aliud proprium regis, quod dicitur patrimoniale.

Patrimoniū ua salli aliud feudale, aliud burgensaticum.

Personæ quæ feuda inuenerint.

re

re Longobardorum, vti Iaſ. nititur demonſtrare, propter leges quas ſuper feudis Longobardi ediderunt, & quia hæ conſuetudines in multis ſe conformant legibus Longobardorum (quibus ad ſic dicendum non aſtringimur, quia potuerunt illę leges à conſuetudinibus ortum habere): ſiue à conſuetudine, vt Claud. in ſuis prælud. quæſt. iij. atteſtatur: ſiue ab Imperatoribus hoc nouum nomen feudi ſit adinuentum, ſecundum Iſer. in prælud. q. iiij. ſiue à Iuſtiniano, vti Lucas in l. quicunq;. C. de omni agro deſerendo. inquit, quem Moderni Pariſienſes reprobant: ſiue etiam dicas, quòd fuerint tempore Romanorum (vt alij vólunt): de quo per Aluar. Claud. & alios in prælud. eò quòd vaſallus vocatur clientulus, vt in c. j. in prin. & §. ſi clientulus. de alien. feud. de quo cliente leges Romanæ loquuntur in l. rem non nouã. §. fin. C. de iud. cum concord. de quibus per Aluar. in c. j. quartò nota. de controuer. feud. inter dom. & vaſal. eam ob cauſam ego pauca effundam verba, quia parum refert ſcire originem temporis, ſed bene refert ſcire originẽ cauſę: horumq; loco dimiſſa longa recitatione Caroli Molendinei ſuper conſuetudinibus Pariſij, in princ. operis, pro faciliori intelli

Feudi nomen à quo fuerit inuentum.

gentia dicendorum, hoc duntaxat iuuenes scire volo, quod paulò antè dixi, nempe ob solam fidelitatem regibus seruandam, feuda adinuenta fuisse. Rursum & hoc aliud perpetuò verum esse, dominium directum domini cui hæc præstantur esse, dominium verò vtile vasalli, à quo tum fidelitas, tum seruitia domino præstantur: vt in d. §. fin. in quibus cau. feu. amit. proindeq; oportere (vti iura feudalia statuerunt) vtriusq; cõsensum, in ipsius feudi alienatione interuenire: c. j. de prohib. feu. alien. per Lotha. & hîc: est enim vnusquisq; rei suæ moderator & arbiter, ob quod conuenit, vt ex æquo sic domino succurratur in suo directo dominio tuendo, sicut & ipsi vasallo in suo vtili conseruando: vt dicit Iser. in illo articulo, an feudum pro dote sine assensu obligari possit: infrà ead. l. nostra. ¶ Ipsius igitur assensus materiã tractaturi, scire imprimis debemus, duas assensus species nos habere: alteram quæ dicitur legis assensus, vt in §. callidis. vbi datur licentia feudatario, quòd possit iterum subinfeudare, & in capite primo, §. & si libellũ. de alie. feu. pat. vbi vasallus sine assensu domini feudum refutare potest: alteram verò, quæ dicitur assensus hominis, qui trifariàm diuidi-

Dominium directum, est penes dominũ: utile, penes feudatarium.

Cur utriusq; cõ sensus adesse debeat.

Assensus quatuor sunt species: legis, regis, agnati, et eius qui possidet feudum.

tur;

tur: primo nimirũ modo, cùm assensum hominis, id est, ipsius vasalli tenẽtis feudum intuemur, vt dominus directus nõ possit disponere de vtili dominio vasalli: & isti non sunt termini nostri, sed c. j. de clerico qui inuestituram facit. c. moribus. si de feudo fuerit controuersia. c. j. qui successores teneantur. & in alio tit. qui successores tene. Altero, si assensum hominis proponimus, illos considerando, qui non tenent feudum nunc, sed aliquando successuri sunt in feudo, vt est assensus filij in feudo patris, & agnati in feudo agnati: qui minimè sunt termini nostri, sed c. j. an agna. c. j. de succes. feu. c. Titius. si de feud. fue. contro. & c. j. de alie. feu. pat. cum cõcord. Tertio autem modo, cùm assensum hominis, id est, directi domini consideramus, qui adhuc tripliciter partiẽdus erit: primo modo, in quantum feudatarius de nouo inuestitur à domino de aliquo feudo: & isti nequaquam sunt termini nostri, sed c. j. de his qui feudum dare possunt. c. j. Episcopum vel Abbatem. c. j. de feu. guar. c. j. qui succe. tene. ca. moribus. si de feudo fuerit controuersia. & capitul. j. de cle. qui inuest. fe. cum similibus: secũdo verò modo, in quantum veterem inuestituram facit, hoc est, veterem inuestituram

Assensus domini tripliciter ex.

iam factam, vasallo moriente filijs confirmat, vt in c. j. per quos fia. inue. & vasallus soluit releuium, vt in c. j. §. similiter. de cap. qui cur. vendid. qui nequaquàm sunt termini nostri: alio & tertio modo consideratur, quatenus dominus directus, & vasallus vtilis dominus, simul vtile dominium alienare volunt, & isti sunt termini nostri, de quibus hîc, & in l. j. de prohib. feu. alien. per Lothar. in c. si vas. cõtra const. Lotha. & in constit. constitutionem diuæ memoriæ. in constit. regni. Restat modò, cùm vt nihil antiquitatis ignoretur, tum etiam vt quæ Federicus addiderit, apertissimè cognoscamus: figillatim omnes cõsuetudines alienandi feuda recensere. Quarum prima illa fuit, per quam licebat vasallo disponere de toto feudo, & illud etiam sine assensu domini alienare. In quo vna sola fiebat distinctio, vt hæc alienatio in præiudicium hæredum, non autem in præiudicium domini valeret, ita quidẽ vt feudo deinde aperto ad dominum reuerteretur: c. j. apud quem vel quos. Rursus vt consuetudinis huius authoritate totum feudum, non autem partem posset alienare: vt dicit glos. ibi in verbo, siue totum. nam quòd totum feudum isto modo potuisset alienari, est tex. in cap. j.

Alienandi potestas diuersis tẽporibus permissa, aut prohibita.

quid

quid iur. sit, si post alie. vasal. feud. recupera. Secundū tempus illud fuit, quando neq; in præiudicium agnatorum feuda hæreditaria alienari poterant, sed tantùm pro parte necessitate suadente: d. c. j. quid iur. sit. c. j. apud quem vel quos. & c. j. in princ. & in §. j. qualiter olim feu. alie. pot. habita distinctione, si feudū erat in curti, vel in districtu, nec ne, vt ibidem glos. tangunt: cum additione vnius qualitatis nouæ, quippe vt etiam in præiudicium domini hoc ei facere isto tempore liceret. Rursum vt illud quod prius erat, nempe vt eo mortuo sine hærede omnis feudi alienatio irrita fieret: vt in c. j. §. j. apud quem vel quos. Isto tempore si vasallus secundus in quem pars feudi erat alienata, volebat seruire domino & feudum ab eo recognoscere, dominus eundem inuestire deberet: c. j. §. j. in fi. qualiter olim feu. al. pot. Tertium tempus fuit, in quo omnes contractus fuerunt sublati, & sola subinfeudatio permissa: c. j. qualiter olim feu. alie. pot. §. si verò. & §. si autem. quem tex. ita intelligas dū dicit, quòd hodie licet sine fraude feudū subinfeudare, hoc est, ne dum secundū tēpora Lothar. & Feder. sed antea, quia Lothar. nihil loquitur de subinfeudatione, vt in l. j. de prohib. feud. aliena. per

Lotha. & Federicus in §. callidis. dicit, vasallos contendisse eisdem licere feuda subinfeudare: quod quidem dum ipse nō improbat, ita antea fuisse permissum atteſtatur: vt patet in d.c.j.§.donare.qua liter olim feu.alie.pot.ibi, donare autē, &c. Quartum tempus fuit, in quo vidē tes, quòd subinfeudatio sola remāserat, etiam ad contractum libellarium illud produxerunt (cuius contractus ſpeciem habes in l.j.C.de iure emphyt. & per gl. & ſcribentes in l.ſi finita.§. ſi de vectigalibus.ff.de damno infec.) vt pro medietate liceret ſine aſſenſu domini in libellum dare: c.j.de alie.feu.iuncto c.aut ſi libellario.quib.mo.feu.amit. Quintum tempus fuit, in quo idem dicebamus de pignore: c.ruſſus.quibus mod.feu.amit. quem text.ita intelligas, quia ſi quando permittebatur contractus libellarius, omnes alienandi ſpecies erant prohibitę: vt in c.j.de alien. feud. Cōtractus pigno ratitius, qui permiſſus fuit vſq; ad tempora Lotharij & Federici, fuit poſt contractum libelli, & non antea: parum tamē refert an præceſſerit, vel ſecutus fuerit. Sextum tempus fuit Lotharij, vti in l.ſua videtis, qui videns tot varias cōſuetudines, legem illam promulgauit, per quam omne commercium excluſit,

vt

vt in c.j. de prohi. feu. alien. per Lotha.

Septimũ tempus fuit Federici, qui Lotharij legem ſupplendo, legem hanc cõdidit: erat namq; dubium, an Lotharij lex extenderetur ad contractum pignoratitium, ad libellarium, & ad ſubinfeudationem, quæ iam erant permiſſa per conſuetudines antiquas, vt vidiſtis. Itẽ, quia leges futuris dant formam negocijs: l. leges. C. de legi. & nihil de alienationibus præteritis in ea dicebatur, ob quas imperium erat diminutũ, & ratio legis vtrumq; caſum cõplectebatur, an præterita cõplecteretur: nihil præterea dicebat de pretio ſoluto, quídve de rebus præſcriptis dicendum eſſet, an ſub lege illa comprehenderentur: & poſtremò, quia dubitabatur ſi lex illa Lotharij erat generalis, eo quòd non erat Imperator, ſed tantùm Alemaniæ rex, vt atteſtatur Oldr. in conſi. clix. hæc enim cùm dubia eſſent, volens imperio Romano conſulere, omnia perſpicuè dilucidauit, ac cætera neceſſaria, vt ex infrà dicendis patebit, ſua lege determinauit. Octauum tempus conſtitutionum, & capitulorũ regni fuit, quæ etiam & hanc legem pro parte corrigunt. Nam lex iſta ſubinfeudationem permittit, conſtit. verò, conſtitutionem diuæ memoriæ. illam vetat,

præterquàm in excadentialibus: hîc puniuntur ementes, & vendentes, ac notarius: ibi ipſe idē qui alienauit, reuocat. Hîc in dotem nō dantur feuda, in regno dātur, vt in c. in planitie ſancti Martini. de quibus cum Iſer. infrà latiùs dicemus. Hactenus candidis iuuenibus ſatisfeciſſe ſatis ſit: reliqua, omiſſa rubricę continuatione (cùm rubricæ non continuentur in feudis ſecundum Marti. & Ia co. de Beluiſ. in rub. de feu. guar.) aggrediamur. In text. ibi, debita ſeruitia amittebantur, & honor imperij & noſtræ felicis expeditionis complementum minuebatur: idcirco dixit expeditionis, vt omnia ſeruitia quæ à fidelitate deſcendunt, vt præmiſi, tam militando quàm extra militiam, vt in §. firmiter dicemus. vno verbo comprehenderet. In text. ibi, minuebatur. & in text. ibi, amittebatur, etc. vidētur hæc verba ſatis apertè oſtendere cum augmento, etiam ſine aſſenſu feuda ipſa alienari poſſe. cōfirmatur hoc imprimis quia text. in l. j. de prohi. feud. alie. per Lotha. nihil conſiderat niſi hoc damnum, & vtile. Secundò ex contextu c. j. §. fin. de inueſt. de re alien. fa. vbi vaſallus omnia agit in augmentum feudi. Tertiò per c. ſine exceptione. & c. terrulas. xij. q. ij. vbi omnia quæ tendunt in augmen-

An liceat in augmentum feudi aliquid abſque aſſenſu facere.

augmentum eccleſiæ, licet ſint prohibita alienari, ſi augentur, etiam non ſeruata illa ſolennitate, valent: quibus addi poterũt omnia dicta in l. non ſolùm. C. de prædi. mino. in l. nulli. & ibi gloſ. ff. de tranſ. in l. nõ eo minùs. C. de procur. & notata per Felin. in c. cauſam. extrà, de iudic. Similiter & ea quæ dicit Felin. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. col. xxxj. & Alex. in conſil. xxx. col. ij. in primo vol. quippe vt in alienatione feudi franchi, in quo nullum damnũ eſt domini, nullus requiratur aſſenſus: quod, an verum ſit, paulo pòſt dicemus. Huic opinioni ſubſcripſit Afflict. in rub. de alie. feu. pa. (quæ doctrina ex errore eſt ibi impreſſa: debet enim poni in c. j. in fi. an ille qui interf. fra. dom. ſui. vbi Iſer. poſuit illam additionem.) addens, idem tenuiſſe Iſer. hîc col. vij. & in c. j. §. fin. de cap. qui cur. vend. Ad hæc addi quoq; poterunt dicta per Bald. in l. contra iuris. ff. de pact. in l. cùm hi. ff. de tranſ. & ibi Gugliel. de cun. Bal. etiã doctrina, in l. quæcunq;. ff. de bon. quæ lib. cum concor. quæ tuo labore videre poteris, ne feudorum loco ciuilia aceruemus. Quartò ad hoc in medium perducitur tex. in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, ſatis apertus, & ibi glo. in

verbo, minuendis. quia si prohibet diminutionem, ergo permittit augmentum, arg. l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & l. cùm prætor. ff. de iudic. Quintò affertur tex. §. fi. in eadē constitutione, vbi sine assensu res excadentiales ad feudi vtilitatem locamus.

Assensus nō requiritur in excadentijs & rebus parum utilibus.

Sextò altera ratio est Imperatoris, quæ in nostro archiuo residet, vbi vult quòd terras subiectas feudo, quæ tenentur in demanio, si sunt parùm vtiles, pro portione debita fructuum, in augmentū feudi possint sine nouo assensu concedi: vt dicit Iser. in c. j. an ille qui interf. fra. do. sui. in fine, & in constit. constitutionem diuæ memoriæ. in verbo, minuendis. Quid dicemus? dicam in primis Iser. ita confusè quæstionem hanc scripsisse, vt aut noluerit intelligi, aut satis super hoc articulo dubitauerit: quod vltimum ea ratione mihi persuadeo, quia in consti. constitutionem. vbi erat locus cōgruus, de hoc parum loquitur: parum etiam loquitur in c. j. in verbo, regis. de his qui feu. dar. poss. & in c. nostro, col. vij. & cùm latiùs in eius senectute hoc tractare in c. j. an ille, qui inter. fra. dom. sui. cœpisset, in quadam additione quam non omnes libri antiqui habent, adeo ipsa additio difficilis, & corrupta est, quòd

vix

vix intelligi poteſt. Scripſit etiã Iſer. ſuper hoc in alia additione in c.j. §. ſimiliter.in ij.col.de cap.qui cur.vẽd.ibi,quid ſi de illis centum vncijs.& in c.j. §. præterea.in fi.de capit. Corra. in ſua lectura ordinaria, ſed nullo in loco perſpicuam rei huiuſce doctrinam nobis reliquit. Nos verò(etſi à prolixitate perpetuò abhorruerimus)vt,quantum licebit,veritatem attingamus,principiò indagare incipiamus,an ratione ſolius damni dominus directus certiorati debeat,nécne? Qua in re ſciendũ eſt, quòd licet in alienatione rerum feudalium conſideretur damnum,& vtile reſpectu domini, vt in l.iſta,& in l.j.de prohib.feu.alie. per Lothar.non tamen hæc cauſa conſideratur ſola,vti decipitur glo.in conſtit. fratrib. in vltima glo. qui æquiparat baronem in alienando perſonæ minoris:nam hęc qualitas damni ſola bene conſideratur, reſpectu familiæ agnatorum , vt dixit Bald.in c.j.§.hoc quoq;.de ſucc.feu. ſed reſpectu domini directi præter hoc vtile & damnum rei,vt eſt in minore, conſideratur vtile & damnũ voluntatis: quia operationes noſtræ ne dum damno nos afficiunt,ſi tendunt in diminutionem rerum,ſed etiam ſi tendunt in diminutionem volũtatis,vti Iſer.authoritate l. fin.

Aſſenſus domini an ratione ſolius damni interuenire debeat.

ff. de vſu & habi. hîc col. j. in fi. & prin. ij. & iij. c. j. §. præterea. de capit. Corra. docet: etiã ſi alia perſona, cui fit alienatio, melior eſſet ſecundum eundẽ c. j. in fin. in addit. de eo q interf. frat. domini ſui. & in conſtit. conſtitutionem. Hoc enim minimè de iure ciuili erat quod damnũ tantùm cõſiderabat: l. diligẽter. ff. man.

Aſſenſus quare perpetuò debeat intercuenire.

Non autem ſicut lex feudalis, quæ copulatiuè, & damnum rei & ipſius voluntatis abeſſe ſtatuit, vt dixit glo. in conſtit. hac edictali. & hoc quidem ea ratione recte dictum, quia licet habeamus vtilitatem rei, non propterea debet dari feudũ vaſallo quem dominus non elegerit: c. j. de duob. frat. ne fortè eſſet inimicus vel odioſus domino, non quidẽ ſibi placet rem ſuam ad illum peruenire, vt hîc Iſer. & in d. c. j. in fine, an ille qui interf. fra. domi. ſui. toties declarat. Huic opinioni acceſsit Pau. in l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acquir. hær. & Sali. in auth. ei q. C. de bon. auth. iud. poſſ. Quibus hoc aliud addam, nempe legem feudalẽ ita noluiſſe rem poſſe commutari de perſona ad perſonam, vt neque liceat in caſu quando datur licentia alienandi à lege vel ab homine, qualitatem aliquam nõ expreſſam à domino in aſſenſu, addere: c. j. §. ex eadem. & §. profectò. de leg. Corra.

In damnum domini ne alienetur feudum quod.

An ſine aſſenſu noua qualitas addi poſſit in feudo.

ra. Nec inæquali dare, vt ibi, & in c. beneficium. si de feu. fue. contro. patet. Qua de causa is qui potest refutare immediatè succesſuro, nō poterit muto: c. j. §. fin. epiſ. vel Abba. vel aliter debilitato: c. j. an mutus. ſecundum Ioan. Rainaldi, hîc. Etenim ſi dominus rem feudalem donauerit, & perſonas vocauerit, ad quos ſua voluntate feuda in infinitum peruenire debēt, ne alio tempore quàm dominus ſtatuerit, res illas habeant, nō poterunt præmaturè ante tempus feudum capere: c. j. de alie. feu. in princ. vbi nō poteſt refutari feudum vlteriori agnato, qui nō poſſet capere feudum tunc ſi moreretur ille agnatus qui vult in vlteriorem agnatū feudū trāsferre. Et hoc quidem rectè, quia noluit dominus, vt ex noua cauſa, etiam quòd ſint ab eo vocati, præmaturè feudum capiant, ſed quòd ex antiqua habeant: c. j. de eo qui fi. fec. agna. quicquid dixerit Bal. hîc, quē reprobamus, vnà cum glo. in conſt. hac edictali. tum per ea quæ hîc dicimus, tū etiā authoritate Iſer. in d. conſt. hac edictali. la ij. vbi in ſpecie hoc cōfirmauit. Addā inſuper adeò has alienationes leges feudales interdixiſſe, vt nequaquam poſsint vaſalli vocati à domino partes alterare: l. iſta. §. præterea ducatus. vbi non poſſunt diui-

Muto, uel debilitato non refutatur feudum.

Refutatio feudi non poteſt fieri incapaci, uel etiam capaci, qui non eſſet immediatus ſucceſſor.

Diuidendo uaſalli non poſſunt partes alterare, ubi uiuitur iure Francorum.

Aſſenſus domini cur adeo rigidè perpetuò obſeruetur.

dere feuda titulata, vel vbi viuitur iure Francorum: licet quandoq; ad ipsos feu dailla deuenire possint. Et ratio est, quia dominus non vult contemni à vasallo, vt solus disponat, quia si solus alienaret inscio domino, non esset gratus, & contemneret ipsum: ad quod vitandum rigida lege prohibuit ne sine suo consensu quicquam faciat, vt dicit Iser. in c. j. §. ne cesitate. qual. olim feu. alien. pot. His planè rationibus in medium productis, iuris ciuilis, aut canonici sanctiones, in hac quæstione minimè citari possunt, vt ab ipsis ad feuda argumẽtemur, cùm potuerunt illam rei suæ legem dare quam voluerunt: præsertim quia si vno tempore, & cum certa qualitate vnius fidelitatẽ elegit, illius fidelitas alterius dici non poterit: c. veritatis. extrà, de iureiur. glo. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis. & patet in §. illud. infrà, eadem lege nostra, & in lege generaliter. C. de rebus cre. in principio. Tenetur namque vasallus inter cætera non solùm esse fidelis, verùm etiam optimum præbere consilium domino suo: vt in capitulo j. de nou. for. fidel. & consilium diuersorum non est idem: vt ff. ad Trebel. l. quia potest. & ff. de arbi. l. item si vnus. Ita in particulari in feudo per illa iura tenuit Bal. in

Fidelitas electa in uno, non consideratur in altero.

Consiliarii oportet esse uasallum.

in c. inter dilectos. col. iij. extrà, de fide instr. Et deinde, quia in feudis habemus vnum, quòd aliter secũdum iura ciuilia iudicaretur, nempe vt ex qualitate addita, alia res sit, vti suo loco iam iam dicemus. Scire itaq; debet dominus omnia, præsertim personæ commutationẽ, nisi neglexerit illam scire: exempli gratia, quando datur licẽtia simpliciter de vendendo, vel pignorando: quia tunc, dum tamen detur æquali, vt in §. ex eadem. de lege Corra. electio personæ non est domini, sed est ipsius vasalli, qui talem licentiam, & assensum genericè obtinuit, provt dat cautelam Iser. hîc col. iij. ibi, tutius tamen est, etc. vbi latiùs dicemus, & differentiam inter hanc licentiã speciali ter traditam, vel per clausulas illas generales, de vendendo, alienando & in dotem dãdo, in priuilegijs apponi solitas, simpliciter, vel cum alia clausula, videlicet assensu nostro reseruato, fusiùs demonstrabimus. ¶ Quib. sic enarratis, ad rem redeuntes, dicere compellimur, minimè in augmentum feudi res ipsas feudales absq; directi domini assensu posse alienari: l. ista. & l. j. de prohi. feu. alien. per Lothar. & const. constitutionem diuę memorię. in quibus omne commercium prohibetur. Non quidem litera di

Qualitas addita, aliam rem facit.

Assensus domini in genere datus, quid operetur.

ſtinguit, ſi in vtilitatem vel diminutionem fiat: quo fit, vt etiam in meliorem commutando ſibi locum vendicent. Ad hæc aliud argumẽtum addam, quo Iſer. in d. §. fi. an ille qui interf. frat. dom. ſui. ibi, in verbo, ſed nõ videtur. vtitur, quod tale eſt: ſi is qui vendit, non poſſet feudũ conſtituere, minimè poterit in augmentum alienare, & quia iſti vaſalli nõ poſſunt res burgenſaticas facere feudales ſine aſſenſu domini, vt cõcludit ipſe ibi per tex. in c. j. de his qui feu. da. poſ. c. j. §. ſi verò cõtigerit. de pac. iur. firm. & in d. §. fin. de inueſt. de re. alien. fa. ergo ferendum non erit, vt ſine aſſenſu alienetur id quod in ſuo demanio tenebat. Cui ſubſcribens tertio loco dicam, ſi vera eſſet opinio, vt cum damno nõ poſsit alienare, ergo cum augmento ſic, vt vos cõtenditis. Dicam ergo iterum, vt etiam ſine augmento fieri poſsit, modò in damno non ſit: vulgata l. adigere. §. quamvis. ff. de iure patr. Quartò retorquendo arg. eorum in ſexto argumento contra illos, hunc in modum argumẽtabor: ſi res demaniales ita demum alienantur, ſi ſunt ſteriles, vt deducantur ad culturã, vt patet in archiuo: ergo patet, cætera etiam cum augmento per conſtitutionem eſſe prohibita: arg. l, cum prætor. ff. de iud.

Alienatio feudi ſine aſſenſu ei permittitur duntaxat, qui feudum de nouo conſtituere poteſt.

Burgenſaticæ res nõ poſſunt in feuda conuerti ſine aſſenſu domini.

Alienantur res demaniales ſteriles.

Iſerniæ

Iſerniæ itaq; veſtigia ſequamur, qui hãc opin. poſt multa vbique tenuit. ¶ Non obſt. tex.in c.noſtro, & in c.j. de prohi. feu.alie. per Lotha. nam ſi rectè ponderas verba tex. huius, hæc fuerunt: vnde debita ſeruitia amittebantur, & honor imperij minuebatur. per quam vocem, ſeruitia. minimè de damno pecuniario intellexit,ſed de fidelitate quam non habebat ab eo quem elegit, vnde imperij honor minuebatur,vt dicit litera, & ſuprà præmiſi: non quidem damnum, & vtilitatem realem conſiderat, ſicut contrarium arg. demonſtrare conatur. Non obſt. c. fin. de inueſt.de re alien. fa. quia huic argu.reſpõdet Iſer. in d.§.fi. an ille, qui interf. fra. do. ſui. ibi,in verbo,circa rem.vbi dicit,quòd augmentum rei bene poteſt fieri feudo addendo aliam rẽ, ſed non propterea permittitur illud etiam cum augmẽto ſi vult transferre rem feudalem in alium, quia qui non poteſt de nouo conſtituere feudum, nõ poteſt illud in alium transferre. Quod quidem augere, licet à quibuſdam intelligatur nedum addendo de nouo, ſed etiam remittendo,provt ita dicit Deciſ. Sacri cõ ſilij ccxxxij. & Bartholomæus de Capua,& Anto.de Alex. in l.iiij. de manu. vind.per illum tex.dum volũt,quòd au-

Damnũ regis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

gmentum posit fieri feudo sine assensu, remittendo ius quod habeo in feudo, vtpote, quia est mihi feudum hypothecatum, renuncio hypothecæ, illi qui hypothecauit, vel quia erat tributariũ, vel seruitus aliqua, remittitur, & fit liberũ. Mea tamen sententia minimè simpliciter istuc admittẽdum erit, quia si habeo reditus particulares in feudo, & ius aliquod distinctum re, quod vellem renunciare domino feudi vniuersali, illud facere non potero sine assensu, secundum Iser. in d. const. in verbo, transactionis. eo quòd illud remittere dare esset: l. quę rebatur. ff. ad l. Falci, & ff. de condict. ob cau. l. si mulier. quod sine assensu fieri nõ posset, quia non esset rem augere feudo, dum aliud feudum separatum quod cõsistit in persona mea, quæritur ipsi feudatario, sed commutatio in aliam personã fieret quam dominus respectu illius partis non elegit: nec diceremus tunc, illud fieri in augmẽtum feudi, sed in augmentum feudatarij. Etènim si hoc sine assensu permitteretur indistinctè, pactum de retrouendendo in parte feudi valeret, quod negamus. Sic enim intelligendæ sunt prouisiones regis Caroli II. incipientes, Vniuersis literas inspecturis. & Regis Roberti in rescripto, Vniuersis teno-

Dat qui remittit.

re

re præsentium,&c. per quæ declaratur, mulierē sine assensu posse remittere dotarium suum,quādo scilicet ratione dotarij habet ius contra feudum,non tamē distinctum & separatum re:quia tunc sine assensu nihil faceret, quemadmodū infrà in illa quæstione, an liceat ius in re constituere sine assensu, latiùs dicemus. Huic opin. accedit Capitius, hîc col. clxvj. & clxvij. quē videas, quoniā eius dicta hîc non recitamus, interim tamen rogo,ne hoc è memoria décidat tua,qppe vt perpetuò consideres, an augmentum fit semper augmētum:quia, si respectu vnius feudi esset augmentum, & respectu alterius feudi esset diminutio, si vni posset augeri, alteri non potest dimi nui: vt habetur in l.si pupillorum. ff. de reb.eorum.& per Iser.in d.cōst.dum dicit,quòd non potest remittere vnam gallinam:quod nota. Non obstat tertiū fundamētum:c.terrulas.& c.sine exceptione.xij.q.ij.primò, per ea quæ respondit Iser.in d.addit.in §.fin.an ille,qui interf. frat.dom.sui.ibi in vers.res ecclesiæ. inquiens,vbi lex admittit, quòd res prohibita alienari, alienetur in augmentum, provt est in rebus ecclesiasticis,bene cōceditur vt fieri possit,sed vt cū augmento res feudales alienentur,nulla lex hoc

Assensus qui non requiritur in remissione dotarij.

Gallinam remittere non licet in damnum feudi.

dicit. Rursum per ea quę respondet in §. præterea. de capi. Corra. in fi. in versi. sed dicta cōstitutio. vbi dicit, quòd etiam augendo non esset augmentum, sed diminui, si est contra domini voluntatem, etiamsi vasallus esset melior, per tex. in l. fi. ff. de vsu & hab. Et hoc modo etiam respondet in d. consti. & in c. j. an ille, qui interf. fra. do. sui. cui suffragātur omnia, quę vobis suprà præmisi. Et deniq;, quia Iser. in d. cōsti. dicit, quòd si in rebus minimis meliorando consentit lex, vt alienentur absq; solennitate illius capituli, non propterea in rebus magnis idem concesserit, quia etiam cum vtilitate contractus esset nullus: vt no. ibi, & in c. nulli. de reb. eccl. non alie. cum concor. Nō obst. tex. in const. constitutionem diuæ memoriæ. & gl. ibi: quia Iser. soluit vno modo arg. fatendo cōtrarium, vt ea, quæ dicimus, habeant locum extra regnum, & non in regno: quia in regno, quando fit in augmentum, toleratur: ita ipse in hac l. nostra, col. vij. vbi tibi dat exempla quomodo res melioretur: & assignat rationem in c. j. an ille qui interf. fra. do. sui. in add. fi. quam toto tempore tuæ vitæ non intelliges, tum quia litera corrupta est, tum etiam quia & ratio in se falsa est: hoc tamen in effectu dicere voluit,

vt

vt ratio sit, quia strictius est inhibita feudi alienatio de iure communi feudorum, quàm de iure regni, quia reuocatio in regno est permissa eidem alienanti: vt in constit. constitutionem diuæ memoriæ. quod quidem non est permissum extra regnum, vbi nihil voluit valere, & nihil posse reuocari statuit: nam extra regnum non statuit pœnam tantùm alienanti sine assensu, quo casu si non prohibuisset actum, actus valeret: l. fina. §. quare cõstare. ff. de diuort. & l. j. de his quæ pro non scrip. hab. Sed vtrunq; fecerunt, hoc est, & vetuerunt, & pœnam alienantibus statuerũt, & dũ hæc fecerunt, nõ dixerunt meliorando vel ampliando, vt tunc non habeat locũ lex ista: simpliciter ergo intelligatur, vulgata l. de pretio. ff. de publ. In regno aũt vbi hæc copulatiuè non fiunt, aliter dicamus, vt dixit ipse in c. j. §. similiter. de ca. qui cur. vend. ibi, quid si de illis centum vncijs, col. ij. quod quidem responsum in se falsum est, vt in calce istius argumẽti dicam. Obserua quæso, quia nõ tutus suo responso, in fine illius additionis in c. j. an ille qui interf. fra. do. sui. formatvnum argumentum, dicẽs: de istis rebus quæ stant in demanio, vt valeant, concedi sine assensu, videmus necessum esse, vt

sint parum vtiles: ergo sine ista qualitate, non est ferendum, constitutionem voluisse, vt res demaniales sine assensu concedantur, vt paulo antè dixi. Adauget animum, vt hoc sentiam, quia idem dicit Iser. in d. constit. in verbo, minuendis. Neq; in ea sententia permansit, quam in d. addit. in c. j. an ille qui interf. frat. do. sui. arguendo scripserat: nam in fine ita concludit, vt dixi. Patet hoc ex alia doctrina eiusdem in c. j. §. præterea. de capi. Corra. dum ponderat tex. cõstitutionis, dicens: quòd in d. constitut. prohibetur alienatio, per quam feuda diminuuntur, vt in tex. ibi, minuendis. & ibi gl. sed postea subnectit constitutio, vel cõmutandis. quæ commutatio ita completur commutationem rei, sicut & commutationem personæ: & licet respectu istius commutationis etiam in melius factæ ratione rei dicatur, rem esse auctã, tamen ratione personæ, quia contra suã voluntatem ei datur, dicitur diminutũ, etiam quòd persona sit melior. Idipsum in effectu confirmauit super illa constit. in verbo, iure proprio. Per quę satis apertè soluitur argumentum constitutionis, tum ex verbis proprijs, ibi, minuendis, vel commutandis. tum etiam ex declaratione pragmaticæ, quæ in archiuo stat,

dum

dum in rebus demanialibus dat licentiam alienandi res parum vtiles tantùm: & hæc est ipsa veritas, quia vtrunq; verbum stat in constitutione, & minuendis & commutandis. Quòd autem primum respondsum Iser. falsum sit, perspicuè ex hoc patet, quia satis punit etiam constitutio illa nedum vetat, eodem modo vti fit, in lege ista, quandoquidem si ipse nō reuocat statuto tempore, reuocat dominus, vt dicit Iser. ibi, & glo. in verbo, iure proprio. & si aliqua æquitate plus gaudet vasallus in regno quàm extra regnū, hac sola gaudet, quia ius reuocandi cōpetit, primò sibi, & secūdò eo non reuocante competit domino. Per quæ vides minimè verum esse, vt in regno fiat vnū, & de iure cōmuni feudorum fiant duo, quia vbique & vetatur, & datur pœna.

Demanialia quādo alienentur.

Alienatio feudi in regno, & extra regnum, ex æquo prohibita est.

Non obst. quintum argumentū, quoniam nos acceptamus illud ita qualificatè, vt suprà firmauimus in excadentijs.

Nequaquam obstat sextum argumentū, quia debet intelligi in casu suo, quod suprà non negauimus. vides tamē quomodo Aff lict. studio defessus, & senio Iserniam nō intellexit, quia ipse fatetur, quòd debet esse cū augmēto rei, & personæ, & non ponderat quòd semper dicetur, cum diminutione personæ, quan-

do persona nõ est electa à domino, vt in c.j.§.præterea.de capit.Corra.Iser.dicit. Ex quibus colligere poteris, quòd extra regnum nil non solitum etiam cum augmento cõcedere valemus, sine assensu directi domini: in regno autem excadentias duntaxat locamus, res item demaniales parum vtiles ad culturam deducendas, nisi modica pensione in fraudẽ fieret: c.j.§.donare.qual.olim feu. alien. pot. secũdum decis. cõsil. cxxix. & Luc. de pen. in l.si quis prædium. C. de agric. & cẽs. lib.x. cuius quidẽ fraudis, iudex ipse bonus erit pscrutator, vt in d. decisione sacri cõsil. habetur. ¶ Dices fortassis cõtra hanc dispositionẽ regni sic concludendo, vt suprà concluſimus, inter parua & magna, obstat l. quæ de tota. ff. de rei ven. Sed dic, q, lex quę de tota nõ habet locum vbi inter totum & partem diuersa est ratio, vt declarat Socci. in l. ait prætor. col.j.ff. de iureiuran. Iaſ. & cumulati per eum in l. qui sine. ff. de condi. sine causa. Sed sic est, quòd alia ratio est in his particularibus rebus, ergo diuersum ius. Nam in solitis & excadentialibus ipsa consuetudo efficit hoc, vt in c.j. de his qui feu. dar. poss. qua consuetudine in feudis viuimus: c. j. de feud. cogn. Et si res minimas vt ad culturam deduci

Alienatio feudi extra regnũ, in quo differat ab alienatione facta in regno.

Alienatio rei minimæ an sine assensu permittatur. Argumentũ de toto ad partẽ.

possint

posint,in regno concedi posse Imperator iussit:non propterea debet conqueri vasallus,quare maiora non posit alienare, quia cõtenta fuit lex regni has res minimas ita posse alienari, & sat est si amico in paucis consulatur:l.tutori.C.de nego.gest.cùm nõ eadem sit cura de magnis,sicut de minimis, vt notat Bald. in l.si præsidium.C.de ędil. act. Iacob. butric.in l.si post moram. ff. cõmod. & per Præpositum.in c.Moyses.vij. dist. Nã si per vnum modum licet ecclesiæ res alienare,non extenditur ad alium modum etiam vtiliorem,secundum Cald. in tit. de feud.consil.xj.Alexan.consil.ix.in ij. volu.incip.viso themate.col.j.& Pau. cõsi. cccxij.incip.quoniã adiectionẽ. ¶ Nec illud silentio præteribo,quod hîc dom. Capic.col.c.dixit,nempe vt dominus vi sa hac melioratione feudi debeat cõsentire,postquàm est vtilis: fortè secutus opinionem Afflic.in consti.si quis post litem.qui voluit hunc esse vnum de sex casibus in quibus dominus tenetur cõsentire,sed parcat dominus Capi.iste nõ est de sex casibus comprehensis in constit. si quis post litem. vbi Iser.illos enumerat,quando dominus teneatur consenti re, quia si hoc esset verum, non haberet locum in hoc casu:l.fin. ff. de vsu & hab.

Amico sat est si in paucis cõsulatur.

Dominus an possit compelli,ut alienationi cum augmento factæ, assensum præstet.

cuius causa, vt suprà vidistis, omnia sunt prohibita, & nõ ratione damni, vt suprà declaraui. Bene tamen verum putarẽ vt hoc alterum quærendum sit, an prorex vel vicarius generalis qui debent curare vtilitatem regis, teneantur consentire. In quo distingue, quia aut consideras vtilitatem feudi, vel feudatarij, aut regis. Primo, & secundo casu non compellitur: tertio verò de vtilitate regia, dic, vt dicam vnà cum Iser. infrà col. vij. versic. item secus. vbi videbimus, si proregi vel vicario conueniat, vt dicant quòd eis displiceat, vel si debent sequi vtilitatẽ regis. ¶ In tex. ibi, sine permissione illius domini, ad quem feudũ spectare dignoscitur. domini, inquam, tã directi, quàm vtilis, à quo feudum vltimus vasallus tenet, vt in §. illud. eadem l. nostra. dixi simpliciter directi domini, vt ex hoc intelligas, tam reges, quàm Imperatores ab hac lege comprehensos esse, ne cum Afflicto erres qui dubitabat, an persona Imperatoris sub verbis tex. huius cõprehenderetur. siquidem ratio quæ in medium producitur, hæc fuit: nimirum, vt consulatur imperio, vt patet in text. nam vbi genericè loquutus fuisset, adhuc in his verbis comprehenderetur, arg. l. regula. §. j. ff. de iuris & fac. igno.

Lex, Imperialem. an locũ habeat in Imperatore & rege.

Rex semper cẽsetur comprehensus in his quæ iubent domino aliquid esse præstãdũ,

Quis

Quis enim dubitare poteſt, quin prima cauſa ſemper conſideratur in perſona ipſius Imperatoris, & regis? vt dicit Iſer. in conſt. quàm plurimum. & not. in c. j. de his qui feu. da. poſ. vbi diximus. Quis præterea in meridie cæcutiens non videt, legem hanc ad ſupplendum legem Lothar. eſſe factam, quæ de his feudis loquitur quæ ad imperatorem pertinent? vt patet ibi, nemini licere. ¶ In tex. ibi, quia quod à principio non valuit, tractu temporis conualeſcere non poteſt, etc. Quid iſtud, nónne paulo antè oſtendi multos fuiſſe caſus, in quibus feuda poterant alienari? quod, ſi ita eſt, cur pro ratione aſsignat, qa quod à principio non valuit, tractu tẽporis cõualeſcere nõ poteſt? reſpondebimus fortaſſe, legẽ hanc loqui in caſibus antea nõ permiſsis: aut in caſibus, qui in fraudem fierẽt, vt in c. j. qual. olim feud. alie. pot. cùm fraus illo etiam iure fuerit excluſa? abſit. nam in lege iſta enarrantur caſus pignoratio nis, & libelli, qui antea permittebantur, vt in prima lectione in euidẽtialibus dixi. Dicere autem quòd loquatur de alijs caſibus extra iſtos qui in fraudem fierẽt, nequaquam: quoniam ita intelligendo, omnes iſti contractus ſine fraude permitterentur. quod quidem falſum eſt, vt

Quod à principio non ualuit, tractu temporis conualeſcere non poteſt.

infrà ſigillatim diſcutiemus. Quid igitur dicendum? Nempe vt palàm confiteamur, quòd tametſi de ipſius legis natura ſit futuris dare formã negocijs, vt in l. legis. C. de leg. cum concord. nõ tamẽ negatur, vt poſsit ad præterita extendi: ratio autem in promptu eſt, quia vt vitetur abſurdum: l. id quod noſtrũ. ff. de regu. iur. vt res mea ſine facto meo à me tollatur, fingit lex, hanc legem ante tempus contractus, & acquiſitionis dominij promulgatam fuiſſe: qua fictione præcedẽte, certũ eſt à principio nõ valuiſſe, vt in ſpecie declarat Iſer. in c. j. in j. col. in ver. & ideo. §. præterea. de c. Corra. cui gloſsã ſatis notabilẽ addere poterimus in l. vnica. ff. de cõdi. ex l. quę cõditionẽ. ex lege illa noua, ad veteres leges extendit: per quę remanet quoq; expedita gl. in verbo, conualeſcere. ¶ In tex. ibi, vel pro anima, etc. dic, vt dicam infrà in prima ampliatioue ad tex. ¶ In tex. ibi, ſub colore inueſtituræ. in iſto verbo dicebãt quidam hodie non pròbari ſubinfeudationem licitã eſſe, quia tex. ibi dicit ſub colore inueſtituræ, quam eis licere dicunt, non tamen hoc approbat quòd liceat. Tu autem dic, Federicum duo propoſuiſſe, ſubinfeudationem licitam ſcilicet & fraudulentam, eamq; ob rem nihil

Lex etiã præteritis dat formam negotijs.

Subinfeudatio aliàs licita, ſi in fraudem fiat.

hil de subinfeudatione licitadixisse, sed tantùm ne sub colore veræ & realis sub infeudationis faciãt inuestituram fraudulentã: vt hoc nobis ostenderet, quippe minimè, cùm aliquid à lege est permissum, liceat illud in fraudẽ facere: l. Titius. ff. ad Trebellianum. c. beneficiũ. si de feu. fue. cõtro. & c. j. qual. olim feu. alie. po. vbi Bal. & Aluar. hoc obseruant post doctrinam Isern. in c. j. §. sed & res. per quos fiat inuest. & in c. Titius. si de feu. fuer. contro. quod nota, quia si rex assentit vni actui faciendo, nõ valet assensus, si actus ille fit in fraudem alicuius, eo quòd lex fraudem non concomitatur, vt est tex. in l. si sponsus. §. circa. ff. de donat. inter vir. & vxo. pro quo vide Bal. in l. item. & l. seq. ff. ad Maced. text. item in l. ordine. §. in fraudem. ff. ad municip. & l. is qui. C. de rescin. vendi. & dicta in c. j. de cap. Corra. Abb. in consilio lxxxij. in pen. col. in primo vol. Bald. in l. si pater. C. de inof. donat. in iij. col. & per Paul. in consil. cxcviij. incip. visis dubijs. Doctores quoq; in c. si vasallus de feud. in tit. de contro. inter vas. & alium de bene. Hinc certè etsi aliàs nemo cõtra factum defuncti in feudo hæreditario possit venire, tamẽ si actus fit in fraudem, contrauenire poterit, secundum

Fraus perpetuò exclusa censetur, ut permissa nullo modo in fraudem faciamus.

Assensus nunquã præstitus censetur, ut aliquid in fraudẽ fiat.

Hæres cõtrauenit facto defuncti cum fraude facto.

Bar. & alios, in l. defuncto. C. si in fraudem patr. & in l. si quis. C. ad legem Falcid. Sic enim primo modo propositio illa limitatur, vt cuiq; liceat de iure communi feudorum feudū subinfeudare, non tamen cum fraude: quod intuens Iser. infrà hîc col. iiij. prope fin. dixit, vt tametsi mulier possit se tradere viro nō dando feudum, hoc tamen non possit facere in fraudem: ita quidem, quòd si aliqua soror feudatarij se maritaret, & non exprimerentur dotes, ad hoc vt iuxta formam cōstitutionis, vt de successionibus à successione non excludatur, Docto. de fraude, vtpotè quia inter partes de dote aliquid conuentum esset, aliter diceremus. Pro quo est text. in c. regni. incipiens, vniuersis. aliàs, emergentium rerum confusa varietas. Animaduertite tamen semper, quia quandoq; fraus respicit regem consentientem, de qua nos tractamus: quandoq; verò respicit personā vasalli alienantis: & quātum ad hāc fraudem attinet, recurre ad ea quæ habentur in l. fin. C. de bon. libert. & l. filiæ meæ. ff. solut. matri. Limita & secundò regulam hanc, vt cuilibet liceat subinfeudare, minimè in regno Neapolitano sibi locum vendicare, eo quòd per constit. constitutionem diuæ

Mulier nō tradit se viro absq; feudo, si hoc facit in fraudem.

Subinfeudatio in regno est prohibita.

diuæ memoriæ. ſubinfeudatio eſt prohibita. Tertiò etiam limita, quando in inueſtitura eſſet appoſitum pactum de non alienando, quia vt aliquid operetur, oporteret intelligere, vt nec iuſtè alienetur, ſecundum Innoc. in c. Rainaldus. extrà, de teſta. & Archid. in c. ij. de reb. eccle. nõ alien. in vj. tunc enim neq; ſubinfeudare liceret ſecundum Bald. in c. j. §. præterea. de cap. Corra. ¶ Pulchrũ tamen erit & hoc aliud determinare, an ſubinfeudatio permiſſa, perpetua ſit, & duret in infinitũm, vt dicimus in c. j. de eo qui ſib. & hæred. ſuis. & in c. j. §. hoc quoq;. de his qui fe. da. poſſ. an verò reſoluto iure datoris, reſoluatur ius acceptoris: vt in c. rurſus. quibus mod. feud. amit. Deinde, an id quod dicimus in c. j. §. ſi verò. qual. olim feud. alie. po. vt is, in quem facta eſt alienatio, extincto iure datoris poſsit offerre ſeruitium, & fidelitatem domino, qui compellitur illam admittere, habeat locum hodie vaſallo alteri feudũ ſubinfeudãte. ¶ Quòd reſoluatur ius iſtius ſubinfeudati tenentis feudum, textum ego primo loco in medium promam, in c. j. §. ſi verò. qual. olim feu. alie. pot. Secundo, in c. rurſus. quibus mo. feu. amit. Tertio, in c. j. §. ſi clientulus. in fin. de alie. feud. Quarto

Subinfeudatio tollitur, ſi fit pactum de non alienando.

An ſubinfeudatio permiſſa, perpetua ſit.

verò loco sic argumentabor:Non quidē deterioris cōditionis sunt agnati,quàm dominus: c.j.apud quem vel quos.vel saltem ex æquo reuocant: c.j.§.porrò. qualiter olim feu.alie.po.sed subinfeudando nō nocet agnatis: vt in c.Titius. si de feu.fue.contro.Minimè ergo nocebit domino,vt resoluto iure datoris,nō resoluatur ius acceptoris. Et quinto, quia hæc communis opinio, est Iser.in c.j.§.sed & res.per quos fiat inuesti.in j. col.& ibi Alex.Mart.Alua.& Bal. Idem Isern.& scribētes in c.j.col.j.qual. olim feud.alie.pot. Aluer.& cumulati per ipsum in c.j.§.fin.de contro. inuest. Iac. de sancto Georg.in suo tracta.feud. in verbo, itaque dicti vasalli & eius hæredes.Mart.in c.Titius.si de feu.fuer.contro.& Iser.& alij in c.rursus.quib.mod. feud.amitt.& Feli.in c.quæ in ecclesiarum.col.xxviij.versic.tertia declaratio. quoniam(vt inquit Bald.in l.si duobus. §.sed quia nostra.commu.de lega.in vltima col.in fi.) qui non habet dominiū liberum,non potest agere liberè,sed tātùm ad tempus transferre:vt ff.loca.l.si quis domum.§.primo. ¶ Pro contraria opinione,alia communis opinio in medium producitur, in c.j.qui succ.tene. vbi concludunt cōsensum domini duo

operari: Alterum, vt actus valeat in vita illius qui alienauit: Alterum, vt valeat in infinitum, in persona ipsius qui recipit feudum, & hæredum suorũ: ita quidem, vt resoluto iure datoris non resoluatur ius acceptoris: lex autẽ & homo, vt ita loquar, vadunt à pari: l. fin. C. de fi deiuss. ergo lege cõsentiente vt fiat subinfeudatio, valebit in infinitum. ¶ Nos autem quæstionem hanc in duo capita partiemur: quia, aut loqueris de toto feudo, vel aliqua parte integrali, de his quæ tenet ipse feudatarius in demanio suo: aut loqueris de rebus subiectis feudo, quæ subinfeudari consueuerunt, vt sunt excadentalia ipsa. Primo casu eam ob causam primam opinionem sequor, vt non valeat perpetuò, quia perspicuũ est, Federicũ nil circa hoc statuisse: quo fit, vt regulis iuris antiqui stare debeamus: arg. l. præcipimus. C. de app. in fin. Quinimò & hoc aliud addam, adeò hãc legem recipere interpretationem à veteri iure, vt nequaquam corrigatur tex. in c. j. §. ex eadẽ. de lege Corra. quãdo vasallus potest subinfeudare res cõsuetas. vt si non subinfeudaret, nedum sincera & bona fide, sed coequali & sub eodem seruitio: quia non faceret tunc actũ ficuti à lege sibi permittitur, perdat feudum

Assensus homi nis, operatur duo: legis uerò assensus, unum.

Subinfeudatio totius feudi, uel partis integralis, quomodo in persona subfeudatarij maneat.

Dominus an ho die teneatur finito tempore, quo feudum potuit subinfeudari, ab eodem ob latum seruitium acceptare.

Subinfeudatio coæquali faciẽda est.

ſtatim, vt dicit Iſer. in c. j. de ſucc. feu. verſi. & olim. col. j. & in c. j. §. donare. qualiter olim feu. alie. po. Addam inſuper minimè tex. in §. ſi verò. quali. olim feu. alie. po. corrigi. Sed, vt reſoluto iure ſuo, poſtquam eſt æqualis alienanti, & ſub eadem lege habet, vt etiã hodie poſsit offerre fidelitatem, & ſeruitium domino, ſecundum Ioan. Rain. hîc, Iac. de Beluiſ. ibi, & hîc in vij. q. & Beltr. Capre. ibi: vbi Iſer. quoq; in pri. illius tex. in prima co. & in c. j. qui ſucc. ten. dicit, quòd cõtractus claudicat. idipſum bis idem Iſer. dixit in c. j. §. ſi de manſo. de controu. inueſt. col. pe. & fi. vbi in ſpecie hoc firmat: idem tenuit in c. rurſus. quibus mo. feud. amit. verſic. vel poſtquàm. ſed intellige ſanè, vt tunc ita dicamus, quando ſumus in terminis: d. §. ſi verò. & à principio fecit actũ licitum, putà, ſubinfeudando: vt in verſic. callidis. & in caſu illius ca. quia, ſi feciſſet actum illicitũ, in hoc hodie §. ille eam ob rem eſſet correctus, quia dum licebat tunc alienare in vita, ex tali iuſto principio, quòd propter aſſenſum legis valuit, dominus tenebatur poſt mortẽ illius ab altero, qui feudum cum aſſenſu legis poſsidebat, fidelitatem recipere: cùm verò in vita non valet, & actus

ſic

sic nullus est, vt statim feudum ad dominum reuertatur: vt hîc, & in §. firmiter. vbi cum Iser. dicemus: aliter dicendum esset secundum Alua. & alios in d. §. rursus. quibus mod. feu. amit. Hanc enim ob causam, quia cessat legis assensus, minimè in regno admitteretur offerendo fidelitatem: quia, si quispiam vellet subinfeudare in regno, faceret actum nullum, secundum constit. constitutionem diuæ memoriæ. itaque teneo authoritate gloss. & Bal. hîc col. ij. Aut & secundo considerabimus res istas particulares feudi, non provt sunt in demanio: siquidem aliàs sunt concessę, & tunc in istis dic, resoluto iure datoris non resolui ius acceptoris. Ita Iser. in const. mulier quæ dotarium. vbi per iura ciuilia hoc probat. sed est text. feudalis in c. j. qui suc. ten. & in c. j. de cler. qui inuest. fac. vbi solita subinfeudari, clericus subinfeudat perpetuò: facit quoq; bonum argumentum ca. j. an remo. deb. test. qui par. esse desi. ratio autem diuersitatis inter hos casus hęc est, quia videtur gerere hoc secundo casu actum sibi iniunctum, vt solita subinfeudet in vtilitatem feudi, & sic etiam in §. fin. in const. constitutionem diuæ memoriæ. vbi constitutio illa hoc tole-

Subinfeudatio facta in regno est nulla.

Subinfeudatio rerum particularium feudi an resoluatur resoluto iure datoris.

rat, vt excadentialia & res parum vtiles vel steriles ad culturam deducendo, possint alienari; tunc enim perpetuò alienabit. Quæ cùm ita se habeant, dicamus haudquaquam hodie tex. in c. j. qui succ. tene. esse correctum, quia subinfeudauit res illas prælatus vtile agēs negocium feudi, de iuribus apertis feudo, quæ non residebant in persona sua, sed in persona vasalli mortui: quod autem nos dicimus in primo capite, propterea est, quia alienauit ius quod in eius persona residebat. Nā aliud est ius proprium alienare, quod prohibetur, quàm solita concedi concedere, vel etiam consentire alienanti, tollēdo obstaculum inualiditatis contractus per suum assensum, sine quo contractus esset nullus: in quibus casibus ius semel translatum perpetuò firmum est, secundum iura Iser. in dicta cōst. mulier quæ dotarium. & in d. ca. j. qui succ. tene. in c. j. de cler. qui inuest. fecit. & in ca. j. de his qui feud. dar. poss. cum concord. Et ad legem fina. C. de fideiuss. respondē, quòd non sic succurrit lex, sicut homo: quia homo consentit propter duo, lex autem consentit propter vnum, secundum Isern. in d. c. j. qui succes. tene. Et patet per text, in ca. j. §. j. qualiter olim feud.

feud. alien. potest. vbi text. cum mysterio dicit, domino dissentiente, quasi secùs fuerit eo consentiēte. Non quidem tenet cōsequentia, de consensu legis ad cōsensum hominis: quia si vterq; cogitauit nō nocere tertio, vt patet in c. j. de alien. feu. pa. vbi homo nō nocet agnato tertio, & lex nequaquam nocet tertio, id tamen quod lex facit, in hoc consistit, vt valeat actus qui ea repugnante non valebat, secundum Isern. in ca. Imperator Lotharius. ibi, lex, & diuisio; homo autem, & hoc aliud facit, nempe vt noceat ei, quando aperiendum est feudum ipsi domino: secundum Isern. in d. c. j. qui succes. tene. Cumque lex faciat vnum, homo autē duo, minimè à lege ad hominem argumentari licebit: per quæ satis explicata est glos. in verbo, sibi licere. ¶ In text. ibi, nulla præscriptione ei obstante: quia, quod ab initio non valuit, tractu tēporis conualescere non potest. super quibus verbis, etsi paulò antè ex parte illa explicauerimus, iterum indagare inutile non erit, an omnia iura feudalia loquentia de præscriptionibus sint hodie à lege ista correctà: c. nimirum si quis per triginta. si de feud. fuer. controuer. ca. j. de consuetud. rect. feud. & cap. j. §. final. si

Præscriptiones in feudis, an sint hodie per hanc legem sublatæ.

de inueſt. inter dom. & vaſal. lis oriatur. & id genus reliqua. ¶ Cui quæſito ſi reſpondere voluerimus, paucis res ipſa poterit abſolui, animaduertẽtes legem hanc curſum duntaxat temporis conſideraſſe, vt patet ibi, tractu tẽporis, etc. Quo fundamento nobis propoſito, dicere compellemur, omnes prę ſcriptiones, quæ ſe fundãt ſuper ſolo curſu temporis, eſſe hodie correctas: non autem illam, quæ nõ ſe fundat ſuper ſolo curſu temporis: proindeque c. ſi quis per triginta. ſi de feud. fuer. contro. hodie non eſſe correctum. nam bonus cauſidicus minimè dicet, ſe poſſediſſe per triginta annos, ſed dicet ſe habere inueſtituram, & loco inueſtiturę præſentandę probabit curſu temporis triginta annorum præſtitiſſe ſeruitium domino ſuo: ex quibus ſic copulatiuè probatis, inducetur inueſtitura quædam prę ſumpta, qua vaſallus erit tutus: ita Iſern. & cæteri in d.c. ſi quis per triginta. & in §. præterea ducatus. infrà, eadem lege noſtra, & in c.j. §. quid ergo. de inueſt. de re alien. fac. ¶ Eademque ratione minimè c.j. de conſuet. rect. feud. vel cap. j. §. final. ſi de inueſt. inter domi. & vaſall. lis oriatur. correcta eſſe dicemus: quia in illis iuribus non concurrit tempus

Præſcriptiones quæ ſe fundãt ſup ſolo curſu temporis, hodie ſunt correctæ.

Inueſtitura præſumpta cũ curſu temporis idem operatur quod uera.

vnius

vnius anni dũtaxat, ſed cõcurrunt tria: Primò tẽpus, ſecundò ſcientia domini, tertiò iuramentũ vaſalli, dum vaſallus iurat ſe eſſe inueſtitum: vt cõmuni ſententia tenẽt Alua. & alij, in d.c.j.de conſuet.re. feud. Sic enim ſacrum cõſilium bis iudicauit, vt patet in Dec.cccxxiiij. & Deciſ.cccxcviij. Obſeruate quæſo aliud eſſe præſcribere aſſenſum apertis verbis minimè datũ, ſed præſumptum: quàm prçſcribere feudum cum expreſſo aſſenſu conceſſum in præiudicium feudatarij. quia præſcribere aſſenſum poterit contra dominum præſentem, vti paulò antè dixi: itidem & cõtra feudatarium non petẽtem feudum (quod totum eſſet legitima ſua) is, qui cum aſſenſu vero vel præſumpto feudum poſſidet, ſi hæreditarium eſt, præſcriberet ſpatio triginta annorum, propter propriam negligentiam, ſicut in legitima dicimus, vt communiter concludunt Doctores aceruati per Iaſ. in l. ſi quis filium. C. de inoffic. teſt. poſt alios & Alexan. in conſilio cxxviij. in primo volu. col. v. & conſilio viij. col. fina. in iij. vol. Dec. conſilio ccciij. in princip. & Guid. Papa conſilio lxxxij. in feudo autem ex pacto & prouidentia ſibi ſoli primo agnato noceret, vt in c.j. an agnatus. fu-

Præſcribere aſſenſum, aliud eſt, quàm præſcribere feudũ.

Præſcriptio feudi hæreditarij omnibus nocet, feudi uerò ex pacto & prouidentia agnato duntaxat.

sius dixi. ¶ Illud tamen te latêre nolo, nempe vt isti actus, per quos inducitur inuestitura præsumpta, fiant cum eo qui de nouo posset facere inuestituram veram: si autem tali authoritate caret, cõtrarium dicas. Ita Alexan. in consilio cxxxvj. in pen. col. in primo volu. per text. in l. item veniunt. §. petitã. lo. ij. ff. de pet. hære. & in Clemen. causam. in verbo, specialiter. de electio. sic enim intelligenda sunt iura in c. j. de cõsuet. rect. feud. & in c. j. §. fi. si de inuest. inter dom. & vasal. lis oriatur. vbi dominus debet scire, dic tu p se, vt in d. §. petitã. vel per procuratorem ad id specialiter deputatum: d. Clem. causam. in verbo, specialiter. Hæc ipsa veritas est, quam te sequi volo, modò semper obserues potestatem quam ipse procurator habet vendẽdi feudum, vel expressis verbis inuestituram faciẽdi. Dixerim hoc, ne fortè erres, vt id quod dicitur in Rege, velis ad proreges extendere, qui possunt facere inuestituras cõfirmatorias, & alienantibus assensum præstare, vti communis forma esse solet: non autem de nouo dare, vt tunc ita demum concedamus, ex his præsumptam inuestituram causari, quãdo eadem expressè ab eodem fieri potuisset, vt in primis duobus

Præscribi non potest inuestitura præsumpta contra illum qui non potest facere inuestituram veram.

bus casibus dixi, ne plus valeat fictio, quàm veritas ipsa possit, contra l. adoptio. ff. de adoptio. Huic opinioni accedit Loffr. in consilio xxxiij. in penul. & vltima col. vt assensus proregis non noceat in eo quod expressè prorex facere non potuisset. Neque illud cogitare velis, quod quidam minuti Feudistę considerãt, quippe ex hoc præsumpto actu aliquod emergere posse damnum in prę iudicium regis, quia bene sequi poterit illud tacitum damnosum provt ius vult: l. quamque. ff. de ritu nupti. vt infrà dicemus de subastatione. ¶ His autem illud obstare videtur, quia assensus domini est gratia, secundum Bald. & Clau. in prælud. feud. quæ non probatur per testes, neque præsumitur nisi scriptura ipsa ostendatur: c. sicut. extrà, de re iudica. & ibi per Doctores. ¶ Sed dicite vos scripturam, non esse de substantia probationis ipsius gratiæ, concessionis feudi: nã feudum constituitur in esse sine scriptura: vt in c. j. quid sit inuest. & c. j. de consuet. rect. feud. Et probatur etiam per testes: cap. j. an remo. deb. test: qui par. esse desi. cap. j. quid sit inuesti. & c. j. de controuer. inter dom. & vas. de inuest. Et admittuntur etiam testes extranei, nedum pares curiarum;

An assensus possit probari per testes.

Gratia concessionis feudi nõ requirit scripturam.

ca.j.§.si verò. quid sit inuest. Ex quibus magis dubitamus (cùm sit gratia) de ratione, quare probatur per testes: vt probari posse Isern. in ca.j. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in constit. dignum in constitutionibus regni. lib. iij. concludit. Cui quæsito respondeo, gratiam simplicem non posse probari per testes: c. sicut. extrà, de re iudicat. gratiam verò mixtam, quæ non stat in puris finibus gratię simplicis, vti est in feudis, in quibus transit in speciem contractus feudalis, qui propter obligationes debitas à vasallo domino suo, & à domino ipsi vasallo dicitur contractus nominatus de per se, vt dicit Isern. in prælud. feudor. quæst. v. Barto. & cæteri, in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis. Claud. & Modern. in prælud. feud. in quæst. quid sit feudum. optimè probabitur per testes, sicut cæteri contractus onerosi, de quorum substantia non est scriptura. Ex quibus alia quoque potetit solui dubitatio Bald. in rubrica de condi. ex lege. col. final. cùm anceps erat, an iste contractus assimilaretur contractui emphytheotico, in quo requiritur scriptura: vt in l. j. in gloss. in verbo, scriptura. C. de iure emphythetico. & vt hoc dubium non solueret, dixit, quòd

Gratia simplex non probatur per testes.

Contractus feudalis per se contractus nominatus dicitur.

Contractus feudalis an assimiletur cõtractui empŏyteutico.

quòd est priuilegium: nam non omnis contractus requirit scripturam, nec cõtractus feudalis regulatur ab emphytheotico, secundum Iser. in c.j. an agn. vbi dicta Papiẽs. in v.q. in l.j. de iure emphyth. pleniùs examinaui. Itaq; intellige, & solue omnes dubitationes positas per Aflict. in Decis. cccxcviij. & in alijs ccxliij, ccliij & cccxix. ¶ In text. ibi, & in alios trãsferunt. oportet ergo ad hoc, vt possit puniri vasallus, duo copulatiuè cõcurrere: alterum, vt feudum vendat: alterum, vt tradat, quemadmodum in cap.j. quid iur. sit, si post alienationem vasal. feud. recu. in cap.j. de vasal. qui contra constitution. Lothar. patet, & ibi Isern. gloss. hîc, & in cap.j. de prohib. feudi alien. per Lothat. & in c.j. quid iur. sit. & in cap.j.§.j. de leg. Corra. Bald. in l. voluntas. C. de fideicom miss. hîc, & in cap. aut si libellarium. quibus modis feud. amitt. motus, quia verbalis alienatio non est alienatio, & ideo ne puniatur, potest pœnitere. & cumulati per Iason. in l. final. q.xix. C. de iure emphy. per Iacobum de sancto Geor. in verbo, & cum pacto. de non alienando. & per Curt. in quarta parte, in xl. causa amiss. feud. xx. q. vbi ea ratione maximè mouetur, quia non

Contractus feudalis an sit priuilegium.

Traditio feudi si facta non est, an vendẽs feudo priuetur.

dicitur alienasse, si non tradidit: l. j. C. de fundo dotali. iuncta l. traditionibus. C. de pactis. pro quo allego casum in l. sicut. §. si debitor. quibus modis pign. vel hypoth. solu. vbi in re alienata cum consensu creditoris, donec tradatur, durat ius pignoris: & satis apertè demonstratur in ca. illud. quæ fuit prima causa benefi. amit. Sed contra hanc communem conclusionē videtur obstare, quia determinans plura determinabilia, illa determinat æqualiter: l. nā hoc iure. ff. de vulga. & pupil. sed iura ista ex æquo puniūt vendentē, emētem, & notarium stipulantem: & notarius non punitur propter traditionē, sed ex sola scriptura, & actu verbali: ergo eodem modo punientur emens, & vendens. Et ita tenendo non modò obstarent iura contraria, ciuilia, eo quòd dum legem habemus feudalem, illi stamus: c. j. de feud. cognit. sed nec feudalia, cùm omnia à Federico corrigantur. Secundò patet ex verbis illis, vt re & precio vasallus vendens carere debeat. præsupponit nanque eūm habuisse precium, & rem tenere, quę nō erat tradita. Tertiò, quia in hac lege omne commerciū per quod imperij vtilitas diminuitur, prohibitū est: vt dicit text. in gloss. in creditore. in simi-

simili in l. sicut. §. si debitor. quibus modis pign. vel hypot. sol. ergo non requiritur traditio, sed sufficit contractus. Quartò, quia litera dicit, non licere feudum distrahere, vel aliquod commercium habere: & natura disiunctionis huius est, vt casum à casu seperet: vt in Clemen. sepè. de verborum signific. quo fit, vt cùm dixit, distrahere. intelligatur cũ effectu: vt in l. j. C. de fundo dota. cùm verò dixit, aliquod commerciũ etiam excogitare. intelligi debet sine traditione. Quintò afferam doctrinam Iser. in l. j. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in c. j. si vasal. contra constit. Lothar. dum ait, Obertũ de Orto, qui interpretatur l. j. de prohib. feud. alien. per Lothar. & ca. j. si vasal. contra constit. Lothar. feud. alien. hoc considerasse, nempe Lotharium alienationem duntaxat, non autem traditionem intuitum fuisse. ergo etiam re non tradita, pœnæ istius legis locum habebũt. Et vltimò, quia text. dicit, vt non licet vẽdere nec alienare. quo fit, vt alienare intelligatur cum traditione, & vendere sine traditione, vt est text. de vtroque in l. alienatum. ff. de verborum signific. ¶ Quid dicemus? id dicã, vt minimè à carrotio, vti Bononienses inquiunt, sit discedend

Notarius quare puniatur etiam re non tradita.

dum: quia, vel notarius nō punitur nisi re tradita: vel, si punitur, ea ratione est, quia totum, quod in eo erat, adimpleuit: quod non est in feudatario, qui non fecit omne illud quod potuit: & re integra ita hoc casu habet in eo locum pœnitentia, sicut in alijs extraordinarijs delictis, secundum Bald. hîc col. ij. per l. ex hoc. §. si quis. ff. de alien. iud. mut. ca. fact. Et si litera nostra dicit, re ipsum priuari & precio, non loquitur de venditore duntaxat, sed per vocem, si quis. quæ & ementem & vendentem comprehendere potest. Nec obstat l. sicut. quia ibi creditor consensit, at hîc dominus non consensit. Nequaquam obstāt verba illa, aliquod commercium excogitare. quia sensus literæ est, ne aliquid in fraudem excogitent, & fingēdo subinfeudare, feuda alienētur. Nec obstat, quòd Obertus in c. j. si vasal. contra constit. Lothar. nihil dixerit de traditione, postquam illud bis expressit in cap. j. quid iur. sit. Quid enim obesse poterit taciturnitas sua, si Federicus illud aperte dixit? Nec obstat sextum argumentum, quia in §. callidis. simul de alienatione, & venditione dixit, vt omnis casus comprehensos in l. final. C. de rebus eccles. non alien. & in l. alienationis. ff. de

de verborum signifi. comprehenderet. Necesse est igitur, vt res tradatur. ¶ Sed tunc illud se offert, an traditio debeat fieri per actum verum, an verò sufficiat per actum fictum veram esse trãslatam possessionem, vt feudo priuetur? exempli gratia, in precario, per quod ciuilis tantùm, vel in constituto, per quod ciuilis & naturalis transferuntur possessiones, vt in l. quod meo. ff. de acquirẽ. possess. In qua quæstione, vt sufficiat actus fictus, more solito ad partes arguã. Primoque loco argumentum Paul. de Cast. in l. prima, §. si rem. ff. depo. in medium producam, qui dixit, quòd licet per constitutum fictæ translata sit possessio, tamen possessio quę transfertur, est vera: l. quod meo. ff. de acquirenda possessio. & l. certè. §. primo, ff. de precarijs. cum conc. Nam, si vera est translata possessio, omne quod in eo fuit, iam consumatum est: quare, etc. Nec illud obstabit, quippe vasallum qui feudum alienauit, adhuc possessionem retinere, quia non consideramus quis de facto teneat possessionem, sed an semel sit trãslata: vt patet in ca. j. quid iuris sit, si post alienationem vasal. feud. recup. vbi non sufficit eũdem possidere, si semel possessionem in alium transtulit.

Cõstitutum an idem operetur quod uera traditio, ad probandũ uasallũ feudo uendito, eo esse priuãdum.

Huic opinioni subscribunt omnes cumulati per Iasonē in l. iij. ff. de iure emphyth. q. xx. & per Francisc. Curt. in suo tractatu feud. in quarta parte principali, in vltima causa amissionis feudi, q. xiij. & q. xx. & per Iacob. de sancto Georg. in suo tractatu feu. in verbo, & cum pacto. de non reuoca. col. ij. & Alb. Bru. in consilio xlij. & hîc ita vt prima, quod aiunt, facie dicamus, hanc esse communem opinionem, cum qua nouissimè transit Apostilla, in decisio. Guid. Pap. Decis. cj. ¶ Contrariam verò opinionem tenuit Aluar. in ca. primo, quid iuris sit. col. ij. qui mouetur quatuor fundamentis. Primo, quia licet dominus per hunc actum traditionis offendatur, tamen non ex omni causa per quam offenditur dominus, vasallus debet priuari feudo, si feudum detinet: vt est textus in c. illud. quę fuit prima causa benefic. amit. el secundo. Sed sic est, quòd in casu nostro re ipsa feudum detinet: ergo, etc. Secundo, quia si rectè inspicimus verba istius legis nostrę, ibi, transferūt. & l. j. de prohib. feud. alien. per Lotharium. ibi, exutos. videmus eos verā traditionem, non autem actum fictū constituti, quod erat de iure ciuili, respexisse: verba autem debēt intelligi propriè, &

Priuatio feudi non ex omni causa propter quā dominus offenditur, permittenda est.

Verba legis debent intelligi propriè.

& cum effectu: l. iij. §. hęc verba. ff. quod quisque iuris. ergo sequitur, vt non debeāt intelligi de actu ficto. Tertio, quia si tradens & non tradens differunt, vt est communis conclusio in cap. primo, quid iuris sit. per gloss. in l. j. §. si rem. ff. depo. non debent ex ęquo iudicari, verè nō tradēdo, vt ita priuetur per actum fictum, sicut priuatur in l. ista, per actum verum. Quarto & vltimo illud ea ratione confirmat, quia si omnes in locis allegatis tenent, pœnas istius legis non habere locum, si mox vasallus feudum recuperaret, quādo verè tradidit: multò magis non priuabitur is, qui secundum veritatem semper feudum penes se retinuit: argumen. authen. multò magis. C. de sacrosanct. eccl. Cum hac opinione Aluar. transit Afflict. hîc, & in c. primo, quid iuris sit. & addit tria alia argumenta, dicens quinto, Cōstitutum non habere locum in feudis, vt in terminis l. quotiens. C. de rei vendi. dicit Isern. in c. si facta. si de feud. fuer. controuer. & ibi Bald. Frustrà ergo disputamus de constituto in feudis. Sexto, quia licet vera transferatur possessio per constitutum, vt in d. l. quod meo. tamen modus transferendi est per actum fictum, sed actus ficti non habent locum in feudis,

Tradens et statim recuperans non priuatur feudo.

vt est textus in c. adoptiuus. si de feudo fuerit contr. ergo minimè habebit locum constitutum in feudis. Septimo affert authoritatẽ Bald. hîc, cui placuit, aliud esse alienare per actũ verbi, quàm per actum facti: quia per actum verbi non perditur feudum: vnde sequitur, quòd per constitutum quod est, per actum verbi non debeat perdi feudum. ¶ Antonius de Butr. in consilio xxxiiij. distinguit de iuris rigore feudum esse amissum, sed de æquitate in sua possessione, quam tenet, relaxãdum esse, cùm domini nullum adsit damnum: argum. c. de multa. & c. si quis presbyterorum. extrà, de præbendis. Quod Iasoni in d. l. final. C. de iure emphyt. q. xx. non placuit, quia satis læditur dominus ratione caducitatis, ob quam feudum efficeretur suum. ¶ Quid dicemus? Dicamus primò omnia argumenta Aluar. & Aflict. multis de causis nullius entis esse. Et primò, quia textus in c. illud. quę fuit prima causa benefic. amitt. loquitur, quando vasallus tenet feudum nomine proprio: nos verò quærimus, quando detinet nomine alieno, vt per constitutum fit. Non obstat argumentum Aluar. quia licet verba debeant intelligi cum effectu: l. iij. §. hæc verba. ff. quod quis-

Alienare per actum verbi, aliud est, quàm per actum facti.

quisque iuris. tamen effectus ille consideratur ciuili modo: vt in l. si cui. ff. de seruit. Vnde cùm lex ciuilis adinuenerit constitutum, quo mediãte effectum consequitur, lex feudalis, quæ nihil dixit de hoc, vel saltem ambiguum illud dereliquit, recipiet interpretationem à iure communi ciuili: argumen. c. j. §. fin. de feud. cogn. nam hoc modo & feudũ dicitur translatum, vt hîc: & venditor exutus est feudo, vt in l. prima, de prohĩbita feud. alienatio. per Lothariũ. Non obstat gloss. in l. j. §. si rem. ff. depo. quia non sequitur, minus deliquit non tradendo, quàm tradendo: ergo per actum fictum non meretur pœnas, si per hunc actum fictum est tradita possessio: quia ita habent locum pœnæ l. quotiens. C. de rei vendi. in actu ficto, sicut in actu vero: vt ex cumulatis per Iasonem ibi in quinta limitatione clarè liquet. Non obstat quartum argumẽtum, si mox recuperaret: vt in c. primo, quid iuris sit. nam, quãdo statim recuperat, possidet feudum nomine suo: hîc autem, si detinet, semper possidet nomine alieno, in quo offenditur dominus directus. Non obstat quintum, quia neq; Isernia, neq; Bald. in c. si facta. hoc dicunt, sed tractant, quãdo pluribus res est promissa,

Effectus consideratur ciuili modo.

An actus ficti locum habeant in feudis.

& huic vel illi tradita, nihil dicentes de constituto. Non obstat sextum argumentum per capitulũ, adoptiuus. quoniam, qui ita tenent, parum feuda norunt: siquidem inuestitura fit per actum fictum porrigendo anulum, astam, & similia: vt est text. in c. primo, quid sit inuestit. cum concordan. & legitimatio ad feuda retrotrahitur in filio naturali, secundum Iserniam in c. naturalis, si de feud. fuer. controuer. & per l. final. C. ad Macedonianum. assensus retrotrahitur, secundum Isern. hîc col. iij. & porrigitur etiam ad futura, vt in l. sicut. §. si debitor. ff. quibus modis pign. vel hypot. solu. & mille alias fictiones Feudistæ approbant: quæ cùm ita sint, qua ratione dicemus fictionẽ in feudis non habere locum? Poterat enim, & meliùs Aflict. ponderare doctrinam Bart. in l. si is, qui pro emptore. in v. q. cui placuit, vt in materia stricta non habeat locum fictio, quæ secundum æquitatem procedit: sed parum facit, quia assensus in expresso dicitur gratia, quę latissimè interpretatur, in eo quod expresũ est, secundum Isern. hîc per l. final. ff. de benef. princip. vbi suo loco cum Isern. dicemus. Hanc enim ob rem dixit Isern. in cap. j. col. iiij. qui succeſſ. tene. vt vbicunque

Adoptiuus quo modo succedat in feudo.

Ficti actus an habeat locũ in materia feudali.

cunque possunt habere locum verba assensus, habeat locum assensus, nedum in expresso, sed etiã in eo quid ius intelligit, & sic per actum fictum, non expressum ab homine, sed à lege subintellectum. Etenim si nihil iura feudalia dicerent, satis esset non contradicere, vt hoc capiamus à iure ciuili: c. j. de feu. cogn. præsertim, quia si adoptiuus non succedit in feudo, non ea ratione est, quia fictio nõ habet locũ in feudis, sed quia feuda dantur nobis iure sanguinis iusti descendentis: vt latiùs vobis in c. j. an agna. & in ca. j. de succes. feud. declarau. Qua de re consuetudo feudalis noluit dare feudum filio adoptiuo, in quo nõ habet præsumptionẽ fidelitatis paternæ: quia, licet sit filius, non tamen de eius sanguine est: quocirca noluit lex feudalis fingere in præiudicium domini, non autem quòd non potuisset fingere, vt ex iam dictis vidistis. Nec obstat septimum & vltimum argumentum, quia Bald. bene considerat actum verbi, & facti: sed non dixit, per cõstitutum possessionem non esse traditam, & deuentum esse ad actum facti per actum verbi. ¶ Animaduertite quæso, in quantum dicit, vt ea de re propter constitutum puniri quispiam debeat, quia sic

cõsuetudo in feudis obseruat. Rursum, quia per actum fictum, veram possessionem tradendo omne quod potuit, fecit: in quo grauiter errat, quia qui constituit, se alieno nomine possidere, non fecit omne illud quod potuit, vt ipsi dicunt. Nam licet translata sit possessio, remanet tamen penes eum quędam detentio, vt dicit Bart. in l. creditores. C. de pigno. quo fit, vti dicit Bald. in l. ab emptore. ff. de pactis. vt, qui alienauit per constitutum, teneatur iterum tradere realiter, per gloss. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de action. empti. quasi, etsi ante realem traditionem perfecta dicatur traditio, non tamen omni re perfecta: vt dicit gloss. in l. si quis rem. ff. de act. empti. & in l. perfecta. C. de rescindenda vend. postquàm istud vltimum est perficiendum. Ex quibus apertè vides, non esse verum, vt omne quod potuit, fecerit: quia poterat realiter tradere per actum verum, quod non fecit. Altera verò ratio eorum satis vana est, quia dicere per actũ fictum in feudis propter consuetudinem feudalem ita permitti, est terminos ignorare: siquidem in feudis contractus est nullus: &, si est nullus, nedum in feudis, sed nec in allodijs, constitutum aliquid ope-

operari poteſt, vt eſt communis concluſio: de qua per Docto. præſertim Alexan. alios cumulantem in l. j. §. ſi vir. ff. de acquirenda poſſeſsio. col. iij. & per Decium in l. contractus. ff. de regulis iuris. Cumque talis alienatio ſine aſſenſu nulla ſit, vt in l. iſta fruſtrà diſputamus, an vera vel ficta poſſeſsio in emptorem ſit trãslata: miror equidem, cur hoc argumẽto antiquiores vſi non ſint. ¶ Quid ergo dicemus? ſi non minùs priora, quàm poſteriora argumenta corruunt? & hæc duo obſtant? illud dicemus, vt Aluar. opinionem, alijs tamen ſuffultam argumentis, veriorem eſſe iudicemus. Et primò pro iſta parte præter eorum dicta communem concluſionem afferam, quæ in dicto §. ſi vir clara voce. concludit, in actu nullo nihil operari conſtitutum. Adhæc, aut pœnæ quæ dantur ab iſta lege, reſpiciunt ipſam poſſeſsionem, quæ ſic de facto reperitur penes hunc emptorem: aut reſpiciunt contractum, vt eam ob rẽ, quia cõtraxit, feudatarius puniatur: aut reſpicit ipſam traditionem factam à feudatario, in contemptum domini ſine aſſenſu ſuo. Primùm de poſſeſsione ſola ea ratione nõ debet cõſiderari: quia tunc ſequeretur, quòd, ſi poſſeſsio

legum.ff.de pœnis.ergo impoſsibile erit, vt lex iſta, quæ ea ratione punit tradentem, quia tradidit, haudquaquam feudi poſſeſsionem, quæ penes alium reperitur, ſed ipſam traditionem reſpiciens,habeat locum in cõſtituto, quod dicimus eſſe actum fictum: nam & veram contractationem à ficta, vt quis puniatur, diuerſimodè ponderamus, in l. j.ff. de fur. vbi hoc Doctor. obſeruant. Quibus hunc in modum explicitis,veram eſſe opinionem Alua. affirmamus, quam ante ipſum tenuit Bald. in l. omne verbum.in col.ij.C.de fidei.qui palàm aſſeruit,in priuatione feudi alienationem oportere eſſe corporalem.ſubſcribit ei Guido Papæ, in deciſ.cj.& in conſil. cxxvj. & conſil. cxij. vbi optimis rationibus mouetur. Idem tenuit Antonius de Butr. ſaltem de æquitate, in dicto conſilio xxxiiij.quem ſequitur Apoſtilla in Deciſio. Guid. Papæ. Et licet Iaſon contradicat,conſiderans Anton. de Butrio. dixiſſe, nihil deeſſe domino, quia ſatis deeſt, ſi non priuatur feudo, quod haberet dominus. Dic tu Iaſ.malè ponderaſſe hæc iura, quæ non conſiderant vtilitatem domini, vt feudum incidat in commiſſum, ſed vt non diminuatur ſeruitiũ, & perſona ſeruiẽs

non

non mutetur: vt patet in lege ista, & in l.j.de prohib. feudi alien. per Lothar. de quo latè pridiè diximus suprà. Hoc enim Anton. de Butr. summa cum ratione ponderauit, tum maximè cùm eandem opinionem tenuerit Specu.in titu.de loca.§.nunc aliqua. versic. xcvj. Ioan.And. Petr.& Abb. in locis allegatis per Antonium de Butr. in d. consil. xxxiiij.& Beltran.in consil.xcvij. Vides insuper pro hac parte rationes satis apertas esse: contrarios verò nudos transcriptores fuisse. Quam ob rem pro ista opinione perpetuò iudicandum erit, vti iudicamus, tum maximè, quando dixisset saluo assensu domini: vt per Iacob. de sanct. Georg. in suo tractatu feud.in verbo,& cum pacto de non alienando. de quo loco suo infrà dicemus.

¶ Glos. prima diuiditur in duas partes. In prima parte tacitè quærit,& respondet. In secunda iterum quærit expressè,& respondet. Secunda est ibi, sed nunquid poterit dominus. Pro expeditione igitur primæ partis quæro, dicitur in litera, quòd vasallus non potest alienare, nec totum, nec partem feudi: postea dicit simpliciter, quòd non potest pignorare: quæro modò, an

Pignoratitius contractus, an permittatur in parte feudi.

vox

vox illa, pignorare. intelligatur de toto, vel etiam in parte, corrigendo cap. j. §. aut pro pignore. in titul. quibus modis feud. amit. Quod quidem minimè placuit Pil. vt notat Gloss. post ipsum in c. j. de alien. feud. in gloss. ij. quia ita intelligitur lex final. C. de rebus alien. non alien. quando vellet alienare totum feudũ, non partem. Dicit glo. hîc, quòd licet hoc notauerit Pil. ibi, tamen litera satis aperta est hîc, quæ loquitur de toto & parte: vnde, si postea simpliciter dicit, quòd non potest pignorare, ita simpliciter intelligatur vulgata l. de precio. ff. de public. Sed Pile. non dixit, vt hodie non obstante lege nostra liceat pro parte pignorare, quasi quòd lex ista loquatur de fraudulenta alienatione, vt Gloss. ibi præsupponit: quia hæc verba non sunt Pile. qui cõtrarium scripserat in sua Summa. sunt argumenta gloss. quæ dicit, quòd si hodie licet partẽ feudi alienare, id est, in libellum dare, supplendum est etiam de pignore, secundum Pile. quasi vt, quod dicimus in libello, habeat locum in pignore. Nec loquitur Pile. non obstante lege ista, sed attẽta illa consuetudine, secundum quã si licebat medietatem in libellum dare, idem dicamus in pignore.

Etsi Glo. multa in medium produxit argumenta, non eam ob causam hoc fecit, vt teneret talem opinionem, sed vt declararet tibi legem hanc habere locum etiam, quod sine fraude fieret. Et postquàm omnia recitauit, argumenta nimirum contraria, & quod supplet Pile. se remittit ad dicta per Pil. in Summa, vbi idem tenuit, quod Glo. tenet hîc: aliàs & Pileus & Glo. magna ignorantia notarentur, dum litera ibi dicit, quòd capitulum illud, quod loquitur de parte, est hodie per legem Lotharij correctum. Et ita concludas, licet Alua. ibi, & Moderni hîc sine fructu in hoc laborent. ¶ Sum modò in secunda parte, & pro eius explicatione quæro, vtrùm ex diuerso ita prohibeatur dominus suum directum dominium pro pignore obligare, sicut hîc in litera vasallus prohibetur. Arguit primò, quòd non: nam videmus ab eodem Lothar. fuisse prohibitum, ne dominus de suo directo dominio faciat cambium, vel precarium siue libellũ: vt de hoc testatur lex Longobarda, in titul. de bene. & terr. tribu. l. vltima. Gloss. sentiens hoc cõtrarium, dicit leges illas prohibuisse suprà dicta, sed nihil dixisse de obligatione, vt non possit dominus feudũ suum obligare, quod

Pignori dare an dominus quoq; nõ possit directum dominium suum.

quod sibi permissum erat, in l. ij. C. de vsufruct. & l. tutor. ff. de pignoraticia actione. Quam glo. sine dote vos tyrones accipite, & suppletiones suo loco ponam infrà cum Iserniæ doctrina. ¶ Gloss. secunda, in verbo, alienare. diuiditur in quatuor partes principales, provt quatuor quęstiones proponit. Secunda ibi, quid si vasallus. Tertia ibi, sed nónne? Quarta & vltima ibi, sed nũquid. ¶ Quæro igitur in prima parta, vtrùm pœnæ istius legis habeant locum, si vasallus alienauit feudũ, & non tradidit? quod videtur argumento l. ex hoc. §. si quis. ff. de alienatione iudicij mutan. cau. fact. & ff. quibus modis pign. vel hyp. sol. l. sicut. §. supervacuum. Sed contrarium dicit Gloss. super quo non est aliter disputandum per leges ciuiles, quia de hoc habemus in feudis text. apertum in c. j. quid iuris sit. ¶ In secunda verò parte, retento themate, vt quandoque non valeat alienatio in vltima voluntate facta ex defectu assensus agnatorum qui non consentiunt: vt in c. j. de suc. feud. & qualiter olim feu. alien. pot. §. donare. quæro, quidsi nullus adest agnatus, an feudatarius possit de feudo disponere in vltima voluntate in præiudiciũ ipsius domini, legãdo,

Pœnæ istius legis an locum habeant in eo qui uẽdidit & non tradidit.

Pœnæ de quibus in l. Imperialem. quæ loquitur in cõtractu, an locũ habeant in ultima uoluntate.

vel hæredes instituendo? Et dicit Glo. quòd sic: quia, si hîc in text. prohibetur pro anima adiudicari, id eò est, quia per contractũ alienat feudum: vt patet ibi, in verbo, alienare. l. ex hoc. §. hæredem. ff. de alien. iudic. mut. ca. fact. & de leg. iij. l. pater. §. Iulianus. ergo aliud erit, si fiat per vltimam voluntatem. Sed huic positioni obstabit, quia istius fidelitatem nunquam dominus elegit, & sic eo inuito suus non poterit esse vasallus, vt suprà in text. in verbo, minuebatur. latiùs declarauimus. Gloss. sentiẽs hoc contrarium, respondet seruitium posse prẽstari per se, & per substitutum, vt dicemus infrà: quod si verum est, nihil interesse poterit domini, à quo habeat seruitium, si seruitium præstatur. Sed postremò videns Gloss. hoc responsum esse vanum, dicit, vt non solùm dominus non compellatur capere seruitium per hunc extraneum, verùm etiam vt eundem (iuxta terminos ca. j. per quos fiat inuest. & c. j. de capi. qui cur. vend.) eam ob causam non teneatur inuestire, quia ordinatio defuncti est nulla: vt in c. j. de succe. feud. & c. j. §. donare. qualiter olim feud. alien. pot. nec ibi dicit litera, vt agnatorum causa duntaxat sit nulla, sed simpliciter: quo fit, vt per omnia

omnia sit nulla, etiam respectu domini: argumen. vulgatæ legis, de precio. ff. de public. quod quidem satis notabile verbum erit, si in se verum est: quippe vt dispositio c. j. de succe. feud. comprehendat non solùm agnatos, sed etiam dominum directum, mihi tamen ea ratione non placet, quia loquitur de solis agnatis, etsi in domino quoquomodo verificari posset, minimè propter text. in c. j. de succe. feud. esset: siquidem ab agnatis ad dominum regulariter, vt ita loquar, non tenet consequentia, vt in text. in verbo, minuebatur. diximus: sed erit nulla propter text. istum ibi, pro anima iudicare. quod non est per contractum, sed per vltimam voluntatem: quia, etsi per contractum animæ prouideamus, hoc tamẽ rarò fit, per testamentum autem frequentiùs: argu. l. nam ad ea. ff. de legi. ¶Pro expeditione tertiæ partis quæro, quia in text. nihil dicitur de dote, an sine assensu in dotem dari possit? & affert, vt liceat, l. iij. C. de nat. liber. & ff. si quid in fraud. patro. l. j. §. si libertus. & l. sicut. §. quòd si in dotẽ. ff. quibus modis pign. vel hypo. sol. Pro parte tamen cõtraria in feudis textum affert in c. j. §. donare. qualiter olim feu. alien. pot. quo fit, vt minimè à legibus

ciuilibus argumentandum sit: cap. j. de feud. cognit. de cuius veritate vnà cum Isern. dicemus. ¶ Sum modò in quarta parte, vbi quærit Glo. an, quia in tex. nulla fit mentio de datione in emphytheosim, possit in emphytheosim perpetuam feudum dare? Quod ea ratione negat, quia, cùm hîc omnis alienatio excludatur, satis emphytheoticus contractus prohibetur, qui non multùm ab alienatione distat: vt in authen. de non alien. aut permut. rebus eccle. §. alienationis. de quo cum Iser. dicemus. ¶ Prima igitur conclusio, quæ ex Gloss. ij. in prima parte colligi potest, hæc erit: an, si vasallus feudũ recuperauerit, adhuc illud amittat? quam ita super tex. expli cauimus, vt hoc in loco vnicũ dubium enucleandum restet, nempe, an mox illud, vt pœnam euadat, vasallus recuperare possit? ¶ Quod ea ratione videtur, quia in titulo, quid iuris sit. litera dicit, postea feudum recuperasse, & sic ex interuallo, secundum Bal. in l. quoties. §. si quis. ff. de hęred. instit. Secundò, quia modica mora non est in cõsideratione, vt in c. formiter. extrà, loc. & in l. siquis maior. C. de transs. cum vulg. Tertiò, quia venditio, quæ paulo momento durat, non est venditio: vt in l. final. in fin. C.

Pœnæ istius legis an locum habeant quando alienauit feudum, & illud mox recuperauit.

C. de bonis quæ liber. Quartò, quia ea, quę incontinenti fiunt, videntur ineſſe: vt in l. lecta. ff. ſi certũ petatur. cum concordan. Et vltimò, quia parum deeſt do mino directo, ſi vaſallus ſtatim feudum recuperauit: argument. c. de multa. extrà, de præbendis. & c. ſi quis presbyterorum. de rebus eccle. non alienand. ¶Nos autem quid dicemus? Poſſem equidem hodie vobis omnia recenſere, quæ aceruauit Affli&. in c. j. quid iur. ſit. vbi omnia in ſuprà dictis quinque regulis cumulata, tacitis authoribus, deſcripſit. Poſsẽ præterea opiniones omniũ, quos Iaſ. in l. fin. C. de iure emphyt. in antepenulti. col. q. xx. coaceruauit, coram vobis recitare: ſed nec illos, nec Curt. in ſuo tra&atu, in iiij. parte, in vltima cauſa amiſsionis feudi, q. xiij. corã hoc confeſſu in medium producam: videatis per vos, non quidem conſueuimus aliorum ſententias aceruare, niſi quando ab alijs negliguntur, vt noſtro labore illas in vnum collectas ſuſcipiatis: ſatisque ſit, vos ſcire omnes, in iam dictis locis, hanc eſſe æquam opinionem, fateri. Quibus illud addam, nẽpe vt obſeruare debeamus, eos quoque qui contrariam partem ſubſtinere conantur, haudquaquam negaſſe opi-

nionem cõtrariam rigorosam esse: quo fit, vt rigore hoc dimisso pro vasallo, æquitatem amplectẽdo, eam ob causam iudicemus: quia, si non numerum Doctorũ, qui nihil aliud agere, quàm aliorum dicta describere studeant, sed authoritatem doctrinę considerabimus, hanc pro vasallo communẽ esse opinionem affirmabimus, Iacob. nimirum de Ard. patris feudorum in sua Summa, Isern. à quo non recedimus, in d.c.j. quid iur. sit. qui licet dixerint, durum esse contra stimulum calcitrare, hoc, respectu rigoris iuris dixerunt: nam de æquitate recuperari posse, quãdocunq; antequàm dominus conqueratur, perpetuò ipse confirmauit. dicit namque, & maximè si incotinenti faceret, Bart. Brixi. qui in vj.q. suæ Summæ post Specula. in ti. de loca. §. nunc aliqua. versic. clxxxix. ita Bononiæ iudicatum fuisse testatur. Io. Fab. in d. l. fin. Ioan. Andr. post Specu. in loco allegato. Idem Ioan. And. & Ant. de Butr. in c. potuit. locat. Dyn. & Alber. in d. l. fi. C. de iu. emph. Aluar. & Afflict. in d.c.j. quid iur. sit. & Fran. Curt. in loco paulò antè citato, qui ab hac ęqua opinione minimè abhorrent. Contrarij verò non dicunt hanc æquitatem esse spernendã, disputant magis quæ-

quæstionem de rigore iuris: quos ego quoq;,inspecto rigore, sequor. Qui illi sunt qui hanc opinionẽ spernũt in iudicãdo? nónne solus Imol. in d.c.potuit. Pet.de Anchar. & Iaſ.in d.l.fi. quem ſequitur,præceptor meus Capi.hîc?Dicetis forraſsis, hãc rigoroſam opinionem communem eſſe, pro qua communi opinione perpetuò iudicandum eſt: l.j. ff.de offic.quæſt.Dicite quæſo, an communis opinio numerando, vel potiùs ponderando Doctorum ſententias colligenda ſit? ponderando: vt dicit text. in l.j.§.ſed neque. C.de veter.iur.enuc. Hanc enim ob cauſam Gloſſ.in cap.ea noſcitur. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen.capi.placuit,vt in votis trahendis, à capitulo non attendatur maior numerus,ſed ſanior. Hinc Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.col.viij.dixit,communem opinionem eſſe Glo. & Bart.propter eorum authoritatem. Hinc Ioan. de Imol.in Clemen.ij.de electio.col.ij. dixit, communis opinio illa dicetur, quæ maioribus rationibus eſt ſuffulta. Ioan. de Imo.in l. ſi pater. col. ij. ff.de hære.inſtit. audiamus quæſo, cùm nos admonet, quando datur cõcurſus iſtarum variarum opinionum,vt valeamus noſtro arbitrio iudicare:præſertim cùm

Communis opinio quomodo colligenda ſit.

Communis opinio quæ dicatur.

illa communis opinio dicenda sit, quæ pietatem sequitur : vt dixit Iason in l. non amplius. §. j. col. iij. ff. de legat. primo. Hæc enim cùm ita se habeant, quis ille homo tam duræ ceruicis erit, qui pietate commotus, non iudicet pro vasallo? qui, si alienauit feudum, cõfestim recuperauit illud, antequàm dominus conquereretur: secundum hanc Doctorum æquitatem, tum arg. l. placuit. C. de iud. tum, vt Isern. nostrum aurigam in feudis sequamur, qui in ca. j. si vasal. feud. priu. & in c. si vasallus culpam. si de feud. fuer. contro. & vbique dixit, delictum vasalli, qui alienauit feudum sine assensu domini, non esse offendendo dominũ principaliter, sed magis omittendo : quia dum voluit prospicere necessitatibus suis, dominũ cõtempsit, non petendo assensum: qua de causa omnes dicunt, isto casu pœnam non esse, vt feudum ex pacto & prouidẽtia aperiatur domino, sed agnatis : vt in d. c. si vasallus culpam. & in cap. j. si vasal. feu. priuet. Non quidem iura feudalia ita considerauerunt hunc contemptum, sicut alias fellonias quę committuntur contra dominũ, in quibus feudum statim aperitur domino. Sed quid verbis moror? nónne cõstitutio regni, constitutio-

tutionem diuæ memoriæ. hoc apertè declarat? quæ siue sit lex generalis in toto imperio, tanquam edita à Federico Imperatore, siue sit lex specialis regni huius, eius tamẽ interpretationem etiam extra regnum ad similia non decîsa trahere valemus, atque ex ea illud haurire, quippe, vt tametsi quidam minuti Feudistæ falsò constitutionem illam hunc in modum intellexerint, nimirum vt vasallus alienans feudum sine assensu, in regno nõ priuetur feudo: veritas tamen, vti paulò antè dixi, sic habet, nempe vt vasallus feudo priuetur, & nihilominus idem vasallus qui feudo priuatur, possit iure proprio, antequam dominus cõqueratur, alienationem reuocare: eo autem non reuocãte, dominus reuocaret, secundũ communem sententiam Glo. Isern. & aliorum in d. const. constitutionem. idem Isern. in c. j. quid iur. fit. & in c. j. §. similiter. de ca. qui cur. vendi. & c. j. §. j. de cap. Corr. ita quidem, vt illud, quod speciali iure à Federico est concessum, ipsa reuocatio fuerit, antequàm dominus pœnam exigat: quod si ita est, cur nõ potiùs interpretationem iuris communis legem illam Federici esse dicemus, vti exordiatur const. constitutionem diuæ memo-

Constitutiones regni ab Imperatore editæ, an extra regnũ locum sibi vendicent.

Alienans feudum, ita perdit illud in regno, sicut extra regnum.

riæ. quàm quòd ius hoc, ſpeciale in regno ſit? Quis enim negare poterit eiuſdem Federici vtramque legem eſſe? certè nemo. quòd ſi nemo, cur non dicemus, haudquaquam localem legem illam eſſe, ſed potiùs, vt rigorem legis huius illa æquitate ſubſtulerit? Quid præterea obſtat, ſi localis eſſet, quin ex eo, quia æqua, illam æquitatem vbiq; complectamur? dicentes, vt vaſallus hîc, & ibi ſine cõſenſu directi domini alienando, feudũ perdat, niſi mox proprio iure illud reuocauerit: extra regnum videlicet de facto poſſeſsionem capiendo, in regno autem verbis ſaltem, vt in d. conſt. notatur, reuocando. Non quidẽ Lothar. in l. j. de prohib. feud. alien. per Lothar. & Federicus hîc caducitatem contractus feudi conſiderârunt, provt Iaſ. dixit, nec talem contemptum delicto felloniæ per omnia æquiparamus, vt vidiſtis. Videte Gloſſ. obſecro in l. j. in verbo, excogitare. de prohi. feu. alie. per Lothar. & Iſern. in c. j. quid iuris ſit. in princip. ij. col. & eveſtigio huic communi opinioni ſubſcribetis. ¶Hæc autem omnia tunc vera eſſe affirmamus, quando vaſallus recuperaret feudum annullando contractum factum, & reuocando illum, non autem ſi ex noua cauſa

Tradens & mox recuperàs feudũ ex noua cauſa, adhuc perdit illud.

cauſa vellet feudum acquirere: vt dixit Text. in l. filio. in prin. & ibi Pau. de Ca. ff. de libe. & poſth. Hanc ſanè ob cauſam errauerunt Angel. & Ludo. in l. ſequitur. §. item Labeo. ff. de vſucap. & idem Ange. in l. fin. C. de fideicom. poſt Anton. de Butr. in cap. potuit. de loca. Quos refert & ſequitur Iaſon in l. final. col. penul. C. de iure emph. quando eſt factum pactum de retrouendēdo, ſi retrouendatur ſtatim, vt propter hoc modicum interuallum non habeāt locum leges iſtæ: arg. l. fin. C. de bon. quæ lib. quia negari non poteſt, quin veniant virtute noui contractus, & ſic ex noua venditione, non reſcindendo primum contractum, in quo perſiſtit iuxta l. fundi partem. ff. de cont. empt. Nos autem loquimur, quando reuocaretur contractus ipſe, & contemptus domini tam in contrahendo, quàm in tradendo ad nihilū deduceretur: quia hoc modo mitigaretur dominus. ¶ Non obſtāt dicta in l. ſi pater in filiū. ff. de adop. in c. quamvis. de teſtib. in vj. & in l. ij. in princip. in j. reſponſ. ff. de decur. quia leges illæ habent locum, quando per viam fictionis fingeretur contractum non eſſe factum, vel rem non eſſe traditam: quo caſu in præiudicium tertij non retrotra-

Vendito feudo cum pacto de retrouendēdo, ſi retrouēdatur ſtatim, quia ex noua cauſa habet, feudum amittit.

hetur fictio. At in casu nostro dicimus, verè esse factum contractum, & verè feudum esse traditū: addentes, vt iure proprio in regno, donec dominus conqueratur, mox verò extra regnum, vasallus possit feudum recuperare. Et denique illud te latêre nolo, Capicium valde erraſſe, dum dicit, in regno ante traditionem vasallum feudum recuperare posse: etenim sine traditione non disputaremus, ex quo sine traditione nulla est pœna, sed postea. ¶ Iſernia volens declarare Text. & Gloss. posuit hîc suam doctrinam, prohibens, vt nullus habēs feudum, illud in totum vel in partem alienet, vendat, vel pignori obliget, inter viuos, vel in vltima voluntate pro anima adiudicet, vel leget, seu relinquat, sine permissione illius domini ad quē pertinet feudum. Hæc igitur Iserniæ verba, veluti regulam suscipiamus, vt deinde ab illis multas quæstiones particulares eliciamus. ¶ Quarum prima hæc erit, an, quomodo de iure communi Romano in l. tutor. §. final. ff. de pignor. acti. & in l. lex vectigali. ff. de pignor. habens vtile dominium, potest illud pignorare, idem dicendū sit in feudatario, cuius vtile dominiū feudi est: cap. j. §. final. in quib. cau. feud. amitt. vt

possit

posſit illud alienare? quod in feudis eā ob cauſam negat, quia in l.iſta in ſpecie hoc vetuit litera. Secūdò, quia, etſi non dixiſſet de pignore prohibita feudi alie natione, eſſet etiam & prohibita pigno ris datio, vt eſt text. in l. fina. C. de rebus alien. non alien. ¶ Quid dicemus? Dicam imprimis, non eſſe vbiq; tutam regulam illius l. finalis, vt vetita alienatio ne, ſit etiam vetitum pignus, per ea quę cumulat Iacob. de Ard. in ſua Summa feudorum, in titulo, vtrùm & pro pign. oblig. feud. prohi. nam procurator generalis non vendit, ſed pignorat: l. vel vniuerſorum. ff. de pigno. act. cum concord. Secundò, Eccleſia rem non alienat, ſed pignorat, vt in authen. de alien. & emphyt. §. hoc etiam. Et tertiò, quia prohibitus emere, non prohibetur pignus accipere: l. in quorum. ff. de pign. Et miles, qui militiam non vendit, poteſt illam pignorare: vt in §. quia verò. de æqua. dot. Quam ob rem cum myſterio de pignore in ſpecie dixit, quoniā ſi de pignore non dixiſſet, ſatis dubitari poſſet, ſi iura loquentia in cap. aut pro pignore. quibus modis feud. amit. cum concord. eſſent hodie correcta. Et de facili reſponderetur ad l. final. C. de rebus alien. non alien. vt intelligatur,

Pignoratitius contractus non propterea prohibitus cēſetur, quia uetita eſt alienatio.

quando vellet totum feudum alienare: quia de parte in alijs legibus, vt vides, erat permissum, vt dicit Text. in d.l. fin. in fin. quæ non censerentur correctæ.

Pignori dare feudū an tunc quis non possit, quando in fraudem faceret: aliàs sic.

¶ Quatenus autem Iserm. hîc supplendo Glo. in c.j. de alie. feu. videtur velle, quòd Text. iste intelligatur in fraudulenta pignoratione: bona venia tāti viri, neque sibi subscribere possum, neque Aluar. ibi in c.j. de alie. feud. & cæteris, qui volentes hāc opinionem excludere, dixerunt, vt, sicut non est nostrum, in pignore distinguere de toto & parte, nequaquàm nostrum sit, distinguere de fraudulenta & non fraudulenta alienatione, postquàm genericè litera hęc loquitur, vulgata l. de precio. ff. de public. Sed ponderate vos cōtra Iserniam verba Text. dum dicit Imperator, se audiuisse, quòd pignorabant feuda, & in fraudem venditionis in libellum dabant: item fingebant subinfeūdare, & vendebant, vt in §. callidis. vt ex verbis his colligatis, fraudem ipsam esse considerata in ipso libello & subinfeudatione: non autem in pignore. quod aperta ratione patebit, si ponderaueritis libellum duntaxat antea fuisse permissum in c. j. de alie. feu. quem cōtractum in fraudem fieri vetat. Et iterum ponderate

derate Text.noſtrum, dum dicit, quòd nec pro anima iudicare. & tamen nulla fraus excogitari poteſt in anima. Et vltimò, quia ridiculum eſſet dicere, vt de fraude tantùm loqueretur lex iſta, & voluerit vt omnia hîc enumerata, ſi in fraudem fierent, non valerent: ſin autem verè, quòd admitterentur: quia ſequeretur, vt, quod erat priùs permiſſum pro parte, hodie ſine fraude liceat in totum: quod eſſet contra mentem conſtituentis legem. Vnde concludatis neque verè, neque in fraudem poſſe nos hodie feudum pignorare: neque in toto, neq; in parte, vt dicit Glo. etiam in verbo, iure proprio. in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ. Pro quo do vobis Text. ſatis apertum in l. ſi vſumfructum. §. in ſumma. ff. de liber. cau. ſi à ciuilibus illud afferre nũc licet. ¶ Limitate tamen hanc concluſionem ſecũdum Iac. de Ard. in tit. vtrùm feud. in pig. da. proh. quem ſequuntur Bal. & omnes hîc, & vbiq; cumulati per Cur. in iiij. parte, in vj. q. & Iacob. de ſanct. Georg. in §. & cum pacto. de non alienando. in ij. col. non habere locũ, ſi vaſſallus pignoraret feudũ dño, qui debet cõſentire: c. j. extrà, de feu. quia faciens actũ cum dño, eſt tutus etiã ſine aſſenſu.

Pignorare poſſumus domino.

Assensus est omnis cõtractus factus cũ rege, vel prorege.

Quod nota, quando prorex contrahit super rebus feudalibus, non quidẽ tunc opus est assensu, quemadmodum passim obseruauimus in Camera, vbi contra bona ministrorum & fideiussorum semper fit executio, licet nõ adsit assensus. Sed tunc aduerte, quia cùm hîc dominus ille esse debet, qui si fieret talis actus, cum extraneo posset consentire: aliter diceremus, si essent plures domini, vt non possit vnus feudum pignori accipere, vt omnes suprà scripti dicunt post Bal. hîc col. ij. modò hi plures domini sint in ęquali gradu: putà, quia feudum est diuisum inter plures fratres: sed si non sunt in eodẽ gradu, tunc poterit pignorare, ei tantùm cui posset refutare, & eidẽ qui alienationi debet consentire: vt in §. illud. nos dicemus.

Dominus contrahens actum sine alio assensu ualidat, modò unus sit dominus, non autem plures.

Pignus pro fructibus lucrãdis in dote.

¶ Secundò limitant, vt non habeat locum in fructibus: dicam de hoc infrà in quæst. fructuũ, & infrà in articulo illo, an feudum dari possit in dotem: vbi etiam examinabo illud quod tenet And. in c. j. §. donare. qualiter olim feud. alie. pot. in addi. vt pro causa dotis in prẹiudiciũ vasalli & domini possit feudum in regno pignori dari sine assensu, habito respectu ad lucrifactionẽ fructuũ, vt dixit etiam in constit. in aliquibus.

¶ Ter-

¶ Tertiò limitant, non habere locum, si non est traditum, secundum Bal. in c. aut si libellario. in quib. caus. feu. amit. & hoc ad vitandum pœnam, licet solo consensu perficiatur obligatio: de quo diximus suprà in proprio articulo, quãdo non tradidit. *Pignus non traditum.*

¶ Quartò & vltimò dicunt ipsi, vt non habeat locum, quando pro onere feudi esset pignoratum feudum: authoritate Bal. in l. ij. in prin. C. commu. de leg. per l. cùm fidei. ff. de fideicõ. libe. quæ limitatio ante ipsum fuit Iacob. de Ard. in dicta Summa, & Iser. in c. j. §. quid ergo. de inue. de reb. alien. fa. in cap. j. an agna. & in const. si quis post litem. Ex quibus secundum Iacob. de Ardi. in dicta Summa duo emergunt: alterum, vt, si dominus, antequàm infeudaret vasallum, pignoraret feudum alteri, feudatarius hoc feudum reluere possit, & pro hac reluitione alteri feudum obligare valeat: allegat d. l. cùm fidei. ff. de fideicommiss. liber. l. pater. in pri. ff. de leg. ij. & alia iura de quibus ibi. Alterum, vt, si pro emendo feudo vasallus pecuniam mutuò accepit ab alio, pro soluendo tale debitum possit sine assensu obligare feudum: vt in auth. de exhib. reis. §. optimum. *Pignus pro onere feudi.*

Quid dicemus? dicam nullo modo

articulum hunc determinari posse, nisi priùs intelligamus, pro quo onere feudi feudum & dominus obligentur. Ad quod elucidandum, scire principiò debes, quædam onera feudi esse, quædam verò ipsius feudatarij: quæ qualia sint in feudo, Isern. in c. j. §. quid ergo. de inuest. de reb. alien. fact. in constit. si quis post litem. & in c. j. an agnatus. docet. quorum natura hęc est, vt transeãt cum ipso feudo, nedum contra agnatos, ad quos feudum vadit, sed etiam contra dominum, cui feudum aperitur, ac etiam contra tertium possessorẽ quemcunque, vt idem Isern. in const. in aliquibus. per Text. in l. j. & ij. C. sine censu. & l. hactenus. & l. quæro. ff. de vsufruct. ostendit. Quæ quidem onera, si aduersus hos transeũt, non ita pertrãsire credas, sicut de hypotheca dicimus, quæ ius causatur in re, secundum tradita per Cynum & Doctores in l. cùm res. C. si res alien. pigno. dat. sit. & l. final. C. de rebus alien. non alie. cum concord. sed potiùs, vt instar actionis in rem scriptæ, de qua in l. metum. §. cùm autem. ff. quod metus causa. cum simil. personas feudum possidentes persequantur: ita quidem, vt obligetur feudatarius occasione feudi: non autem, vt ius distin-

Onera feudi quæ sint, & cõtra quos transeant.

ſtinctum cauſetur in feudo: argumento Text. in l. fundus. §. quanquam. ff. de de rebus eor. vti Bal. in l. ſi pupillorum. §. ſi obligauerit. eod. titu. latiùs declarauit. Hoc enim modo capitulum alienationis actus interpretamur, maximè cùm litera quędam ſit, ius de nouo non indutens. Sic quoque verba napu. in conſuet. ſi, quia moriens. in pen. col. & cæteræ doctrinæ cumulatæ per Affictum in Deciſ. cxxxviij. & cclij. intelligendæ ſunt, quia, licet ipſe dicat vitam & militiam eſſe partem feudi, nemo tamen illorum, quos ipſe affert, hoc dicit, nec dicere poſſet: ſiquidem contra ea lo querentur, quæ hîc omnes affirmant. Rurſum, quia ſi vita & militia eſſet pars feudi, vtique ex illa vita & militia ſolueretur adoa, contra dicta per Iſer. & alios in conſtit. comitibus. Nec refert quòd Sacrum conſilium, & optimè determinauerit, vt compromiſſum non poſsit ſine aſſenſu fieri ſuper vita & militia: quia hoc nõ cauſatur ex perſona illius, cui debetur: qui poſſet ſine aſſenſu eam remittere, ſecundum Iſer. & notata per alios in conſt. conſtitutionẽ diuæ memoriæ. prout nos quoque diximus: ſed bene cauſatur, quia euenire poſſet vt feratur ſententia contra feudatarium, qui

Vita & militia an ſit pars feudi.

Cõpromiſſum ſine aſſenſu fieri non poteſt ſuper vita & militia.

sine assensu non potuisset hanc actionem in feudo constituere: vt dixi suprà in articulo, an in augmentum feudi sine assensu liceat contrahere. Dices fortasis, nónne res satis dura hæc est, vt feudi occasione dominus & agnatus, qui nihil contraxerunt, obligentur pro onere feudi, feudum autem liberum maneat? cui quæsito respondebo, ea ratione hoc esse, quoniam si feudi commercium sine consensu domini, vt in l. ista non habemus, & certum est creditorem, dominum, vel agnatum, soluendo onus feudi, sua pecunia à tali onere exemisse, æquum erit etiam, cùm vtiliter domini & agnati negocium gesserit, vt aduersus illos, pro altero sic soluente, & illos liberante actio oriatur: arg. l. si communes ædes. ff. de neg. gest. secundum Isern. in d. c. j. an agnat. vers. semper repete, etc. dum dicit, quòd contraxerũt dominus & vasallus mortuus, qui tenebat feudum pro ea re, ad quam feudo aperto dominus vel agnatus tenerentur. Hinc certè sequitur, vt si dominus aut agnatus creditori soluenti pecuniã non restituerint, condemnato domino vel agnato actione personali, in subsidium, vt in l. commodis. ff. de re iud. iuxta terminos l. à diuo Pio. §. sic quo-

Onus feudi cur obligat feudatarium, non autem feudum.

Executio pro actione personali in subsidium fit in fructibus feudi.

quoque. contra feudum exequatur, secundum Iſer. in conſt. in aliquibus. cui recta ratione placuit, vt §. ſic quoque. in feudis locum habeat. Huius tamen ſententiæ veritatem ſuo in loco in materia extentionis concluſione ſeptima dicam, vbi qualiter Iſer. intelligi debeat, latiùs examinabo. Rogabis iterũ, mordicusque contendes adhuc, dicẽs, quid iſtud, vt pro onere feudi minimè feudum, ſed dominus & agnatus obligentur? Nónne Iſern. in conſtit. ſi quis poſt litem. & in §. quid ergo. placuit, vt in oneribus feudi dominus ſuum aſſenſum præſtare debeat? quod ſi ita eſt, nónne aſſenſus tanquam neceſſarius, habetur pro præſtito? minimé: quandoquidem, ſi dicit quòd debet cõſentire, non propterea feudum eſſe obligatũ affirmat: quin potiùs contrà, dum domini aſſenſum interuenire debere ſtatuit, obligationem priorem ſine tali aſſenſu minimè valuiſſe proteſtatur. Hanc enim ob rem, & in conſt. in aliquibus. & in conſtit. comitibus. pluries dicit, vt pro one re feudi nõ detur actio realis: ſed, vt vel conditione ex lege, aut actione perſonali agamus. Hactenus de oneribus feudi.

Alia verò ſunt onera feudatarij, quæ

Onera feudata- rij trifariàm di- stinguuntur.

trifariàm distinguũtur: vt quædam sint onera feudatarij, quæ nullam communionem habent cum feudo, vt potè, si ce pit pecuniam mutuò vt luxurietur, vel vt emat burgensatica, provt dicit Isern. in constitut. si quis post litem. quædam verò sunt onera feudatarij, quę communionem habent cum feudo: vt est seruire, siquidem huius seruitij causa tenet feudum, & tale onus est commune feudatarij qui tenet feudum & domini cui seruitur: quo casu, si pro seruitio cepit pecuniam mutuò, nulla specialis vtilitas citra primam obligationem causatur domino. quędam verò onera feudatarij sunt pro feudo in specialem vtilitatem domini. Exempli gratia, si vasallus fideiusit pro domino: vt in constit. si vasallus. In his itaque tribus speciebus onerum, si primam & secundam speciem intuebimur, neque aduersus dominum, vt in c. primo, an agnat. & in c. j. §. his consequenter. in titul. hîc finitur lex. neque contra agnatos, vt in ca. j. de succeſſ. feud. & in c. Titius. si de feudo fuer. controu. aliqua obligatio oriri potest, vt tenuit Isern. in d. const. si quis post litē. & in §. quid ergo. de inuest. de re alien. fact. Et hoc quidem rectè, quoniam si vasallus cepit fructus, quorum causa

Onera feudata- rij an cõtra dominum et agnatos exequãtur.

causa debet seruire, vt in c. primo, §. fin. in quibus cau. feud. amit. iam semel do minus satisfecit feudatario suo. Aduersus tamẽ ista illud obstare videtur, quia seruitium militare est onus ipsius feudatarij, vt in c. primo, §. final. in quibus caus. feud. amit. vt præmisi. Et tamen Isern. in c. primo, an agnat. & in §. quid ergo. & in dicta const. dicit, quòd si vasallus obligauit feudum pro faciendo seruitio, obligatur dominus: ergo nedũ pro onere feudi, sed pro onere ipsius feudatarij astringitur dominus. Respõdent quidã, eam ob causam Andream sic esse loquutum, quia dominus fructus, vasallo mortuo, iuxta terminos d. §. his consequenter. sibi debitos cepit, ne locupletetur cũ aliena iactura, & fructus ac seruitiũ simul habeat, æqua sententia, vt creditori satisfaciat, condemnatur: secus autẽ, quando vasallus fructus percepisset: quoniã non tenet consequentia, vasallus est in dãno pro seruitio domini, ergo tale damnũ dominus cõpellitur resarcire, cùm militi perdenti arma & equos in bello pro seruitio dñi ad nihil obligetur, secundũ iura citata per Bald. Martin. & alios, in cap. j. an agna. quę quidem opinio, quãquam in se vera sit, diuinare tamen videtur,

Miles perdens arma et equos, repetitionem precij minimè habet.

& dare plures intellectus literæ vnius Doctoris: ea ratione ridiculam rem esse perpetuò ratus sum, quia si iureconsultis hoc non tribuimus, l. in ambiguis. ff. de rebus dubijs. multò minùs permittendum est doctori: aliter ergo vt respõdeamus, necessum est, animaduertentes, an opinio Iser. in loco citato sit vera, siquidem aduersus eum principiò obstat, quoniam si dicimus dominum & agnatos in onere feudi obligari, hac de causa est, quia ab obligatione futura, ad quam astringi possent per credito rem, qui suam pecuniam soluit, liberatur: d. l. si ædes. sed ex eo, quòd militi vt militaret, creditor pecunias mutuauit, à nulla obligatione dominũ liberauit, ne fortè, vasallo fructus dissipante & pro militia pecunias capiẽdo, eo deinde mortuo, feudo & vasallo dominus careat. Vos autẽ considerate Iser. in illa quæstione loqui, in qua quærit, an dñs teneatur cõsentire, quãdo vasallus soluit dotes amitæ, aut sorori, vel fideiussit pro eo: in quibus casibus concludit, dominum de congruo debere consentire, itidem si cepit pecunias, vt seruiret domino, vt de congruo debeat consentire perpetuò: sed si vasallus cepit pecunias, vt emeret res Burgensaticas, non debere

Assensum quandoq; de cõgruo dominus præstare obligatur.

debere consentire, nisi ad vitam vasalli. Nam illo tempore non passim, vt hodie fit, præstabatur assensus, quia præter illos sex casus non cõsentiebat rex perpetuò, sed ad vitam vasalli & hæredum suorum, non autem feudo aperto contra dominum: & de hoc quærit Isern. non autem si moriuo feudatario, sicut tenetur dominus soluere debitum pro maritanda sorore & cæteris contentis in const. quàm plurimum. & in constit. comitibus. & reliquis cõstitutionibus de his oneribus loquentibus, teneatur etiam soluere debitum cõtractum pro seruitio præstito, cuius causa vasallus ipse fructus cepit: nam hoc nulla lege dicitur, nec iuri consonum est: &, quia nos quærimus, si hæc onera aperto feudo obligant dominum, concludamus, quo ad primum & secundum caput, vt non obligent, sed quo ad tertium duntaxat, vt est fideiubere pro domino, maritare sororem, & similia. ¶ Ex quibus colligite nunc vos, vt, tametsi onera feudi dominum & agnatos possessores sequantur, feudatarij tamen onera etiam ipsius feudi occasione causata, nullo modo, nisi vtiliter domini aut agnatorum negotiũ geratur, illos obligabunt. Obseruate quæso verba Andreæ vos

Assensũ in sex casib. esse præstandum, qua ratione procedat.

Doct. Regni, vt illum in d. const. si quis post litē. & in §. quid ergo. rectè intelligatis. Hæc certè oīa ipse dixit primùm, vt, quando debitū est contractū pro cōmodo vasalli, Rex consentiat in vita. nā idem dicitur in Summa, vt nullo modo præiudicet dño: sed si non cōtraxit pro seruitio, exequatur in subsidium, iuxta terminos l. cōmodis. ff. de re iud. si contraxit pro seruitio, fiat executio etiam alijs existentibus bonis: nihil tamen dixit, quid iuris post mortem. Etenim si Isern. in const. si quis post litem. subiungit, dominum debere consentire, vt suprà dixi, quodq; iudex debeat interponere secundum decretum, quasi sine assensu id possit facere; statim tamen se corrigit, tenens cōtrarium, vt patet ibi, sed suprà dicitur contrarium. Itidem & in §. quid ergo. quia licet arguat, vt post mortem dominus obligetur, & sine decreto principis interponatur secūdum Dec. tamen postea in versic. sed venditio secundū decretum, etc. dicit contrarium. Hanc enim ob causam Isern. non connumerauit istud seruitium inter onera feudi, quia est onus feudatarij, vt patet ibi, vel esset onus feudi. Necesse quidē est, vt ita intelligamus And. quia se tandē remittit ad dicta in cōst. si quis post

post litem. ne cogamur nos, & summá, & Iser. simul reprehẽdere: sint ergo cauti mercatores, qui dant bona militibus, etiam vt ad bellum vadãt. Obserua tamen, quando dominus obligatur ad onera aliter non prestito assensu, nõ propterea obligari, vt præstetur adiudicatio: quia ipsa fructuũ perceptio duntaxat conceditur. Ita determinauit Fede. in suis regestris, cuius memor fuit Iser. in c. j. §. donare. qual. olim feu. alie. pot. & in const. in aliquibus. col. x. quem sequimur quotidie secũdum Doc. in d. l. commodis. ff. de re iud. cum cõcor. quia sine assensu nihil attentari posset cõtra corpus feudi, vt infrà in articulo dotis, in fine latiùs dicemus: nisi quando expressè dominus se obligasset cõsentire, vt infrà in vj. ampliatione ad tex. dicemus. nã, vti dixit Iser. in const. in aliquibus. quẽ citat Afflict. hìc in xxiiij. nota. non reperitur iure cautũ, vt pro dote sororis, quæ est onus feudi, sit feudũ obligatum. Et patet, quia Tex. in c. in plani tie sancti Martini. vult, vt oĩò impetretur assensus: subdẽs, ne subditi vexẽtur in ipsius assensus concessione, vt infra octo dierum spatium se informent Regẽtes, quibus incumbit: & si distulerint dolosè illud concedere, teneãtur parti

A diudicatio an præstanda sit, quãdo dominus obligatur ad onera.

Dos sorori debita, non obligat feudũ sine assensu.

ad interesse: non autem dicit, quòd habeatur pro præstito: potuit quidem de facili hoc dicere, nec dixit: ergo cum instantia illud relaxauit vulg. l. vni. §. fin autẽ. C. de cad. tol. Et maximè, quia si lex punit contrà facientes, non propterea ex his approbat, vel annullat actum: vt not. Doct. & Mod. Papiens. in l. non dubium. C. de legib. cum conc. ex quibus perspicuè patet, pro onere feudi sine assensu non obligari corpus feudi. Porrò ex his & hoc aliud colligite: vt, tametsi And. in const. si quis post litem. dixerit, pro onere feudi in illis sex casibus dominum debere consentire, non propterea dixerit, vt præcisè compellatur: ita vt eo non præstito habeatur pro præstito, vel vt teneatur ad interesse causato facto domini, vti in prælu. q. vj. quãdo dominus feudum semel concessum non tradidit, dixit: quandoquidem in illis sex casibus dominus de congruo consentit, sicut ipse Isern. dicit: non autem præcisè compellitur, eo quòd assensus semper est gratia, vt dicit Isern. in c. j. de prohib. feud. alie. per Lothar. quo fit, vt de congruo assentiat, alioqui non esset gratia. Tũc enim assensus haberetur pro præstito, quando obligaretur consentire: vt infrà in vj. ampliat.

Assensus qui præstari debet in sex casibus per Isernià ccaceruatis, de congruo debet præstari, et ideo domino id denegãte, pro præstito nõ habetur.

pliat.in j.limit.dicam, & latiùs in articulo dotis, in fi. quicquid dicat Afflict. quòd dominus compellitur. His itaq; hunc in modum explicitis, ad Iacob.de Ardiz.reuertamur, in quantum considerauit, si causa necessaria præcesserit contractum vel non, & voluit, vt causa precedens, dependens à voluntate domini, vt in d.l.cum fidei.debeat esse impunita, vt sine assensu valeamus cõtrahere de nouo, dum tamen dependeat ab antiqua. Secus autẽ, si ex noua causa vellet feudum obligare, quia tũc non permitteretur, arg. ff. de verborum oblig.l. si seruum.§.idem si homo.ff. de lega.j.l. si fundus.primo responso, & de leg.ij.l. peto.§.j. Quæ quidem verba eam ob rem satis vana sunt in effectu, quia nos minimè vtilitatẽ ipsius feudi, vel onus feudatarij considerauimus in feudis, sed ne contemnatur dominus, vt de persona ad personam non fiat transitus sine permissu domini, vt suprà latiùs vidistis: quibus fit, vt dãnetur ipse in vtroq; capite respectu validitatis contractus, quia non tenet consequentia, dominus pignorauit vni, ergo tu vasallus poteris pignorare alteri : quia si respectu damni idem esset, non tamen idem est respectu affectionis diuersarum perso-

Pignorare quãdo ualeamus feudã.

Pignoratũ feud umà domino, alteri uasallus pignori dare non potest.

narum,& damnosum est domino quod contra voluntatem suam fit,vt ff.de vsu & habit. l. fi. nec tenet consequentia in secundo exemplo suo,Emit feudū cum pecunia alterius, ergo poterit obligari feudū:primò, quia de militia ad feudū non licet argumentari,eò quòd non ita strictè est inhibita militię venditio, sicuti ipsius feudi alienatio. Secundò, quia sequeretur vnum,quòd feudū emptum ex pecunia mea, esset mihi obligatum: quod quidē falsum est, quia requirūtur duo copulatiuè,& quòd sit emptum ex pecunia mea, & dño sciente tali scientia quæ inducat assensum, vt dicit gl.in c.j.§.& quia. in verbo, sin autem.de his qui feu.da.po. & ibi Bal. col.v.Mart.ac cæteri in cap. j. in titu. de duob. fratr. nec obligatio aliqua inde nascitur mutuanti: ex quo non est onus feudo, sed ipsi feudatario annexum:etenim si hæc lex reciperet in hoc interpretationem à iure communi, in omni onere necessario ipsius feudatarij,vt propter necessitatem antecedentem liceat sine assensu obligare feudū,diceremus vtiq;, vt pater coactus fame,qui nedum ex obligatione antecedenti, sed naturali vendit filios: vt in l.j. C.de patrib. qui fil.distr. venderet feudū, provt limiratur auth.

Argumētari de militia ad feudum non licere.

Pecunia mea, qua emitur feudū, non obligat feudū mihi mutuanti pecuniā, nisi dominus tali scientia hoc sciuerit,quæ inducit assensum.

Onera necessaria ipsius feudatarij non obligāt feudum,et idcirco pater non potest feudū filij uendere propter famē.

res

res quæ. C. com. de leg. quod tamen est falsum, secundum Iser. Bal. Mar. & oés, in c. j. qual. olim. feu. alie. po. & per Docto. in c. quę in eccleſiarū. extra. de cōſt. & ad tex. in l. cùm fidei. ff. de fideicom. liber. reſpondete legē illam ſe fundaſſe, vt non videatur teſtator prohibuiſſe, ne res alienetur ex cauſa quā ipſe induxit: nam licet hoc verum ſit, vt in effectum, quādo feudū fuit obligatum per dominum, quando aperitur domino vt capiet illud cū tali onere, ne locupletetur cū aliena iactura. quia vtiliter domini eximendo feudū à pignore negotium geſsit: non tñ propterea dicemus, actū valere, vt cōtractus teneat cū alia perſona, prout nos quærimus, & determinamus: quia non eſt cauſa antecedēs electio nouę perſonæ, ſed ſequens, ex quo contra voluntatem dñi aliū ei incognitum elegit, & ſi cā oneris eſt antecedēs quæ obligat dñm, qualitas perſonæ eſt ſequens, & improbata à l. feudi, vt in c. j. de duob. fratr. quæ non obligat feudum, vt dixi. Vnde à lege ciuili hoc arguere non valemus, c. j. de feu. cog. cùm perſonę commutatio ſit interdicta tam in conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ. quàm hīc: nec incōuenit quòd perſona dñi ſit obligata, & nihilominus

feu-

feudum non obligetur secundum Iser. in locis suprà alleg. Et vltimò pro complemento ipsius articuli dicite, nedum per text. istum esse prohibitam pignoris dationē, sed esse etiam prohibitam pignoris acquisitionem: postquam vides, quòd emptor & venditor puniuntur, vt ita dicámus, esset in pignore: ita in specie dixit Petr. de Bellaper. in l. fi. C. de rebus alie. non alie. ¶ Tertia conclusio hæc sit, vasallum eam ob causam non posse dare feudum in emphytheosim secundum Glo. hîc, quam sequitur Isern. quia non multùm ab alienatione distat, vt in §. alien. in auth. de non alie. Subscribunt illis omnes cumulati per Iaso. in l. fin. C. de iure emph. per Curt. in iiij. parte sui tractatus ibi, secundò principaliter quæro. & Iacob. de sanct. Georg. in verbo, ita etiam quòd dicti valli. col. iij. ¶ Cótrariam verò partem ea de re tenuit Ioā. Fab. in §. adeo. Inst. loca. cum secta sua, vti in locis suprà dictis videre poteris: quoniam si subinfeudatio est permissa in l. ista, in §. callidis. per quā trāsfertur vtile dominium, hoc idem dicemus in re emphyteotica, per quam non transfertur nisi vtile dominium: l. j. §. qui in perpetuū. ff. si ager vectig. pet. & per alias rationes suas.

Pignori accipere ita prohibitū est, sicut pignori dare.

An feudū dari possit in emphytheosim.

¶ Pri-

¶ Prima tamen opinio ea ratione verior est, quia à subinfeudatione ad emphytheosim minimè argumẽtari licet, quandoquidem si per contractum emphyteoticum sic transfertur vtile dominium sicut subinfeudando, subinfeudatio tamẽ respicit fidelitatem: ca. j. §. fi. in quib. cau. feu. amit. & ca. j. §. fi. per quos fiat inu. emphytheosis verò solutionem census, vt not. in d. §. qui in perpetuum. & in l. j. C. de iure emph. Cumque lege feudi statutũ sit, vt alia lege, quàm ipse habeat, nemo feudum dare possit: c. j. §. ex eadem. de leg. Corra. & c. j. §. præterea. de capi. Corr. non mirum videri debet, quòd subinfeudatio toleretur, contractus verò emphyteoticus ea de re excludatur: quia in symbolis facilis est transitus, arg. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vend. Ad hęc optimè facit, quia plus potest homo, quàm lex, vt dicit Isern. in c. j. in j. col. qui succ. tene. & tamen, si homo consentit in vno, non extenditur ad aliud, vt dicemus cũ Iser. in iij. col. ex hoc sequitur, vt multò fortiùs, si lex consentit in vno casu subinfeudationis, non extendatur ad contractum emphyteoticũ. Num mea est contemplatio ista? sanè nõ, sed ante me nil valere argumentũ de feudo ad emphy-

Argumentũ de emphyteusi ad feudum an ualeat.

Assensus præstitus in uno, nõ extenditur ad aliud.

teosim, dixit Iser. in c. j. col. ij. an agn. & latiùs hoc examinauit Io. Bapt. Caccialupus in Repe. c. j. de feu. cog. in ver. venio nunc ad septimum dubium. quę est posita in ij. vol. Repet. vbi cumulat tibi differẽtias inter hos contractus. ¶ Itaque mordicùs contendo, contractũ emphytheoticum esse prohibitum, vt minimè contractus emphytheoticus fieri posset absque assensu domini, in feudo non habente propriam naturam feudi pro annua pensione concesso: quia in eo, in quo non alteratur natura feudi, subest dispositioni iuris feudorũ: quando si alteratur in vno, vt præstetur pecunia, non tamen alteratur, vt nullo modo sit fidelis: c. j. de feud. non hab. prop. nat. feud. vbi diximus: & ita teneatis, licet quidam minuti Feudistæ aliter esse dicant, quorum errores in nostris prælu dijs ostendimus. ¶ Limitate tamen, quando duo copulatiuè concurrent, vi delicet quòd Baro haberet vel emeret rem burgensaticá infra confines feudi, & vellet illam dare in emphytheosim, faciendo ipsam ex burgensatica feudalem in augmentũ feudi, iuxta terminos §. fin. de contro. inuest. nam tunc, quia esset in augmentum feudi, & non mutaretur persona in ipso feudo, bene fieri posset:

Emphyteusis in quãtis differat à contractu feudali.

Emphyteusis ita interdicta est ut nec in feudo non habente propriam naturam feudi, admittatur.

Emphyteusis permissa est in re burgensatica, quæ datur in augmentum feudi.

posset: vt in simil. dicit Iser. in c. j. de cõtrouer. inter pares termina. & in c. j. §. fi. de inuest. de re alien. fac. secùs autem, si esset feudalis, vt paulo antè dixi super Text. ¶ Limitate secundò etiam in rebus feudalibus in regno, si res illę dedu cerentur ad culturã, & in alijs excadentialibus: vt in constit. constitutionẽ diuæ memorię. in fine. & ibi Isern. de quo latè dicemus in specie feudi franchi, infrá. ¶ Et vltimò secundum præallegatos Doctores, quando consuetudo esset dandi in emphytheosim. Sed aduertite dum loquimur de cõsuetudine, vt scias illam consuetudinem esse probandam altero de duobus modis, vel quòd genericè liceat dare in emphytheosim, vel quòd res ipsa, quæ nunc datur, sit consueta dari, per ea quæ diximus post text. in ca. j. de his qui feud. dar. possf. ex dictis per Abb. in cap. quoniam. de off. ord. & per Iacob. de Ardiz. in titulo, vtrùm per contract. emphytheo. vasal. feud. amit. & ex his quę in l. de quibus. de consuetudine speciali & generali, ff. de legib. Docto. loquuntur. ¶ Quarta conclusio sit, vt propterea nullum commercium habemus in feudo, quia ius in re, vel ad rem feudalem aliter constitui non potest, quàm domini

Emphyteusis permittitur in regno in excadentialibus.

Cõsuetudo dandi in emphyteusim rem feudalẽ permittitur: sed quomodo probabitur?

An, et quando in feudis liceat ius in re uel ad rẽcõstituere, uel proprium ius transferre, restringere, uel remittere.

voluntate: vt Iſer. hîc, & rectè: quoniam eadem iura nihilo diminuto competerent ei, in quem facta eſt ceſsio, quæ cõpeteret cedenti, etiã in his quæ debẽtur cedenti iure de ſpeciali: l. Herennius. ff. de vſu. præſertim cùm ſpeciatim commutatio iurium interdicta ſit, in conſti. conſtitutionẽ. & hîc. Tu verò trifariàm hoc diſtingue, & dic: aut enim conſtituimus ius in re obligando rem, aut conſtituimus ius in re transferendo rem, aut iuribus noſtris renunciamus ſeu cedimus. Quo ad primum de obligatione, habes exemplum in hypotheca, per text. in d. l. fin. C. de rebus alie. non alie. per quam conſtituitur ius in re, vt dixit Cy. in l. cùm res. C. ſi res alien. pigno. dat. ſit. arg. l. noxalibus. ff. de noxal. act. l. rem alienam. ff. de contrah. emp. l. eorum. & l. ſi finita. §. ſi qua iura. ff. de damno infec. ſuper quo exemplo Ciuiliſtæ dubitarunt, in l. in quorum. ff. de pign. an prohibita alienatione, prohibeatur hypotheca? nos autem in feudis nullum habemus dubium, quia quãdo inhibitio fit principaliter in fauorem alicuius, prohibita alienatione, fauore eiuſdem prohibetur & hypotheca: l. j. in princip. ff. de reb. eor. l. ſi pupillorum. eod. tit. & auth. ſacramenta puberum.

Hypotheca an cenſeatur prohibita, quando alienatio prohibetur.

C.

C.si aduer.vend.In feudis autem princi paliter prohibitio fit fauore reipublicæ,& directi domini: vt patet in lege ista,& l.j.de prohib. feud.alien. per Lotsiar.ergo, etc. Hinc planè dicemus,vt quamvis pro hypotheca legatorum à lege tacitè obligentur bona defuncti: l. j.& ij.C.communia de leg. immò & res hæredis: l. vnum ex familia. l. si rem.ff. de lega. ij. nulla tamen obligatio sine assensu erit in feudo, secundum Bal. in d.l.ij.C.communia de lega.Spec.in tit. de pig.§.j. versi. sed nunquid.Iason in l. fin.cxxv.col. C.de iure emphyth. & Iacob.in vers.& cum pacto.ac Modernos Neopol.hîc: Nam tacitum à lege, tunc venit, quãdo aliquid ab homine expressum est,secundum Isern. cap.j.qui succ. ten. arg. l. quanquam. ff.de ritu nup.& l. si cui.ff. de ser. sed vbi homo nihil dixit,nihil feudo nocet:cap.in generali.si de feud.fuer.controu. Hinc quoque & illud emersit, quod dixit Bar.in l.si constante.ff.sol. mat. in iiij.q. tertiæ partis principalis, nempe mulierem habere suam tacitam hypothecã in feudo, donec durat feudum esse viri: quasi considerauerit illam perceptionẽ fructuum, vt in re viri, non autem vt hypothecam à lege subintellectam, contra corpus

Obligatio feudi omnino est interdicta, & nunquã subauditur etiam pro hypotheca legatorum.

Obligatio tacita à lege, subintellecta uenit, quando aliquid ab homine ad id potestatẽ habente exprimitur.

Hypotheca mulieris tacita, quã habet in feudo uiri, respectu fructuum est.

feudi. Animaduertite tamen, dũ omnes volũt pœnas istius legis sibi locum non vendicare in eo, qui obligauit feudum, vt dicit glo. in auth. de non alien. §. nos igitur. in fi. & in consti. constitutionem diuæ memoriæ. in verbo, iure proprio. quia obligare, nõ est alienare: l. ad eum. §. Lucius. ff. de donat. quo fit, vt neq; valeat obligatio, neq; etiam pœnã mereatur: si tamẽ obligauit, & tradidit feudũ, habebunt locum pœnæ istius legis, per d. l. fin. C. de reb. alie. Sic enim intelligitur illa positio, vt iste text. non habet locum in obligatione feudi: dic tu nisi feudũ tradatur, vt dicit Bal. in c. j. §. aut si libellario. in vlt. col. quib. mod. feu. amit. post Cy. & alios, in l. si alienatũ. ff. de verb. sig. Idẽ Bal. in c. deniq;. quę fuit pri. cau. & hîc col. j. in fi. quem sequũtur Mart. & alij. Itaque & non aliter intelligendicta Roma. & Alex. in l. si constãte. ff. solu. matr. col. xj. & alios ibidem, per eum & apostillũ allegatos. Ex quibus illud etiam collige, quod licet Bar. in l. si rem alienam. §. propriè. ff. de pigno. act. & Alex. ibi, in l. à diuo Pio. §. in venditione. col. v. super gloss. in verbo, pignoribus. ff. de re iudic. dubitauerint, si lex loquens de pignore, habeat locum in hypotheca. Tamẽ, quod dicimus de pigno-

Obligãs bona feudalia sine assensu non punitur, nisi res obligata tradatur.

pignore in text. isto, idem erit in hypotheca re tradita: ex quo in solo nomine differūt, vt in d. §. propriè. & §. itē Seruiana. Inst. de act. & etiā in materia stricta, vbi in istis symbolū habentibus, eadem est ratio: facilis est transitus, vt vtrumq; censeatur eodem modo prohibitum, secundnm glos. in Clem. j. in verbo, eligatur. de elect. & per Bart. & alios in l. Marcellus. ff. ad Trebell. quibus omninò hęrere ob eā causam debemus, quoniam rerum substantiam examinando, nominum disceptationem pertinacibus relinquimus: l. pen. & ibi glos. C. de const. pecun. pertinacibus, inquam, Grammatistis, qui vocabulis intenti res ipsas haudquaquam intelligunt, quemadmodum in nostro libello, cui titulus inscriptus est Rhetor, perspicuè ostendimus. Sic enim interpretanda est doctrina Andr. de Isern. in const. fratribus. dū dicit, quòd non ita est prohibita omni iure obligatio, sicut alienatio: videlicet in casu l. ad eū. §. Lucius. ff. de donat. & in casu etiam, vbi lex tolerat obligationē, provt fuit in casu illius cōstitutionis, de qua facit ipse mentionem ibi, & in ca. j. §. donare. qualiter olim feu. alie. po. ac in const. in aliquibus. Sic quoque intelligere debemus

Rhetor Barth. Camerarij.

Obligationem non ita esse prohibitam, sicuti alienatio prohibetur, quomodo intelligatur.

gloſſam finalem, & prȩcedentẽ in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ. in his, quæ de obligatione loquuntur. ¶ Circa ſecundum caput de translatione iuris noſtri in alios, quia eſt tota materia repetitionis l. iſtius, illud hîç ſpeciatim non tractamus. ¶ Quo verò ad tertium de ceſsione iurium, iterum diſtinguo, & conſidero tres caſus: quia aut nos cedimus iura in augmentum feudi, aut in augmẽtum feudatarij, aut in augmentũ tertij. Primo caſu iterum dupliciter diſtinguendum eſt, inter iura feudalia non habentia formam feudi, & iura feudalia feudi formã habentia: quæ ſimpliciter feuda nuncupãtur. Quia primo modo, ſi feudi formã non habent, vtpotè ſi habebam ſeruitutem, vel hypothecam in feudo tuo, quorum cauſa ego nõ ſeruiebam domino, ſed tu qui feudum tenebas, & hæc in augmentum feudi ſine aſſenſu cedi poterunt authoritate Sacri conſilij, dec. ccxxxij. Bart. de Capua, & Ant. de Alex. in l. iiij. ff. de manu. vind. per illum text. Quibus fit, vt mulier dotarium, quod in ſolo iure conſiſtit, in augmentum feudi ſine aſſenſu remittere poſsit: vt ſuprà in quȩſtione illa, an liceat ſine aſſenſu alienare in augmentum feudi, dixi. Et ratio

Aſſenſus an requiratur in ceſſione iurium.

Dotariũ remittere poſſumus ſine aſſenſu in augmẽtũ feudi.

tio est, quia causa, quare feudi alienatio prohibetur (de qua super text. latiùs disputauimus) illa pręcipua est, ne res aut persona sine assensu domini commutentur: quæ in casu isto cessat, si eadem persona seruit, eademque res penes illum permanet. Contrà verò, si per se feuda formata, iuxta tradita in c. j. §. fin. in quibus caus. feud. amit. alteri feudo vnire voluerimus: siquidem tunc & res & persona commutarentur. Nam cùm ego priùs pro illo feudo seruiebã, nunc alter vasallus seruit: & res, quæ priùs penes me reperiebatur, penes alium permanet: quę ambo à lege ista, & à constit. constitutionẽ diuæ memoriæ. sunt interdicta. Vnde licet cessio, vt feudum feudo addamus, prima fronte permissa videatur, alia tamen ratione prohibetur, ne scilicet aliud feudum inconsulto domino alienetur, & honor domini minuatur, vt dixit Isern. in constit. constitutionem diuæ memoriæ. vt ab vno feudo alteri feudo nec vna gallina sine assensu à vasallo possit remitti. ¶ Quę si respectu ipsius feudi denegamus, multò fortiùs, si ipsius feudatarij augmentũ consideramus, idem affirmabimus, authoritate Isern. in c. j. §. & si libellum. de aliena. feu. pater. col. iij. dum ait, quòd,

Gallinã remittere nõ licet inconsulto domino.

licet refutare feudum sit magis cedere loco, & personam suam de medio tollere, quàm alienare, iuxta terminos c. j. de eo qui fi. fecit agn. & ibi per Doct. & in c. j. de alie. feu. pat. vbi clara voce Doctores hoc tenẽt: alienare tñ erit, si fit in augmentũ illius qui tunc non vocatur: & Bal. in cõs. clviij. in j. vol. in antiquis, in nouis autẽ in ij. vol. num. ccc. incipiẽte textus in j. col. quem omnino, quo ad hoc, reprobamus, dũ inquit, donationẽ in feudis non esse insinuandã: nam cùm de ea cõsuetudines feudales nõ loquantur, sufficit à iure ciuili esse, puisum, cui ius feudale non contradicit: c. j. de feu. cogn. Quòd autẽ consuetudines feudales de illa non loquãtur, ea ratione est, quia aut agnati & dñs capiunt feudum, ex causa antiqua, & tũc eam ob causam donatio non insinuatur, quia restitutio fit ex necessitate causæ antiquę, non autem nouæ: vt in l. sancimus. & l. si quis argentũ. C. de dona. Aut à principio fit infeudatio, & tunc eam ob rem non insinuatur, licet dominus det: quia dñs habetur loco principis, vt dixit Bar. in loco à Bal. citato. Rursum, quia infeudare non est simpliciter donare, sed contractus vltro citroq; obligatorius, secundũ Iser. in q. v. in pręlud. in quo nõ egemus insi-

Insinuãda non est donatio facta à primo.

insinuatione : in hoc tamen Bald. sequimur, dum inquit, quòd si refutatio fieret in fauorem agnati, qui isto tempore non tenet feudũ, sed postea aliquando vocãdus est ad successionem feudi, quia præmaturè ex refutatione ista ius refutatum caperet, mordicùs dicamus, refutationem hanc esse alienationem, quæ cum vlteriori agnato ea de re perfici non poterit, quia immediatè succes- suro duntaxat refutationem fieri posse lex feudalis statuit. Ita dicit ipse in d. §. & si libellum. col. ij. versic. sed hîc. cui addo optimum text. in l. alienationis verbo. ff. de verborum signific. in fin. Etenim, si ius meum in ipso feudo non possum nisi ei, quem dominus, vel lex illo tempore elegerunt, refutare: multò minùs ius meum distinctum re (vt præmisimus) in hunc feudatarium ad hoc à domino nullo modo vocatum transmittere potero, ne rei & personæ commutatio contra domini voluntatem fiat. Hæc enim nedum per constit. constitutionem diuæ memoriæ. sed etiam à lege ista sunt prohibita. Adauget animum, vt hoc confirmem, quia si res burgensatica additur in augmentum feudi, vt in §. fin. de inuest. de re alie. fa. non permittitur vt fiat, transferendo

Refutatio non fit, nisi in immediatè successurum.

feudum in alium, vt dicit Ifern. in c.j.§. fin.in addit.an ille qui interf.frat.dom. fui.multò magis non admittetur in casu isto feudum transferendo. Quomodo autẽ & quãdo hoc ius distinctũ cõsiderãdum sit,videte cumulata per Alex. in consil. xviij.in v.vol. & dicta Bart.& aliorũ in l.fundi Trebatiani.ff.de vsufr. leg.in l.codicillis.§. instituto. ff.de leg. ij.in l.pecoris.ff. de seruit. rust. præd.in l.Mela.§.final.ff. de aliment. lega. & in l.pomum. ff. de seruit. Hactenus de primis duobus casibus, quibus quid de vita, & militia, ac cæteris iuribus quæ remittuntur,iudicandum sit, perspicuè patet,post illa quæ paulo antè tractauimus in quæstione de augmento feudi. ¶ Quo verò ad tertium casum istius vltimi capitis, quando cessit in beneficiũ tertij,multi essent considerandi modi, quorum declarandorum causa hanc tibi incidentem quæstionem formabo. Quid in casu,in quo(vti in facto habui) duæ essent mulieres, quæ hypothecam cum assensu in vno comitatu habeant: quarum prima, quæ anteriorem hypothecam habebat, noluit iura sua in totum extinguere,iuxta l. quæritur. §.remittentibus. ff. de ædil. edict. neque in totum iura sua in aliam secundam trãsferre,

Assensus an requiratur in casu, quo habens hypothecam super quatuor castra, illam restringere vult super duo.

ferre, vt in l. qui tabernas. ff. de contr. empt. sed iuxta terminos l. certo. §. si totos. ff. de seruit. rust. præd. restrinxit iura sua ad duo castra, ad hoc vt alterius mulieris hypotheca posterior, quæ effectum suum sortiri non poterat, in reliqua parte comitatus effectum sortiretur: postea prima mulier consensit alienationi duorum castrorũ, & sic remansit indotata: quocirca cùm hęc secunda mulier vellet agere virtute conuentionis, altera dixit, reuocaui authoritate constitu. constitutionem diuæ memorię. secunda verò mulier replicabat, constitutionem non habere locum in casu, in quo sine assensu actus fieri potuisset: atque hinc dubium tale ortum fuit, an sine assensu talis cessio & restrictio fieri possit? ¶ Et, vt fieri potuerit, asserebatur in primis, quia dispositio istius legis non se fundat in hac retrocessione, sed in translatione: vt in text. ibi, & in alios transferunt. Vnde non videtur, vt in hac retrocessione, quæ tendit in augmentum alterius mulieris, quæ similiter mediante regio assensu iura sua consequitur, alio fuerit opus assensu, arg. l. si pro fundo. C. de transact. & ibi per Alex. & Ias. post Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend.

posseſſ.vbi etiam hoc firmat. ¶Secundò,quia dum iſta reſtringit iura ſua,hoc venit in augmentum feudi: quod fieri poſſe in hypotheca, quæ remittitur, ſuprà affirmauimus. ¶Et tertiò,quia cùm altera mulier habeat aſſenſum, vt i. agnatus remoto obſtaculo alterius agnati capit feudum refutatum ſine nouo aſſenſu,c.j.de eo qui fin.fec.agna.& c.j.§. & ſi libellum.de alie. feu. pa.ſic mulier iſta poſterior, ſubmoto obſtaculo alterius mulieris anterioris,iure proprio capiet bona cũ aſſenſu ſibi obligata. ¶Pro contraria autem parte, vt aſſenſus exigatur,ſequentia argumenta in medium producebantur. Primò, quia inter alienare & retinere datur de iure feudorum medius terminus, id eſt refutare: per quem minimè ius proprium à nobis abdicamus, ſed ad tempus reſtringimus:ca.j.de eo qui fi. fec.agna. cùm magis pro illo tẽpore dicitur ius illud ceſſare, quàm quòd ius aliquod transferatur: vt dixit Iacob.de Ardiz. in ſumma, de ſucceſ. feud.col.ij. per text.in l.pen. §.pater. ff. de caſtr. pecul. & tamen neque iſtud fieri poſſet, niſi cum illa perſona in quam poſſet alienare,quemadmodum ſuprà authoritate Iſern. in d. c.j.§. etſi libellum. de alien. feud. pat.apertè

Refutare cum medius terminus ſit inter alienare & tenere.

pro

probaui: quomodo igitur cum extraneo fiet? siquidem hoc casu in effectu non esset retrocedere, sed remittere: quod quidem remittere, dare esset, secundum Iser. in const. constitutionem diuæ memoriæ. & in d. §. & si libellum. per tex. in l. si mulier. ff. de cond. ob causam. & l. quærebatur. ff. ad legem Falci. & in l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquir. rerum dom. & in §. interdum. Insti. de rerum diui. vbi apertiùs hoc probatur. Dare autē non minùs prohibitū est in ipsorū iurium translatione, quàm rerum, secundum Iser. in d. constit. per text. in l. fi. C. de rebus alien. non alien. Cumq; ista mulier, quę iura sua restrinxit, si voluisset, non potuisset sine assensu iura hæc in aliam transferre: vt in lege ista, & l. j. de prohib. feud. alien. per Lothar. & d. const. constitutionem. ergo ex his dicemus, minimè sine assensu in vtilitatem istius secundæ mulieris potuisse retrocedere, iura sua à se abdicando. Ex quibus hanc sententiam colligere poterimus, vt tametsi secúda mulier iure proprio potuisset agere, & obtinere in sua hypotheca, prima muliere non cōtradicente, illa tamen reuocāte actum, per quem ius suum in effectu in hanc secundam transferre conabatur;

Remittere, dare est.

Transferre iura in alium, nō minus prohibitum est, quàm transferre corpus feudi.

arg.d.l.si mulier.ff.de cond.ob causam. cum concord. secundam mulierem sic esse excluſam, vt prima, perinde ac si nõ cesſiſſet, agat: arg.l.debitũ.C.de remiſſ. pig. poſtquã ex his vides, quòd retrocedendo & ius ſuum reſtringendo, in effectu ius proprium in alium transferret: quod per legẽ hanc prohibetur. ¶Reſtat modò, vt argumentis contrarijs reſpondeam. Non obſtat primum argumentum, quia illud quod fit, in effectu nõ eſt remittere, ſed dare. Nec obſtat l. ſi pro fundo: quia ibi non ideo capit, quia alter ceſsit, ſed quia alter priùs iure ſuo ſine ceſsione rem tenebat, ſecundum veriorem intellectum ibi à Iaſone poſitum: quod non eſt in caſu iſto, vbi ſine ceſsione primæ mulieris ſecunda mulier feudum irreuocabiliter nõ conſequeretur. Et hoc eſt, quòd prima mulier virtute conſtitutionis reuocare poſſet, & iura ſua in iudicio deducere. Secundum etiam non obſtat, quia ex iſta retroceſsione nullum fit augmentum feudo, neque feudatario, ſi ita fit, non vt feudo addatur, ſed vt alteri ſecundę mulieri hypothecaria cum effectu detur: quia in contractibus illud conſiderandum eſt, quod partes agunt: arg. l. non omnis. & l. ſi quis nec cauſa. ff. ſi cer. pe.

Intentio contrahentium intuenda eſt.

Vnde

Vnde cùm intentionis earũ fuerit, huic secundæ mulieri succurrere, nõ autem feudo prouidere, quod à duabus hypothecis in eadem quantitate grauatur, reẽto iure dicemus, terminos esse diuersos, nec in aliquo conuenire. Tertium nequaquam obstabit, quia prẽsuppositò (vt suprà probauimus) quòd mulier prima, si voluisset, non potuisset transferre iura sua sine assensu, ille assensus, quem ista mulier secunda, quæ ab initio assensum pro dotibus suis obtinuit, non fuit super translatione iurium illius primæ mulieris, quę transferuntur nũc, & sic nec cum eadem persona, nec super eadem re: sed assensus præstitus fuit super bonis & iuribus comitis, quę sibi obligari supplicauit: quo casu secũdum Iser. in cap. j. qui succ. tenea. & hîc, non potest iuuari ex eo in hac alia re mulieris, quam nunc transferre curat, vt infrà nos quoque apertiùs demonstrabimus, & sic sine nouo assensu nullo modo valebit, qui antequam prẽstaretur, reuocationem iam factam impedire nequit. Sed huic responso videtur obstare, quoniam statim, quòd secunda mulier potuit iure proprio feudum capere, nõ curamus in retrocessione non interueniisse assensum: quia in refuta-

Assensus præstitus super tali feudo Ioannis, non censetur præstitus in eodem feudo, quatenus est obligatum Petro.

tione, quę fit agnato, qui iure suo capit, non requiritur assensus : vt in cap. j. de alien. feud. pater. in princ. & in §. si libellum. & in d. cap. j. de eo qui fin. fec. agn. Sed dic satis eos errare, qui contendũt refutationem fieri sine assensu : quia si fit sine assensu hominis, non fit sine assensu legis, vt suprà in text. declarauimus : &, si lex consensit inter successores feudi, vt inuicem refutare possint, non extenditur ad hos, qui per contractum concurrunt, & refutare volunt, secundum Isern. hîc, col. iij. vbi dicemus. Sed tũc contrà, quia si assensus non extenditur, vt hîc Isern. dicit, tamen casus cõprehensus in ratione & mente comprehensiua in assensu continetur per l. j. §. si is qui nauem. ff. de exerci. ratio autem, quare lex consentit, vt sine alio assensu sequens agnatus feudum capiat, hæc est, quoniã non ex iure transmisso, sed iure proprio tũc feudum capere potest. Idem ergo dicamus in casu nostro, vt data hac retrocessione sine alio assensu, secunda mulier feudum capiat, sed respõde retorquendo hoc argumẽtum: Nam qui refutat, nihil de suo dat, & omnia iura sua retinet, vt iterum succedat (quando omninò non refutasset) vt in d. c. j. §. & si libellum. & c. j. de eo qui fin.

Refutatio non ualet, nisi cum assensu legis.

Refutans nihil de suo dat.

fin. fec. agna. & ibi per Ilern. & omnes, quod quidē minimè eſt in caſu iſto, vbi mulier iura ſua à ſe perpetuò abdicauit. Et dicere, quòd vnus creditor alteri creditori poſteriori ſine aſſenſu iura ſua etiam reſtringendo in effectu cedat, ſicut vnus agnatus alteri agnato refutat, penes me nouū eſt, lege hoc in ſpecie non permittente, quæ omne commercium genericè vetuit, & per conſequens, vt non alio modo, nec alio tempore feuda etiam inter vocatos vadant, vt ſuprà in text. dixi, in quæſtione, de augmento feudi. Etenim ſi ea tacente ſecunda admittitur, eadem ratione prima contradicente ſecunda repellitur, & ſi quicquam ne contradicat, per contractum ſuum cauſata eſt, illud per cōſt. cōſtitutionē diuæ memoriæ. reuocare potuit, præſertim cùm de iure communi nullo modo teneat. ¶ Finis autem huius cauſæ hic fuit, quippe quia cùm iudices in hanc ſecundā partē inclinaſſent, ſecunda mulier, ex quo inter ſocrū & nurum lis vertebatur, à lite deſtitit. Per quæ vides, aliud eſſe, vt iura nō formata in augmentū feudi cedātur vel reſtringātur: quod licet: aliud verò, q, feuda formata, feudo, ſeu feudatario cedantur: quod phibetur. Rurſum aliud eſſe, ſi iura non

formata, non in augmentum feudi, sed tertij, cedendo, vel retrocedendo refutamus: quod ex his, quæ in hac secunda parte adducuntur, non minùs prohibitum videtur. Possem equidem vobis & illud in medium adducere, si primæ mulieri, quæ indotata remanet, ex remedio authẽ. si qua mulier. C. ad Vellei. vel saltem ex capite restitutionis in integrum succurrendum esset, quod tunc deducebã. Verùm quia feuda tractare, non ciuilia describere studemus, illa nunc omittenda esse duxi: horumque loco illud quoque determinabimus, an in cessione litis, sicut in cessione litis & causæ, assensus requiratur: quoniam, quando cedimus liti, nihil iuris nostri à nobis abdicatur, vt notant Doctores in l. postquam liti. C. de pactis. sed cedendo causæ, ius nostrum in alium transferre conamur: quod quidem fieri non potest, vt paulo antè dixi. Hinc planè & illud prouenit, vt instantiæ quoque cedi possit sine alio assensu: vti iudicatum fuisse in causa Beatricis Torellæ contra dominum Ioannem de Sunica, vidi. Illudque postremò dicamus, vt tametsi per l. quæro. ff. loca. dubitemus, an assensus capituli Neapolitani, quod assentit pro dote, extendatur ad fructus dotis? quod

Assensus an requiratur in cessione litis, uel litis ac causæ.

Assensus nõ requiritur in renũciatione instantiæ.

Fructus dotis an ita priuilegiati sint, sicut ipsa dos.

quod ita esse, paulò pòst cum Iser. in materia extensionis concludam, ad ampliandum hanc conclusionem, hoc adeò verum esse subiungam, vt si mulier cum assensu Regis cesserit iura dotalia, assensus legis capituli, qui de iure speciali prodest mulieri, etiam quo ad fructus prosit, & ipsi cessionario, qui in sola cessione habet assensum: Tex. est notabilis in l. Herennius. ff. de vsu. Et denique, quia remittere dare est, vt suprà præmisi, & proinde in augmentum feudatarij sine assensu fieri non potest: d. l. quæro. hoc aliud determinabimus, vt si Rex cõsensit vni feudatario, vt vendat cum pacto de retrouẽdendo, non possit remittere illud pactũ sine nouo assensu: quia esset distrahere, in quo opus est assensu, secundum Isern. in ca. j. §. si verò. col. ij. de controuer. inuest. argu. l. sicut. C. de actio. & obliga. Nec refert, quòd tempore extinguendum erat pactum illud: quia dum tempus fuit taxatum, quo elapso extinguendum erat, illud fuit cognitum à domino assentiente, & sua voluntate extinguebatur, quod non potuit præmaturè fieri ex facto feudatarij sine assensu: per ea quæ suprà ponderando actum refutationis dixi. Tum maximè, cũ de præiudicio tertij tractaretur,

Pactũ de retrò uendendo non potest remitti sine assensu.

Assensus, sicuti requiritur in cõtractu, sic etiam in distractu.

Tertij ius perpetuò considerandum.

seu domini in casu, in quo remittens pactum de retrouendēdo filios non haberet, vt dicam in illo articulo: an assensus super principali extendatur ad pactum de retrouendendo ? quia potuisset illo medio tempore feudum aperiri regi, aut tertio, qui succedit ei. ¶ Quinta conclusio erit, sicuti dicit Iser. vt, si non licet cōstituere ius in re, minimè liceat constituere seruitutē vel vsumfructum: vt ff. de vsufru. l. arboribus. & C. de reb. alien. non alie. l. final. Super quo nolo dicta aliorum repetere: vide quæ dicit Iason in l. iij. §. ex contrario. ff. de acqui rend. poss. col. viij. Aflict. hîc, & in ca. j. §. quid ergo. de inuest. de re alien. fac. & in c. j. in glos. de capi. Corra. vbi etiam per Scribentes. & in const. constitutionem. Curt. in sua quarta parte, q. xiiij. & xv. & Iaco. de sanct. Geor. in verbo, etiā quod ipsi vasalli. & Alexan. in consilio xviij. in quinto vol. Hoc tamen dicam frustrà quæri de impositione istius seruitutis respectu diminutiouis feudi, quia hoc satis clarum erat per text. in d. §. quid ergo. de inuestit. de re alien. fact. Dubium, quod hodie explicandum est, illud erit: Vtrùm in vita feudatarij liceat sine assensu constituere seruitutem prejudiçando sibi, vt erat de iure anti-

An liceat sine assensu domini seruitutē aliquā uel usumfructū constituere in feudo.

Seruitus in feudo, an saltē durante uita feudatarij, cōstitui possit.

antiquo, an verò contractus statim sit nullus, & puniatur, vt hîc? Quod nequaquam dubiũ aliquod in se habet, quandoquidem etsi contractus sine assensu celebratus, spem reconualidationis habeat, eò quòd in futurũ præstari posset, sicuti paulo pòst cum Andrea dicemus, statim tamen annullatur contractus, nec momento valet, quia est nullus: vt tenuit Isern. in cap. j. de succ. feud. & in c. j. qual. olim feud. alien. pot. & in constit. constitutionem diuæ memoriæ. & in text. isto, maximè in §. firmiter. Nam illud, quod considerabamus de iure antiquo, in ca. j. apud quem vel quos. & in c. j. §. j. qual. olim feu. ali. po. & in c. Titius. si de feu. fuer. controuer. & in §. sed & res. per quos fiat inuest. vt in vita vasallus alienaret, non autem post mortem in præiudicium agnatorum vel domini, erat considerando damnum, & vtile agnatorum vel domini, non autem considerando contemptum ipsius domini: propter quem hodie statim cõtractus est nullus, vt in l. j. de prohib. fe. alie. per Lot. in l. ista, & in const. cõstitutionẽ diuæ memoriæ. Vnde nec in vita valet, vt dicit Iser. in d. §. quid ergo. Bal. & Aluar. in d. §. donare. qual. ol. fe. alie. po. Idẽ Bal. in c. j. de vas. decre. æta.

Nullus statim est contractus, licet spẽ reconualidationis habeat.

Alienatio quæ de iure antiquo admittebatur in uita, qua ratione permittebatur, hodie autem non.

& in l.is quem.ff.de prædijs minorum.

Fructus feudi alienare potest vasallus uita comite sine assensu.

¶Sexta concluſio principalis erit, vt tametſi vaſallus non poſsit diſponere de corpore ipſius feudi, diſponat tamen de fructibus feudi pro toto tempore, quo feudum eſt penes ipſum, ſecũdum Iſer. quia prohibitus vendere non prohibetur de fructibus diſponere:ff.de lega.ij.l.codicillis. §.inſtituto.ita tamen, vt ſi contingat vaſallum vendere fructus pro duobus annis, & moriatur infra hoc tempus, quoniam feudum aperitur domino, omnes obligationes pereant:ita Iſern. arg. l. lex vectigali.ff.de pigno.poſt Iaco. de Ardiz. in tit. vtrùm res pign.oblig. poſſ. & in rubr.ſeq. vbi etiam tractat, quomodo fiat executio in fructibus feudi lata ſentẽtia in actione perſonali. Vnde & hoc aliud emergit, vt cùm non poſsit plus iuris tranſferre ipſe feudatarius in aliũ, quàm ipſe habeat, & lege feudi cautum ſit, vt mortuo vaſallo ante mẽſem Martij, nullum ius hæredi competat vendicandi fructus feudi:§.his conſequenter.in tit.hîc finitur lex. minimè aliquod ius habeat in iſtis fructibus is qui feudum conduxit pro duobus annis. ¶Et quia iſte articulus eſt de vtilioribus, qui diſputantur in l. iſta, in tres partes quæſtionem hanc

hanc partiamur. Prima scilicet quærendo, quomodo vasallus possit nocere filijs & agnatis qui sunt successuri in feudo, aut domino, & sibi, quando contraxit cum assensu regio? de quibus nō loquimur in l. ista, sed diximus in ca. j. an agna. Altera verò pars erit, vt intelligamus, quomodo noceat sibi, quando sine assensu contraxit. Et tertia, quomodo noceat domino & successuris in feudo, quando similiter sine assensu contraxit. De quibus duabus partibus nos loquuturi sumus. ¶ Prima igitur conclusio, ex hac sexta conclusione principali sit, vt fructus iam percepti dicantur burgensatici: authoritate Iser. in c. j. §. si quis verò. de pac. ten. col. iij. Proderit scire hoc, secundum Capiciū post Luc. de Pen. in l. j. C. de bon. vac. lib. x. tum pro his q̄ tractātur in const. post mortē. vbi in casu ibi propositio feuda efficiuntur Baronis, burgensatiça verò Regis, tum etiam vt sciamus omnia mobilia, etiam habita à feudo, & arma, sicuti in casu publicationis essent Regis, ita aperto feudo, ob mortem esse hæredis, & non domini, ita quidem vt quemadmodum dicebat Luc. de Pen. in l. quicunque. la. ij. de omni agro deser. lib. xj. bona empta per Regem de fructibus

Fructus feudi separati à solo dicuntur burgēsatici.

Bona empta à Rege uel Barone de fructibus Regni uel feudi burgēsatica sūt.

perceptis à Regno esse burgensatica, itidem & bona empta de fructibus feudi, burgensatica sint. quibus ego subscribo authoritate text. in ca. j. de duobus frat. quod ipsi silentio pertransierũt: & ratio est, quoniã cùm fructus sunt separati à solo, non retinẽt naturã primam. Nam spiritualia nõ possunt vẽdi, vt in c. querelam. & c. consulere. de simon. & tamẽ fructus percepti ex rebus spiritualibus bene venduntur: vt in c. vestra. extra. loca. cum similibus. Quibus addite vos, bona quoque, & animalia existentia in feudo adhuc, burgẽsatica esse, vti dixit Bal. in consi. ccccxxij. in j. vol. Deinde verò hoc limitate in casu, quãdo arma, animalia & alia bona destinata essent ad vsum feudi, vt dicit Isern. in tit. quæ sint reg. in verbo, & plaustrorum. Exẽpli gratia, si aliquod feudum proponamus, in quo oues & boues cæteraque pecora campi ita feudo destinata sunt, vt ex his fructus feudi colligantur. Et licet Capicio videatur, Isern. in constit. post mortem. vt mens sua fert, dubium fuisse, an fructus prouenientes à feudo sint feudales, eo quòd dicit ibi Iser. allegando text. in l. si defunctus. C. de arb. tut. non prẽsumi vasallũ acquisiuisse bona ex fructibus feudi: addens pro solutio-

Burgensatica sunt animalia existẽtia in feudo, itidẽ & arma, nisi destinata sint ad usum feudi.

tione, non esse præsumendũ Iserniam statim voluisse se corrigere. Dicite vos, Ise. more solito arg. principiò in mediũ produxisse, postea verò in vers. nã etsi. per tex. in l. defuncta. ff. de vsufruct. arg. soluisse. Quis enim dubitat non solùm fructus separatos à solo, esse burgensati cos, vt dicit Bal. in cons. xxxiij. in j. vol. verùm etiam & pendentes, considerando illos fructus vt separandos, burgẽsaticã naturã retinere? vt est text. in c. j. an agna. in c. j. §. his cõsequẽter. in tit. hîc finitur lex. in const. si qñ. §. fructus. Sunt enim hoc modo illos cõsiderãdo in cõmercio nostro, secundũ Bar. in simili in l. quæ nõdum sunt. ff. de pign. Hoc planè perpetuò Iser. placuit non modò in locis citatis, sed etiã in const. post mortem. in d. §. his consequenter. & in ca. si duo fratres. in primo tit. de duobus fratrib. de nouo bene. inue. vbi Iser. & hoc aliud addidit: nẽpe, vt tametsi feudum emptum ex communi pecunia non sit meum, tamen fructus in communione veniãt. Cui subscribunt Aluar. in l. ista, col. v. & Bal. col. ij. in fin. est bona apostilla, super Mart. in c. j. de his qui feud. dar. poss. §. fi. in fi. vlt. col. & patet in decis. regni, decis. xxvj. & decis. ccxl. in tertio dubio, & p scribẽtes in l. si finita.

Fructus pendẽtes, si considerãtur ut separãdi, burgensatici sunt.

Fructus feudi empti ex pecunia communi, sunt cõmunes, licet feudum nõ sit commune.

§.si de vectigalibus.ff. de damno infect. & in l.commodis. ff.de re iudic. ¶ Secunda conclusio sit,vt considerãdo fructus pendẽtes, ita feudales sint, vt sicut nil absque assensu in toto vel parte corporis attentare licet, ita & de fructibus pendentibus sine assensu nulla dispositio permittatur:l.cùm principalis.ff.de regu.iur.iuncta l.fructus.ff.de rei vend. ¶ Quid dicemus?principiò quęram,an vasallus in præiudicium suum possit alienare fructus pro toto tempore, quo fructus erunt penes eum: quod permissum videtur secundum Isern. hîc, & in const. constitutionem diuæ memoriæ. Sed contra hanc conclusionem affertur communis cõclusio, quam firmauimus suprà,vbi diximus,nullum ius licere cõstituere in re feudali. Secũdò argumẽtor ex cõmuni conclusione glo. & Iser. in dicta const.constitutionem. vbi non licet feudatario locare fructus, nisi per quinquennium: vel, si teneremus opinionem Modernorum Neapolitanorum in l.ista,in xiij.not.col.x.per c.Regis Caroli,quod incipit, itẽ statuimus. vsque ad septimum: ergo non toto tempore vitæ suæ. Tertiò & vltimò alteram communem conclusionem in medium promam in d.l.codicillis. §.instituto

Fructus pendẽtes sunt feudales.

Fructus feudi pro quãto tempore alienari possint statuendo tẽpus certũ.

tuto.ff.de leg.ij.vbi reprobata glo.com muniter concludunt, text. illum, dum vult vt prohibita alienatione non prohibeatur locatio, non haberè locum, si fieret locatio ad longũ tempus: ita post Scribentes, ibi tenuit Bald. hîc col.iij. & in c.j. de his qui feud.dar.pot.col.vj. & idem in ca.aut si libellario.in quibus caus.feud.amitt. Ciuilistæ in l.fin. C.de reb.alien. non alien. & Canonistæ in c. nulli. de rebus eccle. non alien. Gloss. Isern. & omnes in constit.constitutionem diuæ memoriæ.& Felin. in c. quæ in ecclesiarum. col. xxxvj. vbi cumulat alios. Nos autem, vt distinctos terminos intelligamus, tres considerabimus casus:primùm,quando vasallus locauit ad modicum tempus, siue sit quinquennium, siue septennium, dum tamẽ non transferatur ius in re, vt hoc casu fructus dicãtur feudales respectu domini, cui non potest nocere: ex quo resoluto iure ipsius datoris resoluitur ius acceptoris, secundum Isern. hîc post Iacob. de Ardiz. in sua summa, in titul. vtrùm feud.pig.oblig.pot.per text. in l.lex vectigali. ff. de pigno. Pro quo facit text. in c.rursus.cum concord. quibus mod. feud.amit.respectu verò alienantis fructus, ea ratione dicantur burgensatici,

Fructus respectu domini directi dicuntur feudales, quando vasallus fructus locat cum assensu legis, infra modicũ tẽpus: respectu verò vasalli alienantis, dicũtur burgensatici.

quia fructus separandi cõsiderantur vt burgensatici, & consequenter poterit sine assensu nocere sibi, quia ex tali tempore non causatur ius in re, nec prohibetur contractus secundum Iser. in constit. si quis post litem. & in c. j. §. quid ergo. de inuest. de re alien. fact. & gloss. & Isern. in dicta const. constitutionem. & in c. j. an agna. & in c. j. §. his consequenter. in tit. hîc finitur lex. arg. l. si à colono. ff. de verborum obl. & l. qui concubinam. §. hortos. ff. de leg. iij. & per glo. in const. hac edictali. la ij. cum concor.

Fructuum locatio ad longum tempus.

Alterum verò casum, quando vasallus vellet locare ad longum tempus, iuxta terminos l. j. si ager vectig. pet. Tunc enim, quia sic locãdo diceretur alienare, vt in l. antiquitas. C. de vsufr. & in l. qui Romæ. ff. de verborũ oblig. in glo. illud facere non posset secundũ Iser. & Doct. in dicta const. constitutionem. Pro quo faciũt ea, quę habentur in l. pen. §. quod ait. ff. de superfi. & in l. j. ff. si ager vectig. pet. Esset profecto cõstituere ius in re, quod nec vno momento facere quispiã sine assensu potest, vt dicit Bald. in l. his quæ. C. de pręd. mino. & in c. j. de vasal. decrep. ætat. & idem Bal. & Mart. in c. donare. qualiter ol. feu. alie. po. vt suprà in v. concl. principali diximus: pro quo faciunt

Assensu deficiẽte, ne momento quidẽ ius in re cõstitui potest.

faciunt oĩa dicta per Feli.in c.quæ in ec cleſiarum. de conſtitut.col.xxx. ibi,ſexta declaratio.& col.ſeq. Limitate tamen hoc authoritate Felin. eodem in loco, quando expreſsè caueretur,vt vtile dominium non transferatur: pro quo allegat Bald.ita tenere ibi,Imol.in cap.ad audientiam.de rebus eccl. non alien.Bald.& Imola in l. ſi dominus.§. final.ff.de leg.j.& l.codicillis.§.inſtituro.ff.de lega.ij. Sed contrariam tenuit Bal.hîc,col.iij. dicẽs, quòd facere iſtud eſſet fraudem facere: cui reſpondet Fel. vt poſtquam reſeruatur omne dominium, nihil transferatur, niſi commoditas, quam voluerunt transferre,non autem in fraudem de feudo diſponere. Quod ſanè reſpõſum an verum ſit,paulo pòſt dicemus infrà in tertio caſu. Bene tamen idem Felin.in col. xxxvij. fatetur, vt in fraudem dicatur fieri, ſi dicatur, vt quot ſunt anni,totidem ſint locationes: vel cum pacto de renouando de tempore ad tempus, vt per cumulatos per ipſum ibi. Tertius & vltimus caſus ſit, vt vaſallus non conſtituendo tempus præfinitũ, ſed locando fructus pro toto tempore, quo erunt penes eum, indefinitè de fructibus diſponere poſsit:ita dicit Iſer.hîc,& in conſt.

Locatio ad longum tempus,reſeruato quòd nullũ dominiũ tranſeat, an ualeat ſine aſſẽſu.

Locatio in fraudem facta dicitur, ſi expreſsè cauetur,ut quot ſunt anni, totidem locationes eſſe dicantur.

Fructuum locatio pro toto tẽpore quo erunt penes eum.

constitutionem diuę memorię. per tex. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij. & l. pater. in princ. ff. de lega. iij. secundum gloss. in constit. hac edictali. la ij. in constit. regni. Cui opinioni non obstat, quòd glo. sit reprobata in d. §. instituto. quia, vt dicũt Bal. Imol. & omnes, illa gloss. bene loqueretur, si constituẽs protestatus esset, nolle ius aliquod causari in re, arg. l. quòd si nolit. §. fina. ff. de ædil. edict. & in l. aliquis ita. ff. de vsufruct. si autem non protestetur, tũc quia expressè ab initio locaret pro centum annis, constituendo ius in re, damnaretur illa gloss. authoritate d. l. j. §. quod ait. ff. de superfic. & in l. j. §. si ager vectigal. petã. Nil mirum ergo, si non toleratur, vt in simili dicunt Doctores in l. si filiofamiliâs. §. si vir in quinquẽnium. ff. solut. matri. Tu verò dic aliud esse, ita alienare vt ab initio constituatur ius in re, aliud verò non causando ius in re, vtpotè cùm fit alienatio indefinita, & nescitur quo tẽpore duratura sit. Nam licet posset viuere centum annis, potest etiam statim mori, vt l. j. ff. de condi. & demon. & data hac temporis incertitudine nullum ius constituitur in re. Dicemus namque, tunc eundem non capere fructus iure proprio quod habet in

Fructus feudi in nostro cõmertio absq; assensu ita sunt, ut feudatarij uice in illis exequutio fiat cuiuscũque sententiæ contra feudatarium latæ.

in feudo, sed magis feudatarij vice illos habere, vt in simili dicit Bart. ibi, & in l. fundi Trebatiani. ff. de fund. leg. & Alexand. in consil. xviij. in v. vol. Faciunt pro hac opinione omnes doctrinæ, & consilia cumulata per Apo. in d. §. instituto. Duo igitur copulatiuè debēt concurrere: alterum, vt tempore obligationis fructuum, feudum sit in bonis feudatarij, secundum Bart. in l. potior. §. si de futura. ff. qui pot. in pigno. hab. alterum, vt fructus sint ipsius vasalli, iuxta §. his consequenter. vti in simili dicit Barto. in d. §. si de futura. & ibi Salice. Ad hæc & illa afferre poterunt, quę tractantur in c. nisi. & ibi gloss. de præben. de arbitro, qui condemnauit ad decem de feudo singulis annis, considerando illos fructus, vt executionem actionis personalis, vt dicit Bart. quoque in d. §. instituto. Etenim cùm hoc casu ius nū quam causetur distinctum ac certum, resoluto iure datoris resoluetur ius acceptoris, vt in primo capite diximus, & nil obstare poterit, quin talis contractus sine assensu valeat. Nocebit igitur ipsi feudatario, donec viuit, si vita durāte feudum ipse possidet, non autem si in vita ab eo iustè auferatur. Pro quo text, satis apertum afferam in c. j. in tit.

an marit. iuncto c. j. qualiter olim feud. alien. pot. §. donare. nam in §. donare. erat prohibita datio in dotē feudi, quæ causaret ius marito, & tamen mulier bene dat feudum in dotem inæstimatum, nō causando ius in feudo pro toto tempore vitæ suę, quo tēpore vir in recompensam onerum matrimonij hos capit fructus. & cum hoc intellectu concurrit communis opinio, quemadmodum paulo pòst in quęstione illa, an feudum posit dari in dotem? videbis. Hanc plānè in effectu assignat rationem Curt. in suo tractatu, in iiij. parte, char. xlj. in rubr. an feud. dar. pot. in dotem. in fin. licet Fel. in c. quæ in ecclesiarum. extra. de const. dubitet de hoc: sed si rectè consideras, loquitur ipse, quando alienatio à principio causaret ius formatū, iuxta tradita per Barto. in l. j. §. quod ait. ff. de super. & in l. pe. §. instituto. ff. de leg. ij. quod nos non negamus, quia tūc esset alienare. Et denique hoc aliud te latêre nolo, quippe vt ne dum hæc obligatio pro oneribus supportandis duret in vita eo modo, quo dixi secundum Innocen. in c. salubriter. de vsur. sed etiam in regno isto, dato feudo pignori pro dōte, vt capiat fructus in vita vxoris pro oneribus, posit post mortem etiā pro ipsa

Fructus in regno etiā post mortem capimus pro dote absq; assensu.

ipsa principali dote, quæ sibi debetur, fructus illos capere, authoritate assensus Imperatoris Federici: de quo per Iser. in c.j.§.donare. col. j. & ij. & in addit. Huius enim constitutionis Federici, meminit quoq; Isern. in const. in aliquib. col. x. in verbo, quintumdecimũ. & in const. fratribus. (si tenemus, quo ad hoc, prouisionem illam Federici nõ esse correctam, de quo in eodem articulo dotis dicam.) Sed aduersus hoc obstare videtur, quia & in vita debet consentire dominus, vt dicit Isern. in const. si quis post litem. Cui argumento ego respondeo, vt tametsi vasallus & creditor velint impetrare assensum, vt cautiùs agant, non propterea ex hoc sequatur, vt sine illo non valeat, & executio in vita vasalli in fructibus fiat: vt ibidem declarat Isern. & in ca. j. §. quid ergo. de inuest. de re alien. fact. post Iac. de Ardiz. in summa sua allegata per Isern. Atqui dices, ad quid ergo prodest assensus? Respondeo prodesse, tum vt vasallo non seruiente, quo casu dominus caperet fructus, vt infrà dicemus, minimè illos capere possit: tum etiam propter reliqua quę domino cõperunt, quando feudum aperitur dño durante vita feudatarij, vt in cap. j. an agna. dixi.

Assensus qui nõ debet interuenire, si impetretur, quid operetur.

Sententia lata in actione personali, fit executio in feudo.

¶ Tertia conclusio principalis, sit ex dictis Isern. hîc, vt lata sentẽtia in actione personali contra feudatarium, possit demandari executioni in fructibus feudi, authoritate Iacob. de Ardiz. in locis per Isern. allegatis. Sed in hoc articulo iterũ facienda sunt duo capita: quia, aut quæris si contra hunc feudatarium qui se obligauit, & est condemnatus actione personali, stante nullitate contractus respectu obligationis feudi sine assensu, potest fieri executio in fructibus feudi? aut & secundò quæris, si ex obligatione, vel aliqua dispositione (exempli gratia, in testamentis, vbi pater legauit pecunias, quas sensit prẽstandas de fructibus feudi) stante actu nullo respectu obligationis feudi, vt dixi, an si fit condemnatio in actione personali, in feudo filij post mortem patris, quod deuenit à patre, vel in feudo hæreditario agnati, possit sententia lata exequi in fructibus feudi? Primo casu non est dubium, quòd, siue feudum sit ex pacto & prouidentia, siue hæreditarium, in fructibus ipsius feudi hæc sentẽtia contra ipsum feudatarium demãdetur executioni, secundum gloss. Paul. Angel. & alios, in l. pro hærede. §. si quid tamẽ. ff. de acquirenda hæred. Ioan. de Imol. & cæte-

cæteros, in l. si finita. §. si de vectigalib. ff. de damno infect. Alexand. Ias. & cæteros, in l. commodis. ff. de re iudicata. Isern. hîc post Iacob. de Ardiz. & eundem Iserniam in d. §. quid ergo. de inuestit. de re alien. fact. & in constit. si quis post litem. & in const. constitutionem diuæ memoriæ. Doctores in c. donare. qual. olim feud. al. pot. & in c. primo, de vasallo decrepit. æta. & hîc: hæc certè communis est conclusio. Nam fructus ecclesiæ quoque veniunt in hac executione, vt in ca. peruenit. vbi per gloss. & Doct. de fideiuss. Et ratio est, quia in tali executione non conceduntur fructus huic creditori, tâquam habēti ius in re, sed illa sola perceptio datur creditoris iure, vt dicit Bart. in d. §. si de vectigalibus. allegando tex. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ita quidem, vt si fructus isti fuerint pendētes, quo casu in commercio non sunt, vt suprà diximus, possint sequestrari, vt illis inde separatis, in eis fiat executio, vt dixi in c. j. an agnat. Et ita tenēdo non obstat doctrina Salicet. in authen. ei qui. C. de bon. author. iudic. possid. qui voluit, vt ex eo quòd non possunt pignorari, minimè constituatur ius prætorium per executionem in ipsis: quia nullum ius consideratur, si

hoc modo executionem in illis posse fieri permittimus. Et vltimò semper menti retineas, vt hæc executio non possit fieri nisi in subsidium, secundum cumulatos per Iason. in l. commodis. ff. de re iudicata. & per Modernos in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infect. hoc enim interpretando constitut. Federici, satis fuit de mente Iserniæ in constit. in aliquibus. col. x. & in cap. primo, §. donare. col. j. & ij. qual. olim. feud. alien. pot. In quo pulchra caderet dubitatio, an dicatur in subsidiū fieri, quando super omnibus bonis burgēsaticis est facta discussio contra alios hæredes, vt tunc veniamus ad feuda: an verò hoc intelligatur, vbi & feudalia & burgensatica sunt penes eundem. Rursus an, quando sunt penes diuersos, si habeat locum l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis. vel l. si certarum. ff. de testament. milit. de quo in cap. j. an agnatus. plenè diximus: illa legite. Et denique, quid dicendum sit de iuribus vasallorum, an hoc modo, vti capiuntur fructus pro executione, possit etiam in ipsis vasallis executio fieri? videte cumulata per Iason. in prælud. feud. char. cxcv. ibi item in materia ista nota. colum. j. Secundo verò casu prin-

Executio, quæ permittitur super fructib. feudi, semper intelligitur in subsidium.

In iuribus debitis à personis vasallorum, an possit executio fieri, sicut in fructibus terræ feudalis.

principali distinguendum est inter feudum ex pacto & prouidentia non hæreditarium, & feudum ex pacto & prouidentia hæreditarium : inter feuda item antiqua & noua, ac inter agnatum & filium. Primo casu, quando feudum est ex pacto & prouidentia antiquum non hæreditarium, quia in eo succeditur primo acquirenti, ex cuius pacto & prouidentia Regis dantis feudum habet, neque in præiudicium agnati, neque in præiudicium filij (si fecit inuentarium) de vna candela nedum sine assensu, sed etiam cum assensu inter viuos, vel in vltima voluntate, is qui feudum tenet, in ipsis fructibus disponere potest, secundum Iserniam in capitulo primo, an agnatus. vbi dixi: præterquàm si essemus in fructibus illius anni, & pater aut agnatus mortuus fuisset post mensem Martij, vt in capitulo primo, §. his consequenter. in titulo, hîc finitur lex. Aut sumus in feudo ex pacto & prouidentia non hæreditario nouo, quod in primo acquirente ea ratione, vt hæreditarium iudicatur, quia omnes occasione primi acquirentis illud habent, vti declarat Isernia in capitulo primo, de alienatione feudi paterni.

Fructus etiã cũ assensu in feudo non hæreditario, ne quidẽ p̃ualore vnius candelæ obligari possunt, nisi post mensem Martij pro illo anno.

vel sumus in feudo ex pacto & prouidentia suapte natura hęreditario, vel in omni feudo antiquo, in quo filius qui est hæres patri, vt in c.j.an agnatus.non fecit inuetarium: quæ tres species, quo ad hoc, oēs iudicantur hæreditariæ, vt declarauimus in d. ca.j.an agnatus.q.j.

Executio an fiat in fructibus feudi hæreditarij.uel alterius feudi,quod uim habet hæreditarij.

His tribus specieb. hęreditarijs propositis, disputabimus, an possit fieri executio in fructibus feudi contra agnatū, qui post mortem alienantis succedit in feudo? Qua in re hi qui voluerunt disputare, provt fuerunt Iacob. de Ardiz. in loco citato, Isern. hîc, idem Isernia in d. §.quid ergo. & in constit. si quis post litem. & in constit. constitutionem diuæ memoriæ. Alexand. in consil. xviij. in v. vol. Doctores in §.si de vectigalibus. allegato, & in l. cómodis. ff. de re iudicata. & in l. stipendia. C. de except. rei iudic. & in d. ca. peruenit. & in d. §. si quid tamen. & Afflict. in decis. xxvj. & decis. ccxl. Moderni Neapol. hîc, & in §. donare. qual. ol. feud. alien. pot. & in ca. j. de vasal. decrep. ætat. & vbique in effectu his argumentis prò & contrà mouentur, vt eā ob rem filius & agnatus in feudo hæreditario, vel in eo quod habet vim hæreditarij, non grauentur, vt fiat executio in fructibus: quia, vbi non tenet

net principale, non tenet accessorium, secundum Bald. in l. & si is quem. C. de prædijs min. & in ca. j. de vasall. decrep. ætat. Poterant tamen cómodiùs in medium producere l. alteri. ff. de adim. legat. sed sic est, quòd contractus super ipso feudo est nullus, vt in lege ista, & in l. j. de prohib. feud. al. per Loth. Ergo sequitur, vt si non valet in feudo, nec valeat in fructibus. Probo consequẽtiam: Nam fructus pars soli esse censentur: l. fructus. ff. de rei vẽd. vt in specie notat Bald. in feudo, in ca. j. de pace. ten. col. iij. vel saltem sunt depẽdentes à feudo. Cõtrarię verò parti fauẽtes sic inquiũt: Nam certum est in feudo hæreditario, & in habente vim hæreditarij, non solùm filium, verùm etiam agnatũ oportere hæredes esse: l. ius sepulchri. C. de relig. & sumpt. fun. vt suprà dixi: nec cõtra testatoris factum venire posse: l. cùm à matre. C. de rei vendi. quẽadmodum egregiè declarat Iser. in ca. j. col. ij. de alienat. feud. pat. Quo sic existente, ex eo hoc aliud emergit, nempe vt sic testator obliget bona hæredis, sicut bona sua: vti notant Doctores in l. asiduis. C. qui pot. in pign. hab. & l. vnùm ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij. Vnde hoc aliud sequitur, vt sicut contra ipsum ob-

Accessoriũ non valet, si non tenet principale.

Fructus feudi pars soli sunt, et à feudo dependent.

An testator ita posśit disponere de fructibus feudi hæreditarij ipsius filij, ut executio sine assensu super fructibus concedatur.

ligatum fieret executio in fructibus, pariformiter fiat in fructibus ipsius hæredis. Ita concludit Isern. in d. constitut. si quis post litem. & in d. §. quid ergo. quem sequuntur omnes Doctores in locis iamdudum à me coaceruatis. Et dum volunt respondere argumento contrario, dicunt, vt illud, quod dicimus eos non posse obligare fructus accessorios, postquam non possunt obligare principale, esse verum in feudo ex pacto & prouidentia non hæreditario, non autem in hæreditario, vel in eo quod habet vim hæreditarij, vel in casu capituli primi, an agnatus. quãdo filius, qui tenetur esse hæres, non fecit inuentarium: de quibus nos loquimur. citant Bald. in capitulo primo, an agna. in vltima col. & Isern. ibi: eundem Iser. in constitut. hac edictali. in capitulo, si quis hominem. de pace tenen. in cap. j. §. quid ergo. de inuestit. de re alien. fact. in constit. constitutionem. & hîc: itaque resident. Quid dicemus? Dico opinionem Iserniæ & aliorum, quam paulo antè communem esse asserui, verisimam esse, non tamen ex his quæ ipsi considerant. Quid igitur? Dicite vos, verum responsum aduersum argumentum propositum hoc aliud esse, nem-

nempe, vt cùm tractamus de executione facienda, trifariàm considerandi sint fructus feudales. Primùm, provt cohærent solo: & hoc modo, quia sunt feudales, argumen. l. fructus. ff. de rei vendic. rectè dicant, vt, quod non potest fieri in principali, neque fiat in accessorio, vt patet in §. consequenter. hîc finitur lex. vbi fructus pendentes ante Martium idem sunt cum feudo. Si verò considerantur fructus feudales, dum sunt separati, vel provt sunt separandi, his duobus modis, vt dixi suprà, sunt burgensatici: nam de separatis est text. in cap. j. de duobus fratrib. de separâdis etiam cohærentibus solo, vt iudicentur tanquàm burgensatici, est textus formalis in capitulo primo, §. consequenter. in titulo, hîc finitur lex. & in capitulo prim. an agnatus. quibus fit, vt si consideras fructus cohærentes solo, tanquam illos qui erant separandi à solo ad vtilitatem vasalli, qui vixit post sextum anni mẽsem, cùm alterius sint naturæ quàm feudum, minimè teneat consequentia de principali ad accessorium, sicuti in simili dicit Bald. in capitulo primo, apud quẽ vel quos. col. iij. & latiùs per Iason. in l. cùm filiusfamiliâs. in sexto notab. in fin. ff. de verborum obligatio.

Fructus feudi trifariàm considerantur.

Ne aliter tenendo dicamus eam ob causam clericum nunquam posse alienare fructus, quia non posset alienare beneficium, quod est contra textum in c. peruenit. de fideiuss. Rursum, vt sicut in feudo hæreditario sine assensu non potest fieri executio, ita neque in fructibus, & mille alia absurda, quę ex hoc sequerentur. Atqui dices, Belle certè cum alijs Isern. quoque condemnasti, quem nostrum Aurigam in feudis esse vbique locorum palàm prędicas. ego verò respõdebo, Iserniæ me subscripsisse, cui placuit, sententiam latam contra defunctum, executioni demandãdam esse in feudo hæreditario contra hæredem in feudo, quia fructus considerantur vt separati, vel separandi, & sic vt burgensatici sunt ipsius hęredis: in quibus duplici modo defunctus grauat hæredem: altero, in quantum in re sua potest ipsum grauare, vt d. l. assiduis. altero, quia pueniunt ex re hæreditaria, hoc est, ex re quam defunctus iure hæreditario transmisit ad hęredem: vt declarat Isernia in c. j. §. quid ergo. de inuest. de re alien. facta. in qua reperitur hoc burgẽsaticum, vt dixi in c. j. an agna. Et ideo, si testator legat certam pecuniæ quãtitatem (siue pro causa pia, siue profana, nihil refert)

Sententia lata cõtra defunctũ, demãdatur executioni contra hæredẽ in fructibus feudi hæreditarij.

fiet

fiet executio in subsidiũ super fructibus feudi hæreditarij: ita fuit de mente Iser. in c.j.an agna.& in c. j.qui succeſſ.tene. vbi quo ad fructus, distinguit inter feuda hæreditaria & feuda non hæreditaria, similique distinctione vtitur in cap. Titius.si de feud.fuerit controuer. & in constitu. si quis post litem. vt dixit Bal. de feudatario disponente de fructibus vineę,in c.j.de succeſſ.feu. Hanc enim ob rem consuluit Alexan.in conſ.xviij. ij.vol.incipien. super primo dubio.Feudatarium posse dare potestatem percipiendi fructus feudi pro certa quantitate, modò non cauſetur ius distinctum à principio,vti paulo antè diximus. Pro quo faciunt notata per Ioan. Fabr. in §. item Seruiana.Inſtit.de action. Quod non est in feudo non hęreditario, vti in d.c.j.an agnà.fusiùs ſcripſi. Vnum non omittam, quippe satis operari inuentarium in feudo hæreditario, vt non teneatur vltra quàm sit in feudo. Dixerim hoc, si de hoc dubitari contingat, an quando testator fecit legatum de pecunia, quam sensit præstandam esse de fructibus feudi, iuxta terminos l. apud Iulianum.§. constat. ff.de legat.primo, si maior esset pecunia, quàm valor feudi, perpetuò fiat executio in fructibus

Inuẽtariũ quid operetur in feudo hæreditario.

feudi? quod quidem ego omnino dene gabo, saltem ex coniecturata mente testatoris, argumento legis, contrahens. ff. ad Trebellianum. lege, qui solidum. §. primo, ff. de legatis secundo. & lege, vtrùm. §. quæsitum. ff. de rebus dubijs. dum tñ hęres cõficiat inuentariũ, aliàs teneretur ex facto suo, vt dixi. ¶ Perutile tamen erit quærere, an in casu in quo executio super fructibus feudi est permissa, tantum relinquendum sit feudatario, vt possit viuere, & militare. In qua quæstione principiò est vidẽdum, quis tenetur seruire domino, iste videlicet in quẽ trãslatę sunt commoditates, an verò vasallus contra quem facta est executio in fructibus feudi? Qua in re Angel. in l. eorum. ff. de dam. infect. placuit, vt iste, ad instantiam cuius facta est executio, teneatur seruire: quia licet de rigore iuris possit attentari, vt primus vasallus teneatur, tamen sequẽdo æquitatem, quæ rigori præferenda est, videmus secundum naturam esse, vt quem sequuntur commoda, sequantur & incommoda: l. secundum naturam. ff. de reg. iuris. Et pro ista æquitate Ange. Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. eodem titu. affert illud, quod legitur in l. prætor. §. hoc edictum. eod. titul. vbi vult

An tantũ relinquendum sit vasallo debitori, quando executio fit in fructibus feudi, vt possit viuere et militare.

Seruitium militare à quo præstari debeat, quando fit executio super fructibus feudi.

vult Iurisconsultus, vt nemo oneretur vltra rem, quam non habet, postquam illam dereliquit: quod valde obseruandum est in illo casu, quando clericus renunciauit beneficium, super quo constituta erat pensio, vt nullo modo deinceps teneatur. Et sic, quia vasallus potuit derelinquere illas commoditates, & non seruire, vt notatur in c. j. §. final. de cap. qui cur. vend. si commoditates sunt penes tertium, non est æquum, vt alter seruiat. Cum hac equitate videtur etiam pertransire Salice. in authen. & qui iurat. C. de bon. author. iudic. poss. Pro contraria parte affertur doctrina Barto. in d. §. si de vectigalibus. & ibi Ioan. de Imol. & Imol. ac Lud. Roman. in dict. l. eorum. moti, quia esset in effectu seruire per substitutum, contra text. in l. si quis. C. de murileg. vt dicimus in cap. j. an mutus. & dicemus infrà in §. firmiter. Hanc eandem opinionem tenuit Specu. & Ioann. Andr. in titul. de primo & secundo decreto. §. restat. in versicul. videndum. moti, quia si est speciale in cap. j. extra. de feud. vt, quando fructus capiuntur à domino, tunc non teneatur seruire, vt ibi: ergo in contrarium est ius commune, l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de pen. legat. Pensio.

Alexand. verò in d. §. si de vectigalibus. hunc in modum distinguit: aut feudum est datum ad certum seruitium determinatum, aut est datum ad seruitiũ indeterminatum. Primo casu dicit Alexan. si seruitium est determinatum, ipse vasallus tenetur seruire, quia non potest per indirectum relinquendo feudum seruitium non præstare: sed si seruitium est indeterminatum iuxta terminos c. j. §. final. in quibus caus. feud. amit. isto casu ea ratione possit per alium seruire, quia posset relinquere feudum, iuxta notata per gloss. in l. prętoris. in verbo, capere. ff. de dam. infect. quam singularem facit Bald. in l. ij. col. iij. ff. si ex noxa. cau. aga. dum vult glo. illa, vt patiẽs secundum decretum, videatur rem derelinquere non quidem negamus licere vasallo refutare feudum, quando simpliciter est datum, vt notat gloss. in c. fi. de cap. qui cur. vend. & Bart. in l. is cum quo. ff. de aqua pluu. arcen. Ioan. And. in titu. de loca. §. nunc aliqua. cum concordan. per ipsum allegatis. ergo, etc.

Seruitium comprehensum sub fidelitate.

¶ Quid dicendum? Dico opinionem Angel. & sequacium, feudorum regulis aduersari: siquidem hoc perspicuũ est, perpetuò vasallum, etsi nullũ seruitium sit expressum, adhuc teneri ad seruitia com-

comprehensa in fidelitate, vt in c.j.§.final.in quib.cau.feud. amit. iuncto cap. j. de noua forma fidel.vt suprà in prima lect. dixi: & quia in ista fidelitate præstatur iuramentum,vt in ca.j.quid præcedere deb.inuest. an iura. & iuramentum non excedit personas, vt in c.veritatis.extra.de iur.iur.tunc, quia dominus non haberet seruitium ab eo, qui illud promisit, vt notat gloss. in l. nemo est qui nesciat.ff.de duobus reis. & in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indeb. consequẽter non haberet, quod est sibi promissum, iuxta terminos l.in executione. §.j.ff.de verb.obli. & causa reduceretur ad nõ causam:l.j.ff.de cõd. sine causa. vt dicit Isern. in cap. j.§.mutus. in titu. episco. vel abba. Per quæ vides motiuum Ang. per textum l. secũdum naturam.non procedere. Quid enim hoc dicere in feudis est, de æquitate vel de rigore? quandoquidem si in feudis in successione seruamus æquitatem illam,de qua in c.j.an mari.in cæteris tamen, quæ tendunt in diminutionem seruitij & fidelitatis ipsius domini, non seruamus æquitatem,sed rigorem,ne contemnatur dominus, vt dicemus cum Isern.in col. iij.eo quòd lex data, etsi perquàm dura sit, seruanda

Aequitas regulariter non seruatur in feudis, sed rigor.

est:l. prospexi .ff. qui & à quibus.Porrò num illud sequi commoda & incõmoda, de quo in l.secundum naturã.considerari poterit in feudis? sanè non.siquidem,quãdo licitè cũ assensu legis, non autem hominis,alienatur feudum, non obligatur tertius, in quem trãsit feudũ, sed primus, qui se obligauit & successores eius,vt vnà cum Isern.infrà eadem l. nostra,in §.illud. dicemus. Nõ quidem debet habere dominus vasallum,quem nolit,vt suprà toties diximus,per textũ in c.j.de duob.frat.el j. sic enim vtimur in seruitio personali, vt conueniatur feudum, vti paulo pòst in §.illud.videbitis. subsiste tamen paululum, si casus occurrerit in regno, tum quando seruitium esset reale, tum aliquando à domino adoa in regno eligetur, vt scias hoc casu possessorem obligari, per textum in const.regni,incip. siue reali. Neque aliter intelligendum est, id quod dixit Federicus in suo regestro, cuius meminit Isern.in ca.j. §.donare.col.j.in princip.addi.in tit. qualiter olim feud. pot. alien.pro quo est text.in ca.incipiente, Vniuersis patentes literas . secundum Luc.de Pen.in l.iubemus. circa fi. C.de præp.sac:cu.lib.xij.Nec te lateat, idem & extra regnum dicendum esse vasallo

Seruitiũ an exigatur à possidẽte feudum.

Adoa exigitur à possidente feudum.

non

non seruiente, eo quòd fructus erãt antea domino obligati, secundum Iser. in d. §. firmiter. infra ead. l. nostra, col. vlt. cui addo tex. in const. consuetudinem. la vltima, in §. prædicta autem omnia. de quo vnà cum ipso in d. §. firmiter. dicemus. Iterumque animaduerte quæso, ne cum Alexand. in multis decipiaris: primùm, quia dum quærimus, an vasallus possit inuito domino ipsi domino refutare feudum? bene fateor, quod dicit gloss. in c. j. §. j. de cap. qui cur. vend. quando scilicet feudum esset datũ gratia vnius, id est, vasalli: vt dicit ibi Iser. & in c. j. §. notandum. de his qui feu. dare poss. in c. nostro. §. pręterea. versi. nec dominus. & in ca. j. de vasal. qui contra consti. Loth. quod quidem rarò euenit. Quando autem feudum est datũ gratia vtriusq;, sicut frequẽter fit, vt tunc non possit vasallus inuito dño feudum resutare: est. n. contractus iste feudalis, contractus nominatus, vltrò citroq; obligatorius, secundũ Bart. & alios in l. iuris gẽtium. §. quinimo. ff. de pactis. quo fit, vt non possit vnius consensu distrahi, l. sicut. C. de actio. & obl. Rursum, ne in hoc quoq; cũ Ale. decipiaris: q si adhuc viueret, etiã in casu, in quo feudũ est datũ gratia vnius, vt ita refutatio q̃ potest

Contractus feudalis utro citrò q; est obligatorius. ergo refutari non potest feudum gratia utriusq; datum.

Refutatio seu di gratia unius dati, quæ potest fieri domino, non permittitur, si fiat tertio.

fieri domino, posit fieri tertio inuito domino, in faciem resisterem: loquitur namque contra textum in ca. j. de duobus frat. & in l. ista. Et denique, ne cum eo erres, quatenus cõsiderat, quòd obligetur vltra rem, vti ipse ponderat contra d.l. prætor. §. edictum. quia ipse est, qui rem tenere debet, quam in tertium non potuit de iure transferre, vt in l. nostra, in prę iudicium maximè fidelitatis, quam is prę stare compellitur, qui iurauit, vt dixi. ¶ Hoc itaque iacto fundamento, vt primus, qui feudum habuit, seruire teneatur, vbi eligitur seruitium personale, & non adoa: illud quæramus, an debeat sibi tãtum relinqui, vbi in fructibus fit executio, vt posit militare? In quo vidi peritum quendam in filio hærede feudatarij voluisse dicere istam quæstionem seruire nobis de vento. Nam aut feudum est ex pacto & prouidentia non hæreditarium, aut est ex pacto & prouidentia hęreditarium, vti Isern. in cap. j. col. ij. de aliena. feud. pa. dicit. Primo casu, si est ex pacto & prouidentia non hæreditarium, nulla fieret executio in fructibus, vti præmisimus. Si est hæreditarium, nil ei relin quendũ est: ratio, quia miles in totũ tenetur, nec in militia hęreditaria miles gau-

An, quando fit executio super fructibus feudi de æquitate uel in fauorem domini, tantum relinquendum sit uasallo, ut possit militare.

gaudet beneficio inuentarij, vt in §. fin. in authen. de hæred. & Falcid. Vanum est igitur quærere, si in totum tenetur, an verò si aliquid ei de fructibus relinquamus? Quod quidem ego non ita vanum existimo, vti ipse nobis ostendere conatur, quia non quærimus nos, si omnes fructus de iure sunt obligati (hoc enim quærere vanum esset) sed quærimus, si de æquitate est relinquendum huic feudatario vt viuat, sicut in c. Odoardus. extra. de solu. propter paupertatem clericus non excommunicatur, vel si de rigore etiam est tantum ei dandum fauore domini, vt militare possit? Quid ergo dicemus? Dicam in primis circa hos fructus huic feudatario sic condemnato concedendos, duas considerãdas esse causas. Prima, si huic debent dari hi fructus ratione honoris, ne habeat mendicare: aut si huic debentur fauore domini, vt possit militare? Primo casu in fauorem istius militis, in medium illud produci poterit, quia, vt scitis, Bald. in cap. contingit. de dolo & cont. col. vij. Gemin. in ca. propter debita. de rescriptis. in vj. col. j. & ij. & Ias. in l. cómodis. ff. de re iud. dicũt, in tali executione oportere relinqui clerico tantum ne egeat, vt concludunt etiam

Alexand. & alij in ca. præter hęc. xxxij. dist. & in c. studeant. lij. dist. Sed sic est, quòd valet argumentum de clerico ad militem, vt dicit gloss. in l. stipendia. C. de except. rei iudi. & ibi Pet. & Gemin. in præallegato loco, & communiter in l. miles. ff. de re iudic. cùm feudatarius verè miles sit, qui regna defendit, & miles nuncupatur, in cap. j. in titul. Impera. Lothar. in procœmio istius legis, & cap. j. de prohib. feud. alien. per Lotha. quod dicimus de clerico, idem erit dicendum de feudatario. Et secundò per d. l. miles. ff. de re iudicata. vbi communiter hoc tenent relati per Iasonem, & Hercul. ibi. Tertiò, quia in feudis non est opus disputare: nam de hoc habemus text. singularem in cap. j. §. mutus. in titul. episcop. vel abba. vbi text. vult, muto qui priuatur feudo, si non habet aliunde vt viuat, victum deberi: & ibi Isern. qui arguit de prælato ad feudatarium & cõtrá: excluditur enim per legem à succesione, & tamen pietatis causa ex æquitate, si non habet vnde viuat, victum ei ex feudo cõcedunt: quo fit, vt idipsum in casu nostro dicamus. Limita tamen hoc, quando delinqueret tali delicto, ob quod feudum sui culpa & nõ ex inhabilitate dũtaxat per-

Argumentũ de clerico ad militem ualet.

Miles est feudatarius ipse.

Muto à feudo excluso debentur alimenta.

Alimenta non debentur ei, qui ob ppriã culpã feudo priuatur.

perderet, vt in c.j. & per totum, quę fuit j. causa benefi. amit. tunc.n. nihil ei dandum est, secundū Card. Alex. per authoritates suas, in c. præter hæc. xxxij. dist. quandoquidē si in §. mutus. datur ei victus, non ex facto suo, aut authorū suorum, sed naturæ vitio feudum perdidit: quo casu ei victum damus, vti secundo genito per const. comitib. qui sine acto suo à feudo per primogenitum excluditur, vitam & militiā concedimus: sed si facto authorum suorū, quorū est hæres, vel suo, si obligando & iurādo in alium fructus feudi transferret, aliter dicendū videretur ex suprà dictis. Nobilitas tamen ipsius feudatarij adhuc repugnat, ne fame pereat, sicut in clerico dicimus, ratione dignitatis proprię: quæ æquior opinio videtur, vt pro tali pauperrima nobilitate distinguamus, an ius sit causatū tertio in re, mediante regio assensu ex facto suo, vel antecessorū suorum: & imputetur ei, qui alienando rem, sibi & posteris non prouidit. Si verò non est causatum ius in re, & ipse tenet feudatarij nomen, & feudū interea, dum in fructibus executio fit, iuris forma seruata, iuxta l. à diuo Pio. §. si super rebus. vt tunc ei piè tantillū vt viuat, relinquatur. Etenī si Camerario authoritas data nō est,

vt suam æquitatem sequamini, datur tamen potestas vobis consiliarijs supremis, ne patiamini vsurarios ita ditari, vt nobiles fame pereant: tum maximè, quia si apertam ianuam & amplam ad hoc decidendum non habetis, non tamen fenestriculæ aliquæ desunt, per quas aura quædam suauis intret, quæ ad hoc determinandum vos impellat, maximè cùm fauore domini idem in sequenti capite dicemus. Aut & secundo consideramus, an sit aliquid relinquendum huic vasallo fauore domini, vt possit militare: & hoc dubium non habet: quia aut consideras in hoc feudatario seruitium reale, quod succedit loco personalis domino adoam eligente, vt dicemus infrà in §. firmiter. aut cõsideras seruitium personale. Primo modo ea, quæ insunt à tempore constitutionis feudi, quando constituitur in esse, vt sunt decimę in beneficijs, trãseũt contra quoscunque, vt in ca. tua nobis. extra. de decimis. per ea etiam quæ habentur in l. Imperatores. ff. de Public. quod in regno apertè videmus in constit. siue reali. Secundo modo, si consideramus ipsam fidelitatẽ, quam præstare non posset sine victu, & hoc fauore domini est ei relinquendum: ratio est

Onera feudi transeunt cõtra quoscunq; possidentes feuda.

Fructus feudi, fauore domini relinquẽdi sunt vasallo, vt militare possit.

in

in promptu, quia si potest fieri executio in præiudicium vasalli, non potest fieri in præiudicium domini, secũdum Isern. hîc, vt suprà concluſimus. Et hoc est quod voluit dicere Salic. in authen. ei qui. C. de bon. author. iud. poſſ. dum dicit, in feudatario non tãtùm consideratur vtile & damnum, vel si egeat nec ne, sed consideratur honor imperij, & sic domini, vt habeat militem quem elegit: vt dixit Paul. etiam in l. pro hęrede. §. si quid tamen. ff. de acquiren. hæred. Pro quibus est text. in d. cap. j. de duob. frat. Et vltimo, quia si concludimus, patri non competere vsumfructum in feudo, vt dixit Isern. in cap. j. de his qui feud. dare poſſ. non est alia ratione, nisi quia ob militiam feuda data sunt per l. cùm multa. C. de bon. quæ liber. vt dicit Ioan. de Pla. in l. j. de ca. omni. pala. post Bald. in c. j. §. hoc quoque. de succ. feud. & est communis concluſio Doctorum, in l. j. §. nec castrẽse. ff. de colla. bo.

Vſusfructus quare non debeatur patri in feudo.

Quo fit, vt si pro patre non auferuntur fructus, minimè auferri possint pro tertio, quin feudatario militiæ causa, vti à principio constitutum est, dentur· aliàs sequeretur vnum absurdum, quippe communem opinionem, quæ vult, vt teneatur ipse seruire, esse falsam: seque-

retur quoque, vt vasallus ad sui libitum possit seruire per substitutum: quæ essent contra ea, quæ dicentur in §. illud. & in §. firmiter. in ead. l. nostra, per textũ, qui non potest cauillari in l. siquis. C. de murileg. Et ideo aduertãt iudices, ne sinãt pauperrimos feudatarios mendicare, vel dñorum seruitia diminui, ob quorũ seruitiorum cõseruandorum causam & lex hęc & l. j. de proh. fe. alie. per Lot. sunt promulgatæ. Et deniq; hoc aliud impetrare velim, vt Sacri consilij authoritas in aliquo vos nõ cõmoueat: Sũt enim verba Affl. qui, cùm homo fuerit, potuit errare, vti me quoq; in multis errasse existimo, quorũ iudiciũ posteris relinquo, satisq; esse putent, si eisdẽ ex hoc labore in paucis consulamus. Possunt tñ illa intelligi, quando cum assensu domini esset causatũ tertio ius in re: quia tunc alterius vasalli seruitium elegit, & non istius, nec ab vno diminuendum est, vt detur alteri. ¶Sequitur doctrina Iser. dum dicit, nec in testamento posse feudum relinqui extraneo hæredi, per tex. in c. j. de succ. feud. vt dicit glo. hîc, quia licet feudum sit datũ feudatario & hęredibus suis, est intelligendum de filijs, & nõ de extraneo hęrede: quandoquidem appellatione hæredis

in

in materia feudali intelligitur de filio masculo, vt in c.j.§.et si clientulus.de alien.feud.Pro quo magister meus dominus Capic.hîc addit alia iura in cap.j.§. item si fuerint. quibus modis feu.amit. c.j.in princ.de succ. feu.& c.j.apud quẽ vel quos.c.j.§.his verò.de grad. succes. c.j. de eo qui sibi & hæred.suis.cap.j.de duobus fratr.à cap.inuest. ca.j.§.penul. de lege Corrad. & c. j.de eo qui fin. fec. agna.& in c.j.de nat.suc.feu. reliqua silentio pertranſiens. Addite tamen vos præter illa iura de hoc esse text. in ca.j. §.ad hoc.& §.seq.in titu. hîc finitur lex. in c. Titius. si de feud. fuer.contr.in c.j. si vasal.fe.pri. in c. j.§.hoc quoq;.de his qui feud. da.pos. & in c.j.de feud.fœm. Sed in effectum duo iura hoc bene probant, text.in d.§.et si cliẽtulus.& tex.in §.similiter.de lege Corrad. Quid dicemus? Referam primo loco quorundam Modernorũ imaginationes, dum volue runt in re hac dicere, tunc appellatione hæredis intelligi de filio masculo, quando verba proferũtur à lege: si verò proferuntur ab homine, intelligantur de hæredibus, vt filij sint hæredes, provt in simili dicit Iser. in c.j. §. huius autem generis. col.ij.versic.si ergo non probatur.in quibus caus.feu. amit. & in c.j.§.

Appellatione hæredis intelligitur de filio masculo.

Hæredis nomẽ tacitum, uel expressũ, diuersi modè cõsiderantur: quia expressio facit feudũ hæreditarium, tacitum uerò nequaquam.

quid ergo. de inueſt. de re alien. fact. vt licet capiens feudum videatur à lege tacitè capere pro ſe & hæredibus, vt in c. j. de duobus frat. tamen, ſi expreſsè capit pro hæredibus, longè tunc interſit: quia capiendo tacitè, filius non eſt hæres: capiendo expreſsè, feudum eſt hæreditarium. Sed hæc cõſideratio in caſu propoſito nihil nobis ſeruit: quoniã, licet ſit vera illa opinio Iſern. inter tacitum & expreſſum nomen hæredis, ad hoc, vt cognoſcamus, an natura ipſius feudi, & ſic res ipſa ſit hæreditaria, néc ne: tamẽ in hoc indiuiduo, de quo quęrimus, parum refert, vbi nõ diſcutimus de natura rei, ſi eſt hæreditaria vel non: de quo diximus in c. j. an agn. & ibi examinauimus, ſi ſimul hæc ſtare poſſunt, vt intelligatur de filio maſculo hęrede: ſed potiùs hîc diſputamus, quæ perſonæ veniãt appellatione iſtius vocis, hęredis. ne feuda ſint perſonalia, vt erant de iure antiquo, vt in c. j. de his qui feudar. poſſ. & poſtquam vadunt ad hæredes, vt ſciamus, qui ſunt qui huius nominis appellatione cõtineri debeant, in quo non eſt diſputandum, & danda differentia inter legem & hominẽ, dum videtis iura paulo antè citata, provt ſũt §. et ſi clientulus. & alia multa, loqui, quan-

quando ipſe homo protulit verbũ dando feudũ pro ſe & hæredibus, & tamen non minùs tunc intellexit de filio maſculo. Alij voluerunt dicere, tunc appellatione hæredis intelligi de filio maſculo, quando verba ſunt expreſſa pro hęrede maſculo: nam tunc vocabulum, hæres. interpretabitur, id eſt filius: ita Guid.Pa.in deciſ. ccccIxxxv. mouetur, quia ita dicit text. in §. & ſi clientulus. ibi, ſine hærede maſculo. quod quidem falſum eſt, quia alia iura nihil dicunt de hærede maſculo, ſed verbum, hæredis. exẽplificãt in maſculo, vt in c.j.§.ſimiliter. de l. Corr. & in alijs adductis ſuprá. Quid dicendũ? dimiſsis erroribus aliorum, qui ſuper hac difficultate maximè laborãt, dicamus ſententiã hãc, vt appellatione hæredis in feudis intelligatur de ſolo filio maſculo, eſſe regulariter verã in feudo nouo: & hoc quidẽ non à natura vocabuli, vt notula, hæres. non ſit apta comprehendere omnes, ſed ſimul à natura rei & ex mente. Ad quod probandum conſideremus, feuda ipſa militiæ cauſa ob ſperatam fidem militibus dari, vt in princ. iſtius operis diximus: ob ſperatam fidelitatem, inquam, tam ab ipſis, quàm à poſteris eorum: c.j.§.fi. de his qui feud. dar. poſ. ita quidem vt

Feuda dãtur in re iuſti ſanguinis deſcendẽtis ob ſperatam fidelitatem in infinitum.

feuda dentur iure iusti sanguinis descẽ dentis ob sperată fidem in infinitũ: patet de sanguine in cap. adoptiuus. si de feu. fue. controu. sanguiné item oportere esse iustũ, patet in c. naturales. eod. tit. quodq; debeat esse sanguis descendés, patet in c. j. §. Corradus. de his qui feu. da. poss. & in c. j. de nat. suc. feu. vbi frater & pater in feudo nouo nõ admittuntur. Quibus sic existentibus, cùm fœminæ, quæ militare nequeunt, & cõ sequéter faidam portare non possunt, de iure communi feudorum non succedant in feudo nouo: c. j. §. ad filias. de gra. suc. c. j. de suc. feu. & c. j. §. hoc aũt. de his qui feu. da. poss. hinc fit, vt appellatione hæredis in materia feudali non intelligitur de fœminis. Nequaquam de patre, quia etsi sit masculus, neque est descendens ex sanguine filij, neque tãtus militiæ vigor in eo speratur, sicut in descendentibus: proindeq; in feudo nouo hãudquaquam succedit: c. j. de natur. suc. feu. & c. j. §. j. de grad. suc. Neq; de collateralibus, qui de sanguine descendente fratris, patrui, aut nepotis nõ sunt: c. j. §. Corradus. de his qui feu. da. pos. c. j. de duob. frat. & c. j. de grad. suc. & c. j. Impe. Lotha. Si ergo neq; pater, neq; collaterales (etiãsi in linea ascen-

fcendenti, aut deſcendenti collaterali comprehendantur) de iure iſto ſuccedunt in feudis, & fœminę ſunt excluſę, neceſſe eſt dicere, vt appellatione hæredis intelligatur de ſolo filio maſculo, & vox apta comprehendere omnes hæredes, improprietur ex natura rei, & ex mente agentis, vt dicit gloſſ. in conſtit. vt de ſucceſsionibus. col. vlt. quia, dum non poteſt ſtare ꝓpriè, impropriatur ſecundum Alex. in conſ. xxij. in v. vol. & idē Alex. in conſ. xxx. in j. vol. ita dixit Speculator in tit. de teſtib. §. in primis, verſ. fin. & in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſic. ideo. & Bal. in c. j. de nat. ſuc. feu. col. j. & Ange. in cōſil. cx. col. ij. in j. vol. Pro quibus faciunt ea quæ habentur in l. ex facto. §. final. & ibi gloſſ. communiter approbata: ff. ad Trebell. & in l. gallus. §. etiam. ff. de liber. & poſth. & per Abb. in in diuiduo in c. in præſentia. col. vij. viij. & ix. extra. de probat. Et licet Specul. in loco citato velit hoc eſſe verum in vltimis voluntatibus, tñ doctrinæ dudum aceruatæ loquuntur etiam in contractibus. Nam infeudare eſt contractus per ſe, ſecundum Iſer. in prę lu. q. vj. poſt Doct. in l. iuris gentiū. §. quinimmo. ff. de pactis. Hanc planè ob cauſam Iſer. in cap. j. de natur. ſuc.

Verba propriè, ſi fieri poteſt, ſtare debent, aliàs impropriantur.

feud.post Iacob.de Ardiz. in summa de succ.feud.col.ij. dixit,ca.j. de nat.succ. feu.prohibens patres succedere & reliquos, debere intelligi in feudo nouo, hoc est, ab ipso moriente acquisito. Videmus namque in omni casu, in quo natura rei est vt vadat ad masculos, stipulationē pro se & hęredibus suis propter rei naturam de solis masculis intelligi, vt dicit Alexand. in l.gallus.§.quidam rectè.ff.de lib.& posth.in vlti. col. Ioan.de Imol.in l.fin.ff.de condi.& demonst.& in c.potuit.locat.Alex.in consil.cxxvij.in j.vol.incip.Viso testamento.& consil.lv.in iiij.vol.incip. Perspectis his. cum concord. per eos ibidem adductis. Et ex diuerso, quando natura rei non repugnat (exempli gratia, in regno, in quo in feudo nouo appellatione hæredis intelligitur etiam de fratre,secundum glo.& Isern.in constit.vt de successionibus, si contingat dari feudum pro se, & hæredibus absque illis verbis,ex suo corpore legitimè descendentibus) tunc appellatione hæredis non intelligeretur de solo filio masculo, sed etiam de fratre. Patet etiam in regno, vbi, si daretur feudum pro se & hæredibus, succederet filia fœmina, vt in d.constit.vt de successionibus.& tūc appel-

Pater,cum excluditur per legem à successione feudi, debet intelligi de feudo nouo.

Hæredis appellatione in regno intelligitur de fratre,nisi dicatur ex suo corpore.

Hæredis appellatiōe in regno intelligitur etiā de filia fœmina

appellatione hæredis intelligeretur de fratre masculo, sorore, & filia fœmina: & hoc quidem rectè: quia, dum natura rei non repugnat verbo, verbum aptũ comprehẽdere illos operatur suam naturã· quemadmodum videmus in feudo fœmineo, in quo fœmina etiam de iure communi est hæres: c. j. de feu. fœmin. & in c. j. §. fin. in qui. cau. feu. amit. Et insuper, quia videmus quando est captum feudum pro se & hæredibus masculis & fœminis, si duo fratres masculi diuiserunt feudum, & moriuntur vno fratre relinquente filiam, portionẽ suam dari filiæ: quia cogitauit magis de filia, quàm de filio ex alio fratre: tex. est in c. j. de duobus frat. & in c. j. de eo qui sibi & hæredibus suis. Nec defuere, qui dixerint, appellatione hæredis in feudo fœmineo filiam fœminam dũtaxat esse vocatam: vt notat Ange. in cõsil. cccxxj. quod nos damnamus in c. j. de feu. fœmin. vbi dixi: sic enim in c. j. de duob. fratri. illa verba, si sine hærede mortuus esset. verificari, si sine filia fœmina. Natura itaq; rei vrget, & mens acquirentis vel dantis. Hinc quoq; dixerunt Bal. & Mart. in c. naturales. si de feu. fuer. controuer. & Curt. in suo tractatu feudorum in iiij. parte, char. xxx.

col.ij.ver.circa prædicta.& Alex.in l.ſi quis poſthumos.colum.ij.ff.de libe.& poſthu. Quòd ſi clericus capit feudũ pro ſe & hæredibus, natura rei repugnante, vt naturalis poſsit ſuccedere, vt in d.c.naturales.quia conſtat de mẽte vtriuſque,quæ fuit vt clericus haberet hæredem,hoc caſu appellatione hęredis intelligatur de fratre ipſius clerici,ſecundum Abba.& alios in c.in præſentia.extra.de proba. Quibus addam ego,quòd ſi regi conſtiterit hunc clericum neminem habere, niſi filium naturalem, ex eadem mente ille ſit hæres. Hæc Baldi opinio eſt in l. eam quam. C.de fideicommiſſ. & Andr. Barba. in c.nonnulli.extra. de reſcript. numero lxv.char.clxix. Secùs autem in caſu,in quo vel fratrem, vel nepotem,aut patruum haberet, qui in feudo ſuccedere poſſent,ne verba quę poſſunt verificari in vno ſpeciali,vt in nouo tales pſonæ ſuccedant, verificẽtur in duobus ſpecialibus cõcurrentibus ad idẽ,contra notata in l.j. C. de do.pro. Intelligimus ergo propoſitionem illam, Appellatione hæredis intelligitur de filio maſculo.eſſe veram in feudo nouo, in quo natura rei repugnat,vt alij admittantur:quia neq; intelligeretur de filio ma-

Hæredis appellatione quàdo clericus capit feudum,intelligitur de fratre, & aliquo caſu de filio naturali.

masculo natura rei repugnãte, secundũ Bal. & Mart. in d. c. naturales. vbi nõ venit filius, sed frater. Et satis apertè patet in cõst. mulier q̃ dotariũ. vbi mulier tenetur assecurare hæredes, si habuit feudũ in dotariũ, et tñ eam ob rem non assecurat filios, qa nõ cogitauerunt matrem velle fraudare filios: & sic ex mente appellatione hęredis nõ intelligitur de filio. Quibus fit, vt si alia esset consuetudo in loco, q̃ hanc rei naturã alteraret, intelligeretur tunc de omnib. Ita Guid. Pap. in decis. ccxxx. sicuti Moderniores etiã notant: ꝓ quo videte amplã doctrinã Iser. in c. j. ver. filij. de suc. feu. vbi ꝓpter naturã rerum & verborũ dicit vocẽ hãc, hęredis. quãdoq; restringi ad solos filios, quãdoq; ꝓduci ad nepotes ex filio & filia, & q̃ndq; ad extraneos. Nec cũ illis errare velis, q dicebant, appellatione hęredis intelligitur de filijs, quando feudum conceditur à rep. vel ecclesia: secùs, si à priuato, vel rep. fungẽte vice priuati: pro quo allegant Isern. in d. vers. filij. quia Iser. ibi loquitur in emphyteosi, q̃ differt, si concedatur à rep. ecclesia, vel priuato: nõ aũt in feudo, vbi nõ fit ista distinctio ꝓut semetipsũ declarat ibi Ise. maximè inver. & hoc qd̃ dicitur. In feudo aũt antiquo

Mater non tenetur assecurare filios.

Hæredis uox apta est comprehendere omnes.

Hæredis appellatione in feudo antiquo, intelligitur omnis masculus.

ista propositio non est vera, quia appellatione hæredum intelligitur de omni masculo, filio, fratre, & patruo, qui tamen descendunt à primo acquirente. Ita dicit Iser. in c.j.col.ij.de alien.feud. pat. & meliùs in c.j.versic.fratre.de his qui feud.dare poss. post gloss. ibi, dum Iser.verba illa, sine legitimo hærede.declarat, vt intelligantur in omni descendente, qui successurus est ab intestato, iuxta ea quæ habentur in c.j. si vas.feu. priue.& in c.j.§.hoc quoq;. de suc. feu. vbi in infinitum vocantur. Idem Isern. in c.j.§.& filius fratris.in j. col. in prin. in tit.Imper.Lotha.& in d.§. & si clientulus. verbum, hæredis. exēplificat in omni agnato, qui successurus est in feudis. Hac enim de causa dixit gloss. in verbo, partem. propè principium in §. hoc quoq;.de suc.feu.loquendo in feudo antiquo, vt quod dicitur in §.et si clientulus.si feudatarius est mortuus sine hærede, id est, filio masculo, feudum debeat reuerti ad dominum, supplēdum esse, vel fratre. Patet quoq; per doctrinam Iser.ibi col.j.dum vult, vt tunc feudum reuertatur ad dominum, quando non adsunt agnati, vel nolunt. Hac etiam de causa text.in c.j.an agna. volens excludere agnatos & filios, dixit sine

sine omni prole mortuum esse, vt excluderet omnes qui succedere possent. Dicemus ergo in feudo antiquo hæredem esse filium masculum, vt in iuribus suprà dictis: Nepotem, vt in c.j. de grad.suc. Vel fratrem, vt in eod. c. & in c.j. de his qui feu. da. poss. Patrē, vt in c.j. de nat.suc.feud. & ibi Iser. vbi diximus etiam de matre, si comprehenditur, post Bal. in consil.xcviij.in iij.volu. Patruum, vt in c.j.in tit.Imper. Lotha. & ibi Iser. Et in infinitum masculum ex masculo descendentem, vt in c.j.§. hoc quoque.de his qui feud.dare poss. & in c.j.si vas.feu.priue. Item & sorores, & nepotes, & amitas fœminas, eodem modo vbi feudum fœmineum est, c.j.de feu.fœmi.c.j.§.fin.in quibus cau. feu.amit.vel in regno indistinctè, vt in constit.vt de successionibus. & in constit.in aliquibus.quæ ea ratione sic ꝓcedunt, quia dum vocauit filium masculū, vocauit ex eius psona omnes descendentes in infinitum, vt in c.j.§.hoc quoque.de his qui feu.dare poss. & c.j. §.hoc quoque.de succes.feud. & in c.j. si vasal.feu.priue. Ita dixit Bal.in cōsil.clxx.vol.j.pro quo est text.in c.considerantes in regno Siciliæ.nam natura rei omnia hæc causat, vt tenent o-

Prolis appellatione qui comprehendantur.

Mater an succedat in feudo.

mnes cumulati p So.in cõſ.cclvij.in ij. vol.col.iiij. Sup quo dubitari iterũ poſſet,an,ſi datur feudũ pro ſe & hęredib. & nõ habet filiũ, ſed nepotẽ, in feudo nouo intelligatur de iſto nepote? Sed quia eſſet tranſplãtare materiã ſucceſſionũ,dicam in ſuo loco:pro nunc tñ videte Iaſ.in l.de quib.col.v.& vj.ff.de legi.& p Curt.in ſuo tracta.char.xix.col. iij. Diſputari quoq; poſſet, vtrùm in feudo empto,appellatione hæredis intelligatur de filio,vel de omni alio hærede?de quo nequaquã dicimus, ſed diximus in c.j.an agna.in j.q. Interim tñ poſt Bal. hîc videte vos Alex.in l.etiã. ff.ſolu.matri. in prin.col.vlt.& Iaſ.in l. iij.C.de iure emphy.licet malè loquantur. Diſcutiam aliquãdo & quęſtionẽ illã,an hæc regula ſit vera in feudo, in quo nõ præſtatur ſeruitiũ pſonale, ſed reale?de quo tetigit Ale. in cõſ.cxxxvj. in j.vol.& nos in pludijs latè diximus. Quibus p huius concluſionis dote debes eſſe cõtentus. Dixerim iſta non vt ea,quę in c.j.de ſuc.fe.& in c. j. an agn. tractanda erãt, hoc in loco cumularemus:ſiquidẽ ea ratione id fecimus, vt ſcires,quando dominus conſentit pro hæredibus,quas perſonas cõprehẽdat talis aſſẽſus:reliqua dicemus ibi.¶ Cõſtat

Hæredis appellatione quid intelligatur in feudo, in quo non præſtatur ſeruitium perſonale, ſed reale.

ſtat itaq; ex his, q̃ iamdudũ ſcripſimus, nil poſſe feudatariũ ſine aſſenſu inter extraneos de ipſo feudo diſponere: c. j. de feu. ſuc. etiãſi ꝑ anima eſſet facta diſpoſitio ipſa, l. iſta, & c. donare. qual. ol. feu. ali. po. qua in re, cùm ſatis ꝓſpicua ſit, aliter nõ inſiſtã, remittẽs me ad Fel. in c. quę in Eccleſiarum. extr. de conſti. Franc. Curt. in iiij. parte ſui tractatus ibi, penul. quęro. & Iac. de ſ. Geo. in ver. & cũ pacto de nõ alienãdo. In quãtum aũt Lud. Rom. in conſi. ſuo, incip. Præſens ſtatuti. circa fi. & in conſ. cccclvij. inci. Circa propoſitã. ꝑpe fi. vult leges has feudales haudquaquã ſibi locũ vẽdicare de æquitate Canonica: ea de re ipſi nõ ſubſcribo, qa feuda ita alienari debẽt, ſicuti dominus vult, & nõ aliter: eſt. n. cõtractus vltrò citroq; obligatorius, vt declarat Iſer. in prælu. q. vj. ꝑindeq; ſeruãdus: l. j. §. ſi cõueniatur. ff. depo. dedit. n. vt ius vult, l. quanquã. ff. de ritu nupt. ius, inquã, feudale: c. j. de feu. cog. ꝑ quod prohibitum eſt, ne pro anima legetur: c. j. §. donare. qual. ol. feu. alien. po. præſertim cùm tale pactũ contra æquitatẽ fauentem religionẽ & animã, etiã de iure ciuili fieri poſsit, vt eſt tex. in l. fi. & in l. cũctę. C. de pact. inter empt. & ven. nam, vt ibi litera dicit, nõ

An pro anima ſaltem ex æquitate Canonica liceat de feudo diſponere.

Aequitas Canonica excluſa eſt in feudis, itidem et Ciuilis.

fuisset aliter concessurus. Quid igitur hoc dicere est, vt aliter de æquitate Canonica dicere compellamur? num æquitatem Canonicam, vel Ciuilẽ attendimus? minimè: sed potiùs consuetudinem feudalem secundum Iser. hîc col. iij. ibi, rigor qui obseruari consueuit, arg. c. j. de feu. cogni. est. n. consuetudo ista feudalis rigorosa à se ipsa, vt dicit Ludo. de Roma. in consil. j. col. j. gloss. in c. j. in verbo, secundum quosdam. de nat. suc. feu. & Alber. in consil. ij. in iiij. col. fauore publico introducta, vt pateꝫ in l. ista, in prin. & in l. j. de prohib. feu. alien. per Lotha. quo intuito, omnis rigor resoluitur in iustissimam ęquitatẽ: l. j. ff. de incen. ruin. naufra. §. j. ibi, iustissima seueritas est. Vtinam Romæ, vbi hoc tẽpore, quo libellus iste excuditur, vitam duco, hũc textum omnes oculis proponerent, vt deinde dicerent omnem rigorem, quo vtor compatiẽs pauperibus, qui impunè deuorari ab omnibus Romæ consueuerunt, ne deinceps coram Sanctissimo Pontifice Papa Paulo IIII. qui me annonę quoq; præfectũ creauit, excarnificentur, in iustissimam æquitatem conuerti. Odo. & Bal. audiamus quęso in c. j. §. pẽ. in antep. col. in tit. de his qui feu. dare pos. qui in hęc

verba

verba ,pruperunt,nẽpe nullius esse põderis in materia feudali, æquitates ipsas,q̃ ab ead. l. feudali nõ cõsiderãtur: ex quib. patet rigorẽ hunc scriptũ ęquitatis loco esse in feudis. Hoc vt teneatis,iubęo vos iuuenes, qui veram scientiam feudorum assequi optatis, posthabitis his, quę dixit Henricus, cuius meminerunt Bal. & Afflict.in d. §. donare. illis item,quę notãt Inno.in c.nouit,de iudic.& Hosti.in Summa in tit.de immun.eccle.dum arg. l.j.C.de sacrosan. eccl.eis placuit,vt omnia valeamus donare ecclesię,nec Imperatorẽ tale priui legiũ ecclesijs auferre potuisse: quia aliud est q̃rere,an in re tertij possit fieri lex,ne alienetur in Ecclesiã, provt sunt intelligendę doctrinæ contrarię, aliud an possit prohibere,ne de reb.proprijs in ecclesiæ fauorem disponatur: quod quidẽ pacto & lege fieri potuit,arg.d.l. fin.& l.cũcta.C.de pact. inter empt. & vẽdit.aliàs sequeretur, vt etiã res tertij ecclesię donare valeamus: quod quidẽ asserere eã ob causam ridiculũ esset, qa, etsi vtile dominium feudi ipsius vasalli moriẽtis est,tñ cum hac qualitate ne detur ecclesię,in ipsum translatũ fuit:d.§. donare.Quis.n.adeo hebes ingenio erit,q talẽ alienationẽ sine assensu pmit-

tat, per quã ad manũs perpetuas eccleſię feudũ pueniat, l. ſi quis. C. de diuer. præd. vr. lib. xj. num id lex faciet quod homo nõ facit? ſi quidẽ hãc ob cauſam Rex in Eccleſię fauorẽ ſuum aſſenſum raro pręſtat, vt dicit Luc. in loco citato.

Diuidere feudum per inæquales partes pater ſine aſſenſu non poteſt.

¶ Ampliat ſecũdò, c. hoc habere locũ ẽt, ſi pater vellet de feudo diſponere in ter filios per viã prælegati, aut inæqualis inſtitutionis, vel diuiſionis. Mouetur per tex. in c. j. de ſuc. feud. ibi, nulla ordinatione valente, vel manente. & ibi Iſern. Affert quoq; dicta per Franc. Cur. in quarta parte, verſic. ex prædicta regula. vbi per quatuor columnas hũc articulum examinauit, cuncta deſcribens quæ Iaſ. in l. ij. in vlt. q. C. de iure emphy. aceruauit, quib. addit Capi. gl. in conſt. conſtitutionẽ diuæ memorię. in verbo, ſuper feudis. & ibi Iſern. in j. col. Quid dicemus? Credo Capicium, qui certè ſua ætate vir fuit præſtantiſsimus, hæc, quæ ſcripſit, ſui cauſa adnotaſſe: deinde verò, quòd defeſſus ſtudio, & à multis negotijs impeditus (eo quòd erat regius conſiliarius) non potuerit omnia plenè examinare, vti ſciuiſſet, ſi otium ad hoc nactus fuiſſet. Ego verò, etſi non minùs à publicis negotijs Regię Camerę, in quib. ętatẽ fer

mè

mè cõsumpsi, modò præsidẽtis officio, modò cõseruatoris generalis, modò verò locũtenentis & cõseruatoris simul, munificẽtia Cæsareę Maiest. Caroli V. prępositus, nõ minùs impediar, pręceptoris mei vestigia sequens, qui sex ampliationes, sex itẽ limitationes nobis ꝓposuit, quarũ vnam explicauimus, tũ vt veritas eluceſcat, tũ ẽt, ne boni discipuli officio abutar, quatenus desursum dabitur, reliquas examinabo. Et ꝓ hac secunda ampliatione declaranda, quia Curt. & Ias. in locis allegatis diminutè & cõfusè eam examinant, operæpretiũ erit, vt materiã illam principiò pstringamus. Quia aut quærimus, si pater cũ assensu possit nocere filijs & agnatis diuidendo feudũ per inęquales partes: et isti nõ sunt termini nostri. Videte quæ latiùs scripsi in c. j. an agna. vbi quæro, an pater possit diuidere feudũ in præiudicium filiorum: & in alia quęstione, in qua quæro, an filius capiat feudum renunciatũ per patrem: ad quem modum intelligenda sunt dicta Bal. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosa. eccl. ferè per totũ, maximè in iij. & iiij. col. cũ locis in apostillis ibidẽ additis: aut quęrimus, si in casu, in quo feudatarius posset cum assẽsu disponere de feudo,

Diuisio feudi à patre facta cum assensu, uel sine, an ualeat.

& hęredib. nocere, posit disponere in ter filios, suos sine tali assensu? Et cõtra hanc ampliationẽ p̃ceptoris mei, facit opinio illorũ, qui voluerunt text. in c. j. de suc. feu. ibi, nulla ordinatione valente, vel manente. intelligi inter extraneos, pvt ibi dixit glo. quã ipse allegat in contrariũ, in d. constit. constitutionem diuę memorię. & glo. in consti. hac edicali. & ibi Afflict. idẽ Afflic. in decis. Sacri cõsil. cxix. qui citat Alex. in cõsil. lj. in iiij. vol. col. xvj. & xvij. qui multos affert loquẽtes in feudo, in quo pater cũ assensu potest filijs prędiudicare: Oldra. in consil. cclxx. authoritate gloss. in l. ista, in verbo, seu alienare. quæ formal quæstionẽ in extraneo: & ita intelligit c. j. de suc. feu. ibi, nulla ordinatione valẽte vel manẽte. Bal. in cõsi. cccxcvij. in iiij. vol. & Bart. de Capua, in suo cõsilio p Rege Carolo instituto à Rege Roberto. Hanc quoq; opinionem sequuntur Paul. de Cast. in cõsil. clxxix. in j. vol. colu. iiij. quẽ refert & sequitur Feli. in c. prudentiã, in iij. col. de off. deleg. & Iaco. de s. Geor. in suo tractatu feu. in verbo, & cũ pacto quòd de ipso feudo possint ipsi vasalli. col. antepen. & penult. Mouentur in effectu, quia videmus legitimã, quę debetur filio cõtra voluntatem

tatem testatoris, vt in l. si arrogatur. ff. de adopt. non impedire, quin filius instituatur in illa: vt in authen. vt cùm de app. §. aliud. Itidem & in dote, vt in l. iij. §. sed vtrùm. ff. de mino. Ad hæc consideramus nos causam finalem, quare alienatio & dispositio testatoris sine assensu non valeat, duabus rationibus fulciri: altera, ne imperij honor diminuatur: altera, ne alius habeat à domino non vocatus, vti paulo antè diximus: quæ ambæ cessant in casu proposito, eo quòd non minus dedit filijs, q̃ patri, vt in j. q. in c. j. an agna. declaro: quo fit, vt cessantibus rationibus cesset lex: l. adigere. §. quamvis. ff. de iur. patr. Quartò, authoritate Bald. in cap. isto, col. iij. in princip. id ipsum confirmabo, dum inquit, quòd licet prærematurè hoc faciat pater, tamẽ, quia qualitas personarum non est prohibita, argum. l. falsus. §. an etiam. ff. quod falsa tut. author. concludit, quòd valeat. Quintò ad idem doctrinam Marti. dẽ Lau. in c. Titius. si de fe. fuer. cont. col. iiij. in medium producam, cui placuit, vt si ea ratione vasallo alienante feudum, ius reuocãdi cõpetit agnato, & nõ dño, quia ad hũc agnatũ feudum deuenire necesse erat, nec curamus tunc sine domini

Assensus an requiratur, quando inter agnatos uocatos de feudo disponitur.

assensu alienationē factā esse: similiter dicamus, vt quādo alienatio fit in familia etiam in eum, qui immediatè nō est successurus, postquā alter non reuocat, qui reuocare posset, rectè absq; assensu dñi diuisio ipsa fiat. Sextò, quia nos tenemus omnes contractus & vltimas voluntates cum immediatè succesſuro valere, c.j. de alie. fe. pa. in §. & si libellum. cum concor. suis: isti autem filij sunt immediatè succesſuri, & in eodem gradu: ergo sequitur, vt mediante assensu legis inter filios de feudo disponere valeamus. Septimò, si fratres possunt diuidere feudū diuiduū inter se ipsos, & inæquales partes facere, vt in c. omnes filij. si de feu. fue. contr. & l. ista, §. præterea. quod quidem fit in prę iudiciū aliorum filiorum ipsorum fratrū: ergo, sicut possunt fratres præiudicare filijs suis, eodē modo iste pater potuit præiudicare filijs proprijs. Octauò & vltimò Aurigā nostrum Iſernienſem citabo, qui in d. c. omnes filij. col. ij. verſ. idem si vasallus. assignat feudum vni, in specie dixit, patrem posse feudū diuiduū vni ex filijs assignare: arg. l. vnum ex familia. in princ. §. si duos. & §. rogo. & l. cùm quidā. ff. de leg. ij. l. filius. §. cùm pater. ff. de lega. j. & l. pater filiū. ff. ad legē Falcid. cum concord.

cor. Per quæ opinio dñi Capic. cõfũde retur, dum vult patrẽ non posse inter filios de feudo disponere. Quid dicemus nos? Patrẽ sine assensu nõ posse disponere de feudo, vt alio modo, q̃ ipsi filij ab intestato successuri essent, ex nouo facto patris feudum habeant, Capicio subscribẽtes, non tñ per rationes suas. Nam id, qd̃ dicit Tex. in c. j. de suc. feu. ibi, nulla ordinatione valẽte, vel manẽte. nõ est ex deficientia assensus dñi, vt pręsupponit gl. hîc in verbo, alienare. & Iser. in c. j. col. v. ibi, qd ergo. de natu. suc. sed ex deficientia potestatis ipsius vasalli, qui nõ potest nocere agnatis futuris etiam cũ assensu, vt in c. j. de alie. fe. pat. Cúmq; nos quęramus, si potest pater respectu deficientiæ assensus dñi p̃iudicare filijs: quo ad hoc, legẽ habemus clarã in l. ista, in l. j. de prohi. feu. alien. per Loth. & in c. j. si vasal. cõtra cõstit. Loth. dum volũt, vasallũ non habere liberã dispositionẽ feudi, ẽt per viã testamẽti, nec distĩguit lex ista de patre disponẽte cũ filijs, vel cũ extraneis, sed generaliter loquitur: generaliter ergo intelligatur. Hoc enim iacto fundamento nihil aliud supersest agendum, nisi vt singillatim respondeamus argumẽtis: quib. resolutis, ista cõclusio remanebit firma. Nõ obstat opinio cõ-

traria illorum, quibus placuit Tex. in c. j. de succ. feud. ibi, nulla ordinatione valente, vel manēte. debere intelligi, quādo agatur inter extraneos: quia tex. dicit totum contrarium: nam text. loquitur de differentia, quæ erat inter filios masculos, & fœminas, & inter fratres diuidentes feudum, ac inter nepotes & patruos: & tamen dicit litera, vt secundum ordinem illum succedant, nulla ordinatione valente vel manēte, patris scilicet inter filios, de quo litera quoq; loquitur, vt in feudo antiquo filio non possit præiudicium facere: ita in specie tenuit Isern. in c. j. col. v. verſic. quid ergo. de natu. succ. feud. vt etiam inter filios ordinatio patris nō valeat, nedum sine assensu, sed nec etiam cum assensu in feudo antiquo ex pacto & prouidentia: c. j. de alie. feud. pat. & ibi Bal. & cæteri, vt in decis. cxix. in consil. Oldrad. consil. cclxx. & Alexand. in consil. lj. in iiij. vol. itáque intelligendus est Isern. Quid porrò, si tex. ille non esset in mundo, nónne habemus alia iura, quę idem dicunt: in ca. j. §. sed & res. per quos fiat inuest. c. Titius. si de feud. fuer. contro. c. j. an agna. in ca. filius. de cap. qui cur. vend. qui statuerunt, patrem nihil posse disponere in prę iudiciū filij in feudo

Pater sine assē su nihil dispo- nit de feudo in præiudiciū fi liorum.

anti

antiquo? Etenim cùm in dictis iuribus nulla fiat distinctio, si inter eos vel cum extraneis actus fiat, satis cõstat vanã esse hanc opinionem, quæ dicit nullam esse dispositionem inter extraneos, nõ autem inter filios. Nemo quidẽ respondere poterit, text. c. j. de alien. feu. pat. qui expressè cauit, agnatos etiam cum assensu feudum alienare non posse in præiudicium aliorum agnatorum, inter quos & filius connumeratur, secundum Isern. ibi, & in c. j. an agna. per l. filius. ff. de suis & legit. siquidem indubitati iuris est, agnatos & filium ex æquo respectu dispositionis feudi antiqui iudicari, hoc excepto, quia filius tenetur esse hæres patri, honoris causa: vt in c. j. an agna. & in quibusdam alijs consideratis in c. Titius. si de feu. fuer. controuer. Quibus sic existẽtibus, vt nulla patris ordinatio valeat, nónne ridicula res erit, audire vt pater non possit nocere filio alienando, sed possit nocere diuidendo? semel enim, quod dixit, nulla. omne commerciũ exclusit. At, quid si dicam nullo modo hîc tractandum esse de potentia illorum verborum, nulla ordinatione valente vel manente? Obserua quæso, vt hoc satis apertè cernas, minimè hîc nos tractare de præ-

iudicio, quod pater potest facere ipsi filio: de quo dixi in c.j. de suc.feud. sed de eo prę iudicio, quod facere potest in contemptum domini sine assensu: quo casu dico vnũ, quod est plus, vt etiam quãdo pater potest nocere filio ex qualitate rei, putà in feudo hæreditario, & in feudo ex pacto & prouidẽtia nouo, si caret assensu, nihil valeat, quod factũ est per patrem in feudis istis: vt in c. j. an agn. diximus, & infrà vnà cum Iser. super additione in illo articulo, de patre qui alienauit feudum sine assensu, dicemus. Adauget animum, vt hoc confirmem, quia si pater alienans feudum, illud traderet, quo casu debet amittere feudum: minimè hoc verum erit in feudo ex pacto & prouidentia antiquo, quod, vti dixi, nõ aperitur domino, secundum Iser. in l. ista, §. firmiter. col. j. in c. si vasallus culpam. si de feud. fuer. controuer. in c. j. si vasal. feu. priu. & in c. j. §. etsi libellum. de alie. feu. pat. in c. Titius. si de feu. fuer. controuer. in c. j. §. fi. quæ fuit prim. cau. benefi. amit. vt infrà in sua propria quęstione latiùs dicemus: quæ cùm ita se habeant, quid pater faciet in eo quod filijs prædicare posset cum assensu, eo non obtento? item quid cum assensu, vbi filijs nocere non

nõ potest? Nõ obstat, quòd in legitima possit filius instituí: nã hoc argumentũ fortè procederet, si quæramus an, sicut in legitima filius instituitur etiam nolens, ita etiam possit institui hæres in feudo cum assensu domini? quod minimè negabo, vt patri detur hæc licentia domino directo volẽte: quia & feudum legitima est filij, vt habetur in c. licet. extr. de voto. & latiùs in §. præterea ducatus. & in c. j. de succ. feu. dicemus: non tamen ex hoc mutaretur natura feudi eo faciente inuentarium, vt in ipsa legitima patet in l. fina C. de iure deliber. Assensus igitur vrget, absq; quo neq; in feudo ex pacto & prouidẽtia, neq; in feudo hæreditario ea ratione quicquã ageret: quia stãte actu nullo, frustra disputamus de istis qualitatibus apponẽdis sine permissione domini directi: ex quo in feudis nõ sufficit voluntas patris & filij, sed opus est tertio, nimirum assensu domini, vt in l. ista. Hinc certè & hoc aliud puenit, vt, tametsi contrahẽdo vnus agnatus possit refutare feudũ alteri per contractũ inter viuos, minimè hoc facere possit pactum vltimæ volũtatis, vt stet tanquã vltima volũtas: ita sentit Iser. in const. regni, hac edictali. la ij. Bal. in consilio

Pater etiam filio assentiente nõ disponit de feudo sine assẽsu.

Refutatio permissa per contractum inter viuos, non permittitur in ultima uoluntate.

cccxlvij.incip.Præmittendum est ad euidentiam.in iiij.vol. Oldrad.in consi. ccxxxvj.incip.Perlectis & diligẽter attentis.& Bal.in cons.cclix. incip. Cùm essent plures fratres. in iij. vol. & Lud. de Roma.in consil.cccclxxvj.incipien. Huic felici.& hoc quidem rectè,quia si nullam habent dispositionem sine assensu hominis,vel legis,lex refutare dũ taxat, non autem diuidere, aut testari permisit. Non obstat tertium argumẽtum,quia ego bene fateor, vt, cessantibus his duabus rationibus,cesset dispositio istius legis,& similium : sed simul nego eas cessare,quia licet cesset damnum rei, ex quo res non deterioratur, tamen non cessat damnum voluntatis, iuxta l.fin.ff.de vsu & habit. nam licet dominus vocauerit omnes istas personas, tamen illas vocauit pro portione sua,in vnoquoq; & in tẽpore suo, vt declaraui in c.j.an agna.& c.j.versic.& olim.de suc.feu.& quando portio altera tur,vel tempus abbreuiatur, dominus non consequitur id quod voluit. Patet in re,si diuideretur feudum,vbi viuitur iure Francorum,quia non esset dare filijs partes,sicut dominus dedit: ita dicit Isern.in c.omnes filij. si de feu. fuer. controuer.& in l.nostra,§.præterea ducatus.

catus. & in c. j. de natur. succ. feud. col. vij. & in constit. constitutionem diuæ memoriæ. in princip. & ibi gloss. vbi negatur hoc posse fieri, quoniam fieret dominus, qui non est dominus voluntate domini directi: de tempore autem præmaturè agendo patet, quia non licet refutare feudum in vlteriorem agnatum sine assensu domini, vt in c. j. in princi. & §. et si libellum. de alien. feud. pater. & notatur in c. j. de eo qui fin. fec. agn. quicquid dicat gloss. quæ malè loquitur in constitut. hac edictali. vt suprà in explicatione Text. declaraui. Atqui dices, si cum consensu agnati proximioris potest fieri refutatio vlteriori, vt in c. j. in princip. de alienat. feud. pater. cur cum consensu filiorum pater non disponet? Ego verò hunc in modũ respondebo: cùm accedit consensus filiorum, magis dicetur diuisio facta per filios, quæ permissa est, quàm ex patris dispositione, & non magis habebit iste vlterior agnatus ex dispositione diuidentis, quàm ex consensu citerioris agnati, qui consensit diuisioni huic, & ipse etiam refutauit. Quo casu ille suo tempore feudum consequitur, postquã alter etiam refutauit. Si verò pater

Refutatio non permittitur, quando in alienationē trāsit, uel ubi in aliqua qualitate alteratur.

inæqualiter diuidit, tunc non erit refutare, sed alienare: dum pater non refutat simpliciter, sed inæqualiter diuidit: vti bis dicit Isern. in cap. j. §. & si libellum. de alienat. feud. pater. colum. ij. & iij. vbi concludit, quòd si non potest alienare, minimè hoc modo refutare posit: nec contrá. Cautela ergo erit, vt filij consentiant, & super consensu vt perpetuò valeat, assensus impetretur, secundum Iser. in addditione col. ix. aliàs valebit in vita eorum, vt infrà dicam. Cui minimè subscribo in casu, in quo omnes filij concurrerent, quib. in vim refutationis absque consensu hominis, sed solo consensu legis, id est, c. omnes filij. si de feud. fue. controuer. potestas data est, vt per inęquales partes diuidant, sicut paulo pòst fusiùs dicemus. Animaduerte tamen, vt perpetuò intelligas, tunc refutationē posse fieri, quando secundum rei naturam refutatio fiat, non alterando ipsam, secundum Iser. in constit. constitutionē diuæ memoriæ. & in l. ista, §. præterea ducatus. aliàs statim esset actus nullus, secundum eundem Iser. in c. j. versic. & olim. de suc. feud. in prin. Non obstat quartò authoritas Bald. in iiij. argum. per ea, quæ diximus in præcedenti

cer-

tertio argumento: quia §. an rursus. etiam benè excusat à dolo, sed non propterea causat validitatẽ actus: l. annullãte actum. vt in l. ista. Non obstat doctrina Mart. de Laudo, dum dicebat reuocationem esse agnatorum, & non domini: quia hoc acceptamus, vt declarat Isern. in cap. si vasallus culpam. si de feud. fuer. controuers. & in c. j. si vasall. feud. priu. & simul dicimus, vt agnato non reuocante, reuocet dominus, secũdum Isern. & gloss. in constit. constitutionem diuæ memoriæ. non quidem propterea actus valet, quia hic, vel ille reuocat, sat est omnino tanquam nullũ reuocari, & fiat à quocunq;. Non obstat sextum argumentum, quia licet cũ immediatè successuro contrahamus, tamen ille contractus non admitteretur sub alia qualitate, quàm ipse habet, vt in c. j. §. profectò. de lege Corra. nec vltrà quàm ipse succederet, vt per §. prętęrea. infrà eadem lege nostra: suprà firmaui, quia non esset refutare, quod est tollere personam de medio, & cedere loco duntaxat, vt in c. j. de eo qui fin. fecit agnat. vbi Isern. & in cap. j. §. & si libellum. de alie. feu. pat. col. ij. & iij. sed esset rem alio modo velle transferre, quod facere non potest, vt

Refutare quid sit.

ibidem dixit Iſer. & hoc eſt, quod dicit text. in c. j. de ſuc. feud. nulla ordinatione valente. nam cùm pater debebat tranſmittere per partes, iuxta l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis. non potuit vni ex ſola volũtate ſua refutare in totum, & aliter ordinare, per ea quæ s̃. reſpondẽdo ad tertium argumentum dixi. Non obſtat ſeptimum argumentum de c. omnes filij. quoniam plurimis modis reſpondetur, & primò illud procedere de iure antiquo ante legem hanc, patet in c. j. §. præterea ducatus. vbi litera dicit, vt de cætero feuda titulata nõ diuidãtur, & ꝑ feudis diuiduis diuiſis, vel diuidẽdis vnuſquiſq; ꝑ parte ſua fidelitatẽ faciat, & ſic prohibet, ne vadat ad vnum, vt in cap. omnes filij. Et iterum patet, quia ſi in prin. tex. omne commercium eſt interdictum, certum eſt quòd vnuſquiſq; fratrum in vnaquaque parte glebæ, partem habebat: l. iij. §. poſt diuiſionem. ff. qui pot. in pign. hab. & ſi diuidunt, videntur vẽdere aut permutare: l. j. ff. de rerum diu. iuncta l. j. C. communia vtriuſq; iudi. ſi autem per æquales partes, vti ſuccedũt iuxta l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duo. reis. à lege diuiſio permittitur, vt in §. prçterea. minimè ex hoc inferre debemus,

mus,vt etiá per inæquales partes diuisio admittatur.Sed huic respõsioni obstare videtur, quia si fratres nõ possunt p viá diuisionis inęquales partes facié do vni feudum assignare,possunt p viá refutationis illud facere: & si text. iste ꝓhibet venditionem,non tamen illam venditionem excludit,q̃ in vim refutationis resoluitur, vt semper inter agnatos fit:c.j.in prin.& §.& si libellũ. de alie.feu.pat.Hanc.n.ob rem dicere compellimur c.oẽs filij.nõ esse correctũ, & §.pręterea. ita intelligi etiá hodie debere,vt ꝓ parte fidelitatẽ præstent,si proprias partes possident: aliàs vnus qui totũ feudum possidet,pro toto fidelitatem præstabit, quia totum feudum est suum.Subsiste quæso iterumq; cogita, vt videas quomodo à diuisione filiorũ ad diuisionem patris haudquaquam tenet consequentia. Nam si hac ratione, quia nõ est diuidere & alienare,sed magis refutare,admittimus, vt c. oẽs filij. nõ corrigatur,nõ tñ valet cõsequentia de pluribus fratribus diuidentibus ad ipsum patrem:quia,si omnes fratres refutant vni,hic vnus,qui solus ad capiẽdum feudum,reperitur, totũ tanquam propriã partẽ capit,& hoc ordinatione filijs refutantib.à lege pmissa:ordinant

Diuidunt fratres,ergo diuidere potest pater, non tenet consequentia ista.

namq; filij, in c. oēs filij. ſi de feu. fue. cō trou. legis authoritate refutādo, vt in c. omnes filij. pater aūt alienando: in quo cùm & regis & legis aſſenſu carent, nihil eā ob cauſam ordinare poteſt, quia feudū filij per æquales partes reſtituere tenetur. Quid aūt ſi pater diuidat cum conſenſu filiorum, poterit diuidere? poterit, ſiquidem poſſet, vt dixi: ex quo nō minùs refutamus vlterioribus agnatis remotioribus cōſentientibus, quàm immediatè ſucceſſuris eiuſdē legis authoritate, vt in c. j. in prin. de ali. feu. pat. ſed diuiſio magis teneret tūc ex conſenſu filiorum, quàm ex conſenſu patris. Secundò reſpondeo ad c. omnes filij. ſi nō corrigeretur, vt minimè liceat arguere de pluribus fratribus ad ipſum patrē diuidentē, eo q, fratres dīuidūt neceſsitate, dū nemo cogitur ſtare in cōmunione: l. fi. C. cōidiui. & l. iſta nō habet locū in hac neceſſaria diuiſione ſecūdū Iſer. in §. præterea. Cui addo ea ratione hoc permitti, qa fit ex neceſſitate, & inter vocatos: ſed pater faceret diuiſionem ex voluntate, quod ei non permitteretur. Cui reſponſo non obſtat, ſi diceretur fratres volūtariè diuiſionem facere, quia diuiſio neceſſaria erat per partes ęquales, non autem per

partes

partes inæquales. Nam iterũ respõdeo, rectè à lege feudali esse statutũ, vt postquam principium diuisionis est necessarium inter fratres, vt permittat illam secundam partem diuisionis inæqualis alterius naturæ, quæ voluntariè fit, cõsiderando principium necessarium: arg. l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. nam vnusquisq; lege permittẽte refutat totum quod habet, & omnibus refutantibus vnus, qui non refutauit, totum capit, tãquam partem suam, vt in d. c. omnes filij. patet: quod non est in patre, qui vtrũque, hoc est, diuidere, & inæqualiter diuidere, voluntariè semper fecit, nec potuit totum, quod ipse habebat, solo cõsẽsu suo vni restituere, vel refutare in præiudicium aliorum. Tertiò respondetur secundum quosdam, negando quòd illi fratres in c. omnes filij. noceant filijs suis, secundũ Alex. in consil. xv. col. v. vbi allegat multa consilia Fede. & alias doctrinas, quæ in veritate hoc non probant: quia tractant, si succedimus in emphyteosi refutata non obstante refutatione, nihil tamẽ dicunt de reuocatione filiorũ, tamẽ viua ratione probatur, quia si nulla ordinatio patris valet contra filiũ, c. j. de suc. feu. fratres nocebũt eis, nõ autẽ filijs pprijs, & sic in c. omnes filij. reci-

Diuisio quæ fit in c. omnes filij. an noceat filijs in feudo ex pacto et prouidentia?

piet interpretationem à c. j. de succeſſ. feu. argu. l. ſciẽdum. ff. qui ſatisd. cog. iuncta authen. auferatur. C. de litis con teſta. ſed cur ex diuerſo non dicemus cap. j. de ſucceſſ. feud. ibi, nulla ordinatione valente & manente. limitari in diuiſione fratrũ per c. oẽs filij. vt fratribus diuidentibus etiã filijs noceant, licet nec teſtando, nec alio quovis modo eis nocere pater poſsit. Hęc. n. niſi admiſeris, cũ Bal. dicere cogar, Obertũ de Orto fuiſſe vnũ pecus, qui duo contraria ſimul ſcripſit. Quid. n. eſt dicere, in vita valere? vbi hoc ſcriptũ legimus? num Obertus de diuiſione fructuũ diſputauit? ſanè nõ, ſed de ipſius feudi diuiſione· quã ita permiſit lex feudalis interuocatos, vt in refutationẽ reſolueretur, q̃ valet ꝓ eo cui refutatur feudũ & pro filijs ſuis: non quidẽ hoc modo alienare eſt, ſed retrocedere, qd̃ facere potuit in ſui præiudicium & deſcendẽtiũ ab eo: c. j. de refut. feu. Non obſtat octauum & vltimũ argumentũ, quia licet Iſer. hoc dixerit, tñ contrariũ dixit in locis in præcedenti reſponſo cumulatis. Et licet Moderniores velint hoc modo hos cõcordare, nẽpe vt quando dicunt patrẽ poſſe vni ex filijs feudum diuiduũ aſsignare, intelligatur quãdo

cum

cum assensu faceret: vt dixi in c. j. de alie. feu. pat. col. vij. & quãdo dicit, non posse feudũ diuidere, si viuitur in eo iure Francorũ, intelligitur sine assensu, ad hoc vt Iser. nõ sit sibi cõtrarius. Tamen vt mens mea fert, non potest saluari, qa Iser. in consti. constitutionem diuæ memoriæ. & in §. præterea ducatus. negat diuisionẽ feudi, vbi viuitur iure Francorum, ne fiat dominus, qui nõ est, secundum glo. in d. cõstit. & hoc considerauit ipse arguendo de fratribus diuidentibus ad patrẽ diuidentẽ: ergo errauit, quia non distinxit Iser. si cũ assensu vel sine assensu, sed magis inter diuiduũ & indiuiduũ distinguit. Nam si pater disponit cum assensu in pręiudiciũ filiorũ, est in feudo hęreditario, & nõ in feudo ex pacto & prouidentia: de quo loquitur Iser. & text. in c. oẽs filij. vt in c. j. de suc. feu. & c. j. an agn. dixi. Sola ergo cogitatio fuit de indiuiduo & diuiduo, in quo errauit arguendo de fratribus ad patrẽ: vellẽ equidẽ in hoc Iser. excusare, vti soleo, sed non possum, quia idem tenet idem Isern. in c. j. de nat. suc. feu. in c. j. de suc. feu. in c. nostro, §. præterea. & in constit. constitutionem diuæ memorię. Iac. quoq; de s. Georg. in suo tract. de feu. in verbo, & cum pacto

Andreæ de Isern. error unus.

¶ de ipso feudo.col.vj. vbi & alia argumẽta addit, & nos fortasse aliqua addemus ꝯ. in §. ꝓterea ducatus. satis sit nũc alijs in locis Iser.veritate comite, quæstionẽ hanc determinasse. ¶ Ampliat tertiò Capi.adeo non licere feudatario disponere de re feudali sine assensu, vt si disposuerit, nequaquam teneatur ad extimationem. Pro quo affert doctrinam Bartol. loquentis in emphyteosi, in l. quod in rerum.§.j.de legat. primo, per illum text.& ibi communiter per Doctor. vbi habetur, quòd licet finiatur morte legãtis res quæ legatur, non tamẽ inducit vt debeatur extimatio: quibus addit idipsum dixisse Bald. & Aluar.in c.j.§.donare. qualiter olim feu.al.po.Bal.& Salic.in l.vxor patrui. C.de lega.Iac.de san.Geor.in suo tract. feud.& in versic.& cum pacto quòd de ipso feudo.col.iij.Fran.Cur.in suo tractat.feu.char.xlvij.ibi, retẽta igitur. in tit.an vas.pos.pro anima de feu.te.col. j.& ij.Bal.in l.j.C.de sacrosan.eccles.& Fran.de Are.in l.multum interest.ff.de verborum oblig.Abbas in consi.xlv. in ij, volum.Ias.in d.l.vxor patrui. Feli. in c.quę in eccleſiarum.col.xxvj. Extrau. de constitut.Curt.iunior in consi.xxx. & Neapolit.in consuet.si aliquibus. in qui-

An si non uelet alienatio, quo ad rem, ualeat inter filios, quo ad extimationem.

quibus cauſ.hab. loc. quar. Hi tamen Doctores an friuolis argumentis moueantur, ex infrà dicendis apparebit. ¶ Quid dicemus nos? perſtringam in primis quæſtionem iſtam, vt intelligatis minimè hos diſputaſſe, quando in vltima voluntate, vel in vita diſponit cum aſſenſu, an valeat reſpectu rei, vel reſpectu extimationis: nam de his dixi mus in c.j.an agn.q.x.& xviij.hîc duntaxat de ipſis vltimis volũtatibus, quæ aſſenſu carent, diſceptabimus: tametſi obiter de ipſis contractibus quoque aliquid tangam infrà ſuper gloſſ. & doctrin. Iſern. dum tractant de amiſsione pretij, quãdo promittitur euictio. Pro illa parte, vt extimatio non debeatur, conſiderant ipſi ex capite voluntatis, ea de re non deberi extimationem, quia non videtur illud cogitaſſe, vt in eo quod morte ſua finitur, debeatur extimatio. Cui opinioni vnum ego addam, quippe eam ob cauſam feudum ſemper finiri morte tenẽtis, quia quot ſunt perſonæ, totidem cenſentur eſſe donationes vnicuique ad vitam factæ, argum.l. iij.C.de donat. quæ ſub mo. per quam ita dixit Iſern.in feudo ex pacto & prouidentia in c.j.colum.penul. & hoc quoque.de ſucceſsion. feud. in

feudo item hæreditario, in c.j.col.ij.de alie.feu.pater.& nos quoq; idem firma uimus in c.j. an agna. ex quibus consequens hoc sequitur, vt per textum in l. vxor patrui. C. de legat. iuxta l. quod in rerum. §.j.ff. de lega. primo. cum cõcordantibus allegatis per Doctores ibi, nulla extimatio debeatur. Secundò vltra Capic. & Doctores, quos aceruat, arguo quatuor modis de l. apud Iulianum. §. fin. ff. de lega. primo. & §. non solùm. Instit. de lega. vt etiã ex parte ipsius rei nulla debeatur extimatio. Et primò: nam in his, quæ non sunt in cõmercio nostro, vt in re sacra, si non debetur res, non debetur extimatio, d. l. apud Iulianum. §. fin. §. non solùm. Inst. de lega. & c. filius. Extra. de testam. feuda autem non esse in commercio nostro, patet in tex. isto: ergo, etc. Secũdò arguo sic: nam legato campo Martio non debetur extimatio, vt in iurib. prę dictis, sed Isern. & gloss. in constit. constitutionem diuę memorię. ac Neapol. in consuet. posita in titul. in quibus rebus habe. locum quar. equiparant feudum campo Martio: ergo, etc. Tertiò ex eadẽ l. arguo: quia quæ sunt in vsu publico, si legantur, nec quo ad extimatio-

Feuda an æquiparentur campo Martio?

mationem debentur, vt d.l. apud Iulianum. §. constat. feuda sunt in vsu publico, cùm publicę vtilitati deseruiant, vt in text. isto, & in l. j. de prohib. feu. alie. per Loth. & latiùs in prima lect. diximus: ergo in eis non debetur extimatio, d.l. apud Iulianum §. fin. & §. non solùm. Institu. de lega. Quartò arguo ex eodem tex. quia in impossibilibus non debetur extimatio: d. §. constat. sed assensus principis præsumitur impossibilis, ex quo dependet à voluntate vnius, vt dicit Barba. in c. quod ad translationem. de offic. legat. col. ix. in princip. & alij Moderniores in d. l. apud Iulianũ. quos Iaſ. ibi col. iij. cumulauit: ergo, etc. Quintò arguo sic: ex testamento nullo nihil debetur, l. ex imperfecto. C. de testam. nec in toto, nec in parte, argum. l. quæ de tota. ff. de rei vend. testamentum autem est nullum sine assensu, vt patet hîc ibi, pro anima iudicare. & sic legatum nullum, vt in constit. constitutionẽ diuæ memoriæ. vbi strictiùs prohibetur cum clausula decreti annullatiua: & vt patet hîc ibi, quia quod à principio fuit nullum, etc. nec hæres obligatur, vt dicit Iser. hîc in col. penul. in fin. Ergo sequitur, vt nequaquam extimatio debeatur. ¶ Pro contraria parte af-

Assensus principis præsumitur impossibilis.

fertur:nã cùm legatum conferatur post mortẽ,hinc fit, vt ille, qui disposuit de feudo, videatur legare rem alienã: quo casu certum est, deberi extimationẽ:d. l.apud Iulianũ.§.fi.&§.non solùm.Inst. de lega.Bald. & cæteri Doctores paulo antè allegati, Pet.& alij in d. l.vxor patrui.vt has opiniones conciliarent, hũc in modum distinguere cœperunt:aut iste testator sciebat se legare feudum, de quo non poterat disponere: aut hoc ignorabat:si sciebat, dicunt extimationẽ deberi:si ignorabat,non deberi. Sed vt mẽs mea fert,satis vanè loquuti sunt: quia aut iste ignorabat factũ, aut ignorabat ius:ignorasse factum, scilicet rem esse feudalem, non præsumitur in feudo, quod possidebatur per ipsum:quin immo præsumitur scientia secundum gloss. cõmuniter approbatam in l. cùm alienam.C.de lega. & ratio est in promptu: quia aut ipse acquisiuit feudum de nouo, & ipse cœpit:aut est antiquum, & post mortem alterius ipse petijt vetere rem inuestituram, vt in ca. j.quo temp. mil.& c.j.per quos fiat inuesti. Factum ergo suum non præsumitur ignorare, arg.l.magnam.C.de contrah. & cõmit. stipul. Ius vetans talem alienationem sine assensu, nequaquã potest ignorari,

arg.

arg.l.constitutiones. C. de iuris & facti ign.& l. leges.C.de legi. Velle dicere, vt istos excusemus, hanc distinctionẽ magis conuenire in feudo alieno, quàm in proprio, magis vanum esset, eo quòd in feudo alieno minùs dubitamus, vti paulo pòst dicam. ¶ Quid ergo dicemus inter has tres opiniones? Dico opinionem illam, vt debeatur extimatio de iure veriorem esse. Pro qua nil aliud est faciendum, nisi respondere argumentis contrarijs: quoniam submotis illis regula iam firma manet, vt si non debetur res, debeatur saltem extimatio: d. l. apud Iulianum. §. fi. & §. non solùm. Inst. de lega. Non obstat primũ argumentum d.l. vxor patrui. C. de lega. & l. qd' in rerum. ff. de leg. j. quia, si rectè inspiciantur dicta per Imol. Alexand. Franc. de Aret. & Cuma. in d.l. quod in rerum. §. j. & iura citata per eos, ac dicta per Iaſ. in l. ij. q. vlt. C. de iure emphyt. & per Alexand. in consi. ix. penult. col. in ij. vol. multa dantur responsa ad iura contraria, & multa etiam allegantur per Iaſ. in d.l. quod in rerum. §. j. quę facerent pro hac opinione: verùm quia nollem à feudis ad iura ciuilia me transferre, Ciuilistis in hoc me remitto. Hoc tñ vnum dicam, quippe vt iurá illa in feudis multis

Iura ciuilia in feudis nō esse allegāda.

rationibus non debeant allegari, quarum vna sufficeret, sed vt nihil omittatur, omnes cumulabō. Et primò, quia ipsi non negant in l. quod in rerum. §. j. testatorem se restrinxisse ad vsumfructum proprium, vt dicit Imol. ibi, & Alexand. in consil. ix. allegato, quicquid Ias son dixerit: quia negari nō potest, quin in text. non adsint verba illa, eumque legauerim: à qua restrictione fomentatur illa communis opinio, quod non est in feudo, vbi disponit simpliciter testator, nolens se restringere ad ius quod habet. Secundò respondeo, iura illa loqui, quando ius testatoris omninò erat extinguendum morte, & nihil transmittebat post mortem suam: vti Barto. & cæteri obseruant, quod non est in feudis: quia in feudo ex pacto & prouidentia non hæreditario transmittit sanguinem, cuius vigore successor capit feudum, vt in cap. j. an agnat. in prima oppo. & in cap. j. de succes. feud. declarauimus: & in feudo hæreditario non solùm transmittit sanguinē, verùm etiam rem ipsam feudalem, vt probat Isern. in cap. primo, §. quid ergo. de inuestitu. de re alien. fact. transmittit quoq; & qualitatem hæreditariam præter sanguinem & rem, vt probat Iser. in c. j. col. ij. de

de alien. feud. pater. Tertiò respondeo, testatorem in l. vxor patrui. & l. quod in rerum. disposuisse de omni eo, quod potuit in re sua, in quo efficax legatū est se iudicauit: at in feudo disponebat de vtili dominio suo, quod tñ sciebat nihil valere domino non consentiente: & sic termini non sunt pares in re quæ est omnino sua, & in re quæ dependet etiam à voluntate tertij quia primo casu non debetur extimatio: secundo verò casu debetur, secundum Iacobum de Are. & Alber. in l. si chorus §. fi. ff. de legatis iij. Quartò respondeo, quia, vt dicunt Iason & cæteri in d. l. quod in rerum. §. j. ratio illius §. & l. vxor patrui. est, quia licet testator præsumatur velle, vt legatum non sit inefficax, qua ratione deberetur extimatio, tamen non minùs considerauit, vt minùs grauet hæredem in redimendo, quàm posset, & postquàm ius suū omninò finitur morte, non videtur vt is, qui disponebat de re sua, videatur etiam cogitasse de eo quod est alterius: at in feudis non extinguebatur, vt vidistis: & si ita non extinguitur, fundauit se testator in re, quam dū ita trāsmittit, cogitauit esse in sua dispositione domino consentiente ex primaria intentione ad rem, vel ex secun-

daria intentione ad extimationem, vt in l.apud Iulianum.§.j.& §.non solùm. Institu.de legat.Per quæ vides,quo modo tex.l. vxor patrui. non obstat nõ solùm propter præmissa, sed alia etiam ratione, quam in sequenti responso, vbi magis congruit, examinandam reseruamus. Non obstat secundum argumentum,dum dicunt feuda non esse in cõmercio nostro, & equiparari campo Martio,etc. Pro cuius solutione debetis scire secundum Innocen. in ca. filius.Extr.de testa. & alios in locis paulo antè dictis, Iurisconsultos in re hac duo perpetuò considerasse,nimirũ plerũq;nos legare res nostras,plerũq; verò alienas: & in rebus proprijs, si durãt nostræ,voluerunt & legatum debere dura re:si verò natura repugnat, tũc considerauerunt minùs lædere hęredem,quàm possent,ĩta vt illud,quod suũ est,& non aliud in dubio videatur legare: d.l.vxor patrui. C.de lega.& l.quod in rerum.ff. de leg.j.In rebus verò alienis,quæ facto tertij impediri possent,iterum considerauerunt, quędã esse in commercio nostro de iure generali, vt est in qualibet re burgensatica quæ venditur, vt in l.rẽ alienam.ff.de contrah. emp.& legatur, vt in l.non dubium.§.fina.ff.de lega.iij.

Rur-

Rursum in istis bonis, quorũ commerciũ de iure generali habemus, duo alia considerauerunt: alterum, vt legatum valeat in re quam hæres redimat, & legatario tradat, qđ est in primaria testatoris intentione: alterum verò, vt ex secundaria intẽtione hoc aliud fiat, nempe vt si non habet effectum, quia dominus non vult rem vendere, si non potest haberi res, quæ legata est, loco rei succedat extimatio: vt in l. apud Iulianum. §. final. ff. de lega. j. & §. non solùm. Instit. de legat. per quæ vides, quid ipsi Iurisconsulti contemplati fuerint in his rebus quæ sunt in commercio nostro de iure generali. Alio & secũdo modo considerauerũt, res alienas esse in commercio nostro ex gratia & de iure speciali, vt est gratia principis & assensus, secundum Isern. in constit. si quis post litem. In quo Iurisconsultus (secundum quosdam) iudicauit, vt si in his quæ dependent à voluntate solius principis, aliquid legamus, quia videtur leges ignorare, q taliter legat, & magis furiosi more actũ gerere: d. §. fi. & §. nõ solùm. hoc casu nihil deberi: in quo vehementer errant, quoniam non sufficit pendere à voluntate vnius, sed requiruntur duo: alterum, vt pendeat à voluntate

Mẽs testatoris in quo uersetur dũ res proprias uel alienas legat.

vnius, vt ipsi dicunt: alterum, vt de facili concedi non soleat: patent ista in text. in d. l. apud Iulianum. §. final. dum dicit ibi, quòd cõmerciũ nisi iussu principis non sit, & postea subdit, item cùm distrahi non soleat. Duo ergo requirun tur, & actum pẽdere à voluntate vnius, & quòd de facili non concedatur, vt patet etiam in §. non solùm. Instit. de legat. ibi, commercium non est. nec adipisci potest: nam vox illa, potest. minimè potentiam naturę ostendit, quia secũdum naturã bene adipisci potest, sed impotentiam ostendit causatam à difficultate, sicut in l. ij. §. ex his. ff. de verborum oblig. Doctores dicunt, duplicem esse difficultatem: alteram videlicet, quæ æquiparatur impossibilitati propter magnam difficultatem: alteram, quæ stat in terminis difficultatis: quibus fit, vt quandoque dicamus hoc vel illud propterea adipisci nõ posse, quia sine magna difficultate haberi non potest. Quibus sic existentibus, non obstat argumentum, quia feuda non sunt huiusmodi naturæ. Nam aut consideramus feudum, & sic rem ipsam, & certum est quòd licet feuda sint in vsu publico, hoc est, quia seruiunt publicæ vtilitati, tamen feuda venduntur: cap.

Assensus principis an reputetur impossibilis

Difficultas duplex.

Ti-

Titius. si de feud. fuer. controu. & c. j. §. sed & res. per quos fiat inueſt. & ſi venduntur, ſunt in commercio noſtro, vt dicimus in l. illud. C. de colla. & l. omnimodò. §. imputari. C. de inofficio. teſt. & de ſcriptoria quę venditur, vt per Papienſ. ibi: aut & ſecundò conſideramus conſenſum vaſalli hęredis, & hoc in ſua quoque poteſtate eſt: aut & tertiò conſideramus aſſenſum domini, & licet iſte aſſenſus dependeat à voluntate domini, & ſic vnius, tamẽ non eſt de illis, qui concedi non ſolẽt: quin potiùs paſſim conceditur, vt vſus magiſter egregius nos docet: ergo non reputatur impoſsibilis, aliàs oĩs cõſenſus tertij eſſet impoſsibilis, & non deberetur extimatio, eo quòd dependet à volũtate vnius: quod eſt abſurdum, d. §. conſtat. Quæ tum maximè in regno vera eſſent in ſex caſibus, in quibus dominus tenetur cõſentire: vt in conſtit. ſi quis poſt litem. per Iſern. & in §. quid ergo. de inueſt. de re alie. fact. vel ſaltem ſolet conſentire, vt dixi. Sed quid verbis moror? Nónne Iſer. in c. j. §. fin. de inueſt. de re alien. fac. & ibi communiter Doctores cõcludunt, cùm vir donat vxori ſuæ feudum donatione propter nuptias, vt licet nõ valeat donatio reſpectu rei, eam ob

rem valeat respectu extimationis? quoniam neq; cãpo Martio feuda æquiparantur, neq; rei sacrę. Rursum, nónne in legitima, vbi viuitur iure Francorũ, qñ pro ea datur feudũ sine assensu, palàm asserimus, vt si non deberur in corpore feudi sine assensu traditi, debeatur saltẽ in extimatione, vt infrà in §. prẽterea. dicemus? Magno quidẽ cum mysterio dixerunt glo. & Iser. in const. constitutionem. si feudum æquiparatur rei sacræ, vel campo Martio, non deberi extimationem. cùm enim conditionaliter loquuntur, si æquiparatur, satis ostendũt, tunc non esse in cõmercio nostro: vt l. inter stipulantẽ. §. sacrã. de verb. oblig. sed quia hoc falsum est, confestim Iser. concludit, non æquiparari campo Martio, in d. §. fin. de inuest. de re alie. fact. quẽ sequũtur cæteri Doct. ibi: ergo, etc. Etenim si aliquo modo dicimus feuda non esse in commercio nostro, illud est propter quoddam extrinsecum, id est, assensum domini, vt hîc, & in l. j. de prohib. feud. alie. per Loth. Ita dixit Isern. hîc col. vij. & viij. dum dicit cõtractum feudalem celebratum sine assensu stare in pendenti, & non esse omnino nullũ, quia habet spem reconualidationis, vt ibi dicemus, cui subscripserunt Ioann. Fab.

Assensus quia quid extrinsecũ est, proinde in pendenti ppter hoc extrinsecũ contractus manet, donec sciatur, an præstetur, nec'ne.

Fab. in d. §. non solùm. Instit. de legat. & Bald. hîc col. iiij. ibi, quæro vtrùm pater. Assensus autem in commercio nostro est, sicuti paulo antè dixi: ergo, etc. Et vltimò ponderate, quia considerando assensum in prædijs Cęsaris, qui pendet à voluntate vnius, quia tamẽ solent distrahi, deberi extimationem concludimus, d. l. apud Iulianum. Ergo multo fortiùs debebitur extimatio in feudo, in quo pendet voluntas mixtim à voluntate domini, & illius qui succedit in feudo, quem grauare posse cogitauit, eo quòd in hoc mixto plus potest vasallus, quàm dominus: quia disponẽdo dominus de feudo nihil facit, vt dicit Isern. hîc col. vij. & in c. j. qui suc. te. Si verò vasallus disponit, aliquid facit, quia actus est in pendenti, donec dominus consentit, vt suprà dixi. Sed quid opus est disputare? Nónne Isern. in cap. j. §. valuasores. de his qui feud. dar. possunt & milies dixit, feuda æquiparari militiæ? sed legata militia debetur extimatio, secundum glo. in l. multum. in verbo, placet. & ibi per Doctores, ff. de verb. obligat. ergo & in feudo debebitur extimatio. Nec obstat si dicas in feudo requiri assensum domini, vt in l. ista, quod non est in militia: quia

Dominus directus minus potest, quàm utilis in alienatione feudi.

Militiæ æquiparatur feudū.

poſtquam non eſt res, quæ impoſsibilis ſit, vt dixi, quin potiùs facilis reſpectu conſenſus domini, qui paſsim conſentire conſueuit: maximè in regno iſto ſuccedet ſecundaria intentio, vt habeat locum extimatio: d.§. non ſolùm. & l.apud Iulianum.§.final. Nam quando duas habemus intentiones, primam videlicet & ſecundam, ſi non operatur prima, operabitur ſecunda, provt per illum text.dixit Bald.in l.ſi abſentis.C. ſi certũ pet. pro quo eſt text. in l.j.§.j.ff. de author.tut.& l.iiij. C. de contrah.& commit.ſtipul. Quid enim ſi expreſsè legetur extimatio, nónne deberetur omnino ſecundum glo. in l.ſi quis inquilinos.ff.de lega.j.& in §.non ſolùm.Inſtit.de lega? Pariter ergo dicamus in tacita mente ſic à lege interpretata, quæ nullum in extimatione habet impedimentum, nec ratione rei, nec ratione voluntatis, vt debeatur ex intentione ſecunda, arg.l.cùm quid.ff.ſi certum pet. cùm non præſumatur in hoc furioſus à lege, ſicut præſumitur in l. apud Iulianum. in his quæ perpetuò ſunt prohibita: vt in ſimili his verbis vtitur Innoc. poſt text. in cap. ſuper eo.de condi.appo. Non obſtat tertium fundamẽtum de contractu nullo, quia inter eſſe nullũ

omni-

omnino & inter contractum valere, da tur medium, videlicet vt obligatio ſtet in pendenti, vt notant omnes in l. ij. §. & harum. ff. de verbor. oblig. & in l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. & in l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſt. prædi. qua de re dicebat Iſern. hîc, vt habet ſpem reconualidationis. Nec te moueat id, quod dicit Innoc. in cap. ſuper eo, de. condi. appo. & ibi Abb. & Fran. de Are. in conſil. cxlij. quippe in actu nullo conſenſum principalis non retrotrahi. Primò, quià ſi ille coſenſus præſtatur pro ſuo intereſſe, vt eſt hîc, nedum reſpectu vaſalli cõtrahentis, ſed etiam reſpectu domini, vt hunc vel illum habeat vaſallũ, quem elegit, bene retrotrahitur: ita Frãcif. de Aret. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſu. ff. de acquir. hæred. §. penult. ibi, & attende. qui allegat Anto. de Butr. in c. cùm conſuetudinis. de conſue. per tex. in c. cùm in iure. de election. Allegat quoque text. in c. j. de alien. feud. pat. vbi ſecundum ipſum eſt caſus formalis: quod vltimum dictum non eſt verum, quia c. j. de alien. feud. pat. loquitur in agnato, qui non impedit formã contractus, vt fit in domino. Secundo item modo reſpondeo, contractum in ſe valere, ſed propter quoddam extrin-

Nullum ſimpliciter, & omnino nullum, duo ſatis diuerſa ſunt.

Aſſenſus retrahitur.

Aſſenſus agnati non impedit formâ contractus, ſicut aſſenſus domini.

secum; id est, impedimentum domini impediri, sicuti dudum dixi. Nàm videmus iura in l. ista, & in cõst. cõstitutionem diuæ memoriæ. non annullare actum simpliciter cum clausula decreti annullatiua, sed annullasse actũ, si à domino non confirmabitur: vt patet in d. constit. & in tex. nostro ibi, sine permissione. quæ confirmatio fieri non posset, si esset oĩo nullus: &, quia spes haberi potest, donec declaret si vult nécne, ideo cõtractus nõ est simpliciter nullus, sed tũc est nullus, cùm dñs declarabit se nolle cõsentire. Quã ob rẽ non poterimus dicere, vt propterea, qa cõtractus est nullus, nõ debeatur extimatio, vt dixit Bal. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & Fran. de Aret. in l. multum interest. col. ij. ff. de verb. oblig. quia propter spem recõualidationis est in pendenti. Ad hæc optimè facit illud dictum Bald. in c. inter dilectos. col. iij. de fide instru. dum vult dominũ in alienatione feudi posse facere tria: primum, consentire, vt cũ consensu suo fiat: alterum, quia si factũ est, sine eo potest confirmare: & tertium, quia cùm possit reuocare, velle potest vt possideatur à successore incapaci: quasi dicat, postquam non adest alter, qui possit reuocare, sufficit toleran

tia

tia domini: & omnibus tribus modis dispositio valeret secundum ipsum ibi. Quod quidem si nulla alia ratione demonstrari posset, hac sola demonstratur: quia communi omnium sententia fatemur, iudicamusque assensum, qui potest subsequi, retrotrahi ad tempus contractus, vt sentit gloss. in verbo, confirmetur. in constit. constitutionem diuæ memoriæ. vt vnà cum Isern. infrà dicemus: quod fieri non posset, si contractus esset omninò nullus, per ea quæ habentur in d. cap. super eo. & quia retrotrahitur, ergo non est omnino nullus, licet sit nullus, quoniam inter esse nullum, & omninò nullum, longè interest: ex quo actus omninò nullus non confirmatur ex iure superuenienti, vt est text. gloss. & Bart. in l. seruum filij. ff. de legat. j. & actus nullus potest confirmari, l. si rem alienam. ff. de pignor. act. vt in vtroque capite: sic declarat Imol. in l. cùm vir. colum. iiij. ff. de vsuca. Quam ob causam retrotrahitionẽ ipsam in assensu fieri posse concedimus. Ex quibus omnib. patet, contractũ nõ esse omninò nullũ, vt argumẽtũ contrariũ nititur demõstrare. Sed p̃dictis hoc videtur obstare, qa si in vita nõ obtinuit cõsensum, testamen-

tum inde capit vires suas post mortem quo tempore perspicuum est, legatum: esse omnino nullum, eo quòd non habet spem reconualidationis, quæ extincta est: nam eam ob causam dominus post mortem consentire non potest, quia esset assentire super feudo, quod iam effectum est filij, secundum Ilsern. infrà in addit. col. vij. ergo, si est omnino nullum, extimatio non debetur: vt patet ex suprà dictis. Cui argumento ego respondeo, legatum habere duo capita, & rei, & extimationis: & si extincta est spes rei, quia deuenit ad casum, à quo incipere non potuisset, vt sine domini assensu in ipso feudo legatum valeat, viuit spes & effectus consequutionis extimationis: quæ si valuit à principio considerata extimatione ipsa, qua ex secũdaria ratione ab initio valuit, nunquam superuenit casus etiã post mortẽ, q ipsius extimationis præstationẽ annullaret. In hac enim præstatione extimationis eam ob causam non considerabimus tempus mortis, sed tempus confecti testamenti: quia paria sunt, si tunc expressè testator legasset extimationem, vel tacitè à lege testatoris mentem hunc in modum interpretari: l. cùm quid. ff. si certum pet.

Testandi tempore, non autem mortis, considerabitur ualiditas legati, nisi legatum sit conditionale. & infrà.

Fatuum

Fatuum namque dicere esset, vt lex interpretetur, vt post mortem velit testatore cogitare, vel in ipsa morte, de extimatione: sed magis dicemus, vt lex ita interpretetur, quando fit testamentum, vt duplicem habeat intentionem, primam expressam in re, & secundam tacitam, & à lege subauditam in extimatione, postquam in prima videmus intentionis suæ fuisse efficaciter legare: iste certè realis & verus sensus est d. §. constat. & §. non solùm. cùm considerant illum esse furiosum tempore testamenti, si res quæ nullo modo in nostro commercio sunt, legat, & quòd non attenda tur inefficacia legati causata ex pòst facto post legatum, sed illa quæ consistit tempore legati. Patet in text. in §. si quis debitori. versi. contrario. Instit. de lega. cum simili. Patet etiam ex eo, quod in simili notat gloss. & Doctores in l. id quod apud hostes. ff. de legat. j. vt spes validitatis legati cõsideretur tempore testamenti, & non tempore mortis: vt dicit Iason post alios ibi col. iij. in prin. Et insuper idem dicere compellimur, quia licet in legatis tria considerentur tempora: primum, confecti testamenti: alterum, mortis: & tertium, additionis hæreditatis; vt habetur in l. si is qui hæ-

res. ff. de vulg. & pupil. cum concor. tamẽ niſi aliud appareat, regula Catoniana, quæ attendit validitatem legati, ſemper reſpicit tempus teſtamenti confecti: pro quo videte cumulata per Iaſ. in l. cætera. col. iiij. ff. de leg. j. vbi ponderate gloſſ. & eundem in ſexto nota. dum dixit, parum referre, vt legatum ſit nullum ratione rei, ſi aliquo modo poterat eſſe vtile reſpectu extimationis: quia etſi regula Catoniana habet locũ reſpectu rei, non tamen locum habebit reſpectu extimationis: & ſic diuerſimo dè iudicantur prima intentio ad rem, & ſecunda ad extimationẽ, provt eſt text. formalis in d. l. cętera. §. ſi duobus. verſ. & ſi quis. in fine. vbi notatur per Doct. ipſam extimationẽ eſſe in obligatione, & ſic de per ſe à principio debitam: quę omnia ſi rectè ponderentur, ponunt, vt aiunt, gladium ad radicem. Nec te perturbent ea quæ habentur in l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. & in l. chorus. §. fina. ff. de lega. iij. & in l. ſi ſeruum. ff. de verb. oblig. vbi legatum ſerui alieni qui efficitur liber, non valet etiam quo ad extimationem, eo quòd termini non ſunt pares: quoniã illud euenit ex mutatione ſtatus rei, in caſu in quo nec extimatio debetur, etiam ex præſumpta mente muta-

mutata : nos autem loquimur rebus permanentibus in eodem ſtatu, & re exiſtente in commercio noſtro, ita quidem vt impedimentum non cauſetur à re, ſed à conſenſu tertij, de quo reſpectu extimationis non curamus, ſecundum Doctores ibi, & meliùs per Bart. & alios in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verborum obligat. Et quoniam ex imperitia iudicantium eò deuenimus, vt non attendamus rationes, ſed numerum Doctorum, tu vides quòd Bald. & relati per ipſum, ac cæteri in c. j. §. donare. qui liter olim feud. alien. pot. tenent, vt in ſciente debeatur extimatio: & ita tenet Petr. & alij in d. l. vxor patrui. &, vt vidiſti, in feudis ſemper datur ſciẽtia: vidiſti quoq;, ſi ſcientia vel ignorãtia hoc cauſatur, ſaltem non eſſe à natura rei tãtùm: idipſum ſcripſit glo. & Iſern. in conſtit. conſtitutionem. qui loquuntur conditionaliter, vt ſi æquiparantur campo Martio, non debeatur extimatio: &, quia non æquiparantur campo Martio, debetur extimatio. Hãc partem tenuit Bal. hîc col. iiij. ibi, quæro vtrùm pater. hoc idem tenuit Ioan. Fab. in d. §. non ſolùm. Inſtit. de lega. hoc idem tenuerũt in feudo Iſer. & alij in c. j. §. fi. de inueſt. de re alien. fact. qui

licet loquantur in illo casu ibi posito, ratio decisionis adoptatur ad casum nostrum. Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versic. xvij. per text. in l. filius familiâs. §. sed siquid alicui. ff. de leg. j. & Ioan. Rainal. hîc, Feli. & relati per eum in c. quæ in ecclesiarum. col. xxx. ibi, cęterùm in quantum dictum est. Extra. de const. vbi in hanc partem inclinat: & si æquiparatur militiæ, de hoc habemus glo. in l. multum. in verbo, placet. ff. de verb. oblig. quæ communiter approbatur. Solus Neapo. in sua consuet. tenuit contrarium, per rationes quas hîc ener uatas videtis, & aliqui ex relatis suprà, qui ex ignorantia terminorum feudalium malè loquuntur, vti proprio iudicio iudicare potes, postquam sigillatim omnibus est responsum. In quo si nulla authoritas, nulla ratio, nec aliqua ex doctrinis prædictis te mouere potest, moueat saltem volũtas testatoris, cui eam ob causam, quia post mortẽ loqui non potest, tantùm fauemus, vt in l. j. C. de sacrosanct. eccl. Etenim si noluisset cũ effectu legare, fortè illud dixisset, cùm non ita furiosi more de feudo dispositi se iudicabimus, sicuti si campum Martium, aut rem sacram, quæ perpetuò inhibentur, tunc legasset: quam ob rem

Iuri-

Iurisconsulti ad dicendum illum furiosum in hoc fuisse, sunt cõmoti propter signa verborum, quæ non nisi à furioso dici potuissent, secũdum cumulata per Papien. in d. §. constat. in iij. nota. Et quia hæc quæstio rarò euenit, nisi inter eos, inter quos testator cum effectu voluit legare, iuxta d.l. cùm alienam. ideo hanc quæstionẽ plenè examinauimus, cætera decîdãt curiosi, ex quo casus iste à lege feudi non est decisus, & à regulis iuris Ciuilis compellimur argumentari: à quibus poteris etiam limitare quęstionem hanc, si aliquo casu ex contraria mente testatoris extimatio non debeatur. In quo ad illud præcipuè anĩ maduertas, si legatũ esset conditionale, in quo attenderetur tempus mortis, de quo per Doctores in d. l. cætera. ff. de lega. j. Quid autem dicendum esset, si testator legasset feudum, si dominus consentiret, vel saluo assensu domini, & non aliter nec alio modo? per l. à testatore. ff. de condit. & demonst. Tunc enim illa attendenda esset, quæ aliter considerantur ad reiectionem conditionis, quæ venit ad tollendum substantiam actus, quàm conditionis, quæ non venit pro substantia actus: de quo per Papiens. in d. §. constat. col. iij. In quo

non minùs tu ſtudioſe conſiderare poteris etiam in ipſa conditione, quæ venit pro ſubſtãtia actus, ſi eſt de illis quæ concedi ſolent, nécne: hæc omnia tuo ingenio diſcurre, ne feudorum cauſa ciuilia tractemus. ¶ Ampliat quartò Capic. hunc text. habere locum etiam in fructib. feudi, in quo ad ea, quę ſuprà dixi, me remitto. ¶ Ampliat quintò, vt nec vnam candelã liceat dare: quæ ampliatio non cadit ſub terminis noſtris, vbi quærimus quid fieri poſsit ſine aſſenſu, non autem de præiudicio, quod non poteſt fieri etiam cum aſſenſu in feudo ex pacto & prouidentia: de quo diximus in c. j. an agna. ¶ Ampliat ſextò, etiãſi dictũ eſſet in conceſsione feudi, quia dabat feudum pro ſe & hęredibus quibuſcunque: vt tunc intelligatur de venientibus ab inteſtato, ſecundum vnam opinionem: ſecundum alios per eum citatos, veniant omnes. Sed præter ea, quæ ipſe affert poſt Bald. hîc col. v. poteritis latè videre per Curt. in primo conſil. qui aceruauit omnia dicta Modernorum, & Alexand. & Felin. in locis ibidem allegatis: Iaſo. in l. fideiuſſor. §. prætor. ff. qui ſatiſdare cog. & in pręludijs col. xv. Mart. in c. j. §. hoc quoque. de ſucc. feu. Deci. in conſil. clxxxv. in

Fructus.

Nec vnam candelã dari licere

Inteſtitura pro ſe et hæredib. quibuſcunque.

Hæredes qui ſint in feudo dato pro ſe, & hæredibus quibuſcunque.

in ij. & iij.col. & in consil.clxxj.col.fin. Albertus Brunus in cõsilio ix.quod fuit Curt.in iij.col. & per Cur.char.xlvij.& Iacob.de sanct. Georg.in verbo,& cum pacto quòd de ipso feudo. quos etiam ipse allegat. Idem Albert.Brun.in consilio x.per totum,& consil.xvj.col.ij.& consilio xviij.col.iiij,& consil. xxiiij.in fine.& per Afflict. hîc in xj. notab.& omnia consilia addita in Apostilla super Alex. in l. gallus. §. etiamsi apparẽte.ff. de lib.& posth. quæ per te videre poteris. ¶Nos autem,ne,vti ipsi faciũt,terminos confundamus, duo faciamus capita: alterum, si veniunt omnia genera hæredum,vt Inst.de hæred.qual.& differ.in principio.ac etiam legatarij,vt in l.quædam. §. his autem.ff.de eden.rursum, an veniant fœminæ & alij incapaces: qui quidẽ termini haud quaquam hîc tractandi sunt ea lege,qua dixi in c. j.de succeff.feud.alterum verò caput erit,vt videamus,an virtute istorum verborum, qui talem habet inuestituram. possit sine assensu legitimè feudũ alienare? Circa quod id consulo,vt ante oía eam ob causam tenorẽ inuestituræ inspiciamus, quia parua facti mutatio totũ ius corrũpit: perpetuò enim cùm inuestituræ tenorẽ non põderamus, omnia

corruunt:c.j.de duobus fratr. Dixerim hæc propterea, quia Franc. Curt.in suo j.consilio dicit, paria esse dicere, do tibi feudum, & quibus dederis: vel, do tibi feudum, & habentibus causam à te: vel, pro te, & hæredibus quibuscunque. Ludouicus item Roma.in l.id tempus.§.j. ff. de vsucap. æquiparauit hæc duo, do tibi feudum, & hæredibus quibuscunque: vel do tibi feudum, & successoribus quibuscunque. Quod quidem mea sententia distinguendum est, quoniam materia assensus est stricta, & si vna inuestitura cōcedit, vt ad sui libitum in vltima voluntate disponat, non extenditur ad contractum inter viuos, nec contrá: vt infrà vnà cum Isern. in iij. col. dicemus. Quam ob rem, ne erremus, operæprecium erit, vt inuestituras has singillatim ponderemus. Nam si inuestitura dicit, tibi & quibus dederis, quia illud dare ex mente, & ex verbis comprehendit omnem casum, per quem dominium transfertur, vt in l.non videtur.ff. de regul. iur. & §. sic itaque. Instit. de actio. etiam si ius in re tantùm cōstitueretur, vt in l. fin. C. de pign. nec minùs cōprehendit vltimas voluntates, quàm contractus: hoc casu bene dicā sequendo communem Doctorum sentētiam,

Assensus an requiratur in alienatione feudi concessi pro se & hæredibus quibuscunque.

Inuestitura pro te & quibus dederis.

vt

vt sine assensu tam inter viuos, quàm in vltima voluntate disponat. Simili quoque modo in illa inuestitura, tibi & successoribus quibuscunque. quia vox, successoribus. ita potest intelligi iure hæreditario, vt in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. & l. hæredis appellatio. ff. de de verb. signific. sicut etiam per contractum, vti Doctores in l. etiam si in rem. ff. de iureiurand. declarant, & Iser. in c. præterea. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. per illum text. probat. Itidem & in illa inuestitura, tibi & habẽtibus causam à te, secundum Cur. in d. consilio j. quia dum alienat, talis alienatio fit ex potestate attributa à domino in spem: quo casu poterit tunc alienare sine alio assensu secundum Isern. in d. c. j. de feu. non hab. prop. nat. feud. quem sequuntur omnes in locis suprà allegatis. Sed si est datum feudũ pro te & hæredibus quibuscunque, salua tantorum patrum authoritate, ea de re aliter in alienatione, quæ fit in vita, sentirẽ: quia vos iam videtis regulam generalem istius legis, & l. j. de prohib. feu. alien. per Lotha. à qua non est discedendum, nisi alia lege hoc dicente. Sed dices fortasse, nónne satis perspicua iura illa sunt? c. j. de feu. non hab. prop. nat. feu. & ca. feudum ea

Inuestitura tibi et successoribus quibuscunque.

Inuestitura tibi & habentibus causam à te.

Inuestitura hæc, hæredib. quibuscunque, quomodo erit intelligenda.

lege. si de feu. fue. cont. in qbus iuribus cauetur, vt nedum possit sine assensu feudum alienari, sed etiã licẽtia datur, vt alienetur liberum sine qualitate feudi: cuius rei si rationem scire optas, respondet Isern. ibi, quia sic in re sua dominus dixit, & dicere iam potuit, vulgata l. in re mandata. ff. manda. Cui oppositioni ego respondeo, omninò animad uertere nos oportere, cùm dixit, pro hæredibus quibuscunq;. nil aliud dixisse, nisi tria genera hæredum voluisse ostendere: de quibus Institut. de hæred. qual. & differ. in princ. ac etiam legatarios vocasse, vt l. quædam. §. his autem. ff. de eden. iuncta l. id tempus. §. j. ff. de vsuca. ita quidem vt verba illa minimè extendantur ad cõtractum inter viuos in materia assensus, vt infrà videbis. Quia si verba sunt amplissima, ac proinde vltra propriam naturã extendũtur, vt patet in simili ex notatis in l. cùm pœna. ff. de arbi. in gloss. quę per hoc verbum, quacunq;. extendit euictionem, etiamsi causetur à compromisso, & ex notatis in l. si balista. ff. ad Trebell. & per Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. lega. vbi per verbum, quoquomodo. volunt, vt legato frumento vxori veniat etiam illud quod domi erat causa viuendi: ta-

Hæredum tria genera.

Inuestitura pro se et hæredibus quibuscunq;, omnem cõtractũ excludit, & solos hæredes includit.

tamen in casu nostro, quia de hæredibus dixit, sit hæres, & sit quicunque, argu. l. fi. ff. de vino, trit. & oleo legat. iuncta l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. non autem vt fiat per contractum inter viuos. Dices rursum, nónne in c. j. de feud. non hab. prop. natu. feud. & in c. feudum ea lege. si de feud. fuer. contr. apertè patet, datum esse pro se & hæredibus quibuscunque, & tamen dicunt desinere esse feudum penes eos qui emerunt. Ego verò respondebo, non ex vi horum verborum hoc esse, sed propter illa verba, & quibus dederis, etiam nó hęredibus: da igitur tu talem esse inuestiturã, quippe & quib. dederis, & vicisti, nisi dicat, & quibus dederis in feudũ vt in iuribus suprà dictis. Quæ omnia extra regnum, non autem in regno ea de re intelligenda etiam videntur: quia ratio, quare in ca. feudum ea lege. & in ca. j. de feud. non hab. propr. nat. feud. admittimus, vt possit sine assensu alienare, illa est, quoniam cùm de iure feudorũ poterat feudũ subinfeudari, vt in c. donare. qualiter olim feud. alie. pot. & cum eadem qualitate, vt in §. ex eadem. de lege Corra. si exprimitur vt possit alienare, intelligitur aliter quàm subinfeudando, vt verba aliquid operẽtur: l. si quando,

Inuestitura prete, et quibus dederis.

ff.de leg.j. & l.nonnunquam.ff.de condi.& demõ. sed quia in regno non licet subinfeudare, vt in const. constitutionem diuæ memoriæ. & consequenter cessat ratio prædicta, dispositio cap.j. de feud. non hab. prop.nat.feu.intelligetur subinfeudãdo,vt in specie tenuit Isern.ibi, quando mens,vel verba principis, qui hoc facere potest, aliud non ostendũt. Sed tunc,an debeat dominus certificari,& si saltem possessio feudi sine suo assensu danda sit,nécne,infrà super Isern.in iij.col.in materia extensionis conclusione tertia latiùs dicemus.

Tunc fit ut assensu nostro reseruato alienare possis, quid conferat.

¶Limitatur tamen prædicta conclusio, si in eadem licentia rex dixisset, nostro tamen assensu & beneplacito interueniente. quia tunc non posset sine assensu alienare: patet ex eodem text.c.feudum ea lege.& c.j.de feu.non ha.prop. nat.feu.quia, sicut quando dixit in feudum, non potest alienare nisi in feudum, ita si dixit nostro assensu reseruato,non debet sine illo alienare.In hac limitatione quatuor essent facienda capita: Primũ, si requiritur assensus:Alterũ, si rex compellitur assentire: Tertium,si non vult assentire, quid faciendum sit in tali casu: Vltimum, an talis assensus possit pręstari post mortem alienantis.

Ve-

Verumenimverò, quia super his domi nus Pamphilus Mollus doctor Capuanus reassumptis dictis Franciſci de Aret. in quodam consilio non impreſſo, ac etiam dom. Nicolai de Capua viri acutiſsimi, ampliſsimè conſuluit in cauſa Gambateſij, pro Andrea de Capua duce Termularum, decreuerã, ne labores tanti viri per omnia perirent, originalia verba ſua hîc ponere: ſed quia antequam repetitionem hãc typis traderem, fuerunt impreſsę paraphraſes feudales eximij Iureconſulti domini Sigiſmundi Loffredi, qui omnia dicta in eodem conſil. in ca. j. §. donare. qual. olim feud. alien. pot. tacito authore deſcripſit: qđ & tacito authore fecit quoque Afflict. in cap. feudum ea lege. ſi de feud. fuer. controuerſ. cùm intentionis meæ non ſit volumina magna compilare, ſed pauca, ſi potero, & bene pro aliorum vtilitate ſcribere, minimè conſilium illud hîc recitabo, nec etiam diſtinctè eorũ argumenta, quæ tu ipſe ponderare poteris, hîc enarrabo. Quo ad primum, res perſpicua eſt, vt aſſenſus requiratur, per ea quæ ſ. dixi, ac etiã quia ſiue ablatiuus abſolutus reſoluatur in vim conditionis: L. à teſtatore. ff. de condit.

& demonſt. cum concor. ſiue in vim diſpoſitionis, ſecundũ Bar. in l. fideicommiſſa. §. cùm eſſet. ff. de leg. iij. quia tñ ad actum futurum refertur de nouo à domino perficiendũ, nouo opus eſt aſſenſu: nam quando partes poſſent contrahere ſine aſſenſu, & volunt reſeruando illum contrahere, opus eſt alio aſſenſu, vt infrà ſuo loco in iij. col. ſuper Iſer. dicemus. Quæ tum maximè in contractibus firmamus, vbi ablatiuus abſolutus ſemper in vim conditionis reſoluitur, ſecundũ Bar. & alios in l. ab emptione. ff. de pact. & in alijs locis antè dictis: ſiquidem infeudare contractus eſt nominatus, ſecundum Iſern. in prælud. feud. q. vj. & Bart. in l. iuris gentium. §. quinimmo. ff. de pactis. Quo ad ſecundum, ſi dominus compellitur cõſentire, affertur per dom. Pamph. ſuprà dictum fundamentum antecedentis capitis: quia ſi reſoluitur in vim cõditionis, niſi præſtetur, alienatio caret aſſenſu, & per conſequens eſt nulla, vt in l. iſta, & in l. j. de prohib. feu. alie. per Loth. Nec compellitur dominus illam contualida re: arg. glo. in c. ſi pro te. de reſcrip. in vj. vbi præſentatio cõditionalis, ſi capitulum conſenſerit, non arctat capitulum ad ſic conſentiendum, ſecundum Abb. in

Dominus an cõpelli poſſit, ut conſenſum præſtet, quando poteſtatem dedit alienãdi ſuo aſſenſu reſeruato

in c.penul. Extra.de conſt.Affert quoque illa quæ dixerunt Bart. & alij in l.j. ff.de leg.ij.& in l.ſi quis arbitratu. ff.de verb.oblig. vbi, ſi quid de futuro confertur in poteſtatem tertij vt arbitretur, non inducit vt compellatur arbitrari. Et vltimò,quia rex non promiſit vt poſſit compelli ad aſſentiendum,& ſi illud non dixit in materia aſſenſus , quæ eſt ſtrictiſsimi iuris,vt infrà vnà cum Iſern. dicemus, cenſebitur omiſſum, argum. l.quicquid aſtringendæ. ff. de verborum oblig. His tamen non obſtantibus prædictus dominus Pamph. tenet contrarium: quia dicere, vt in futurum poſsit alienare ſi rex vult, ſatis hoc erat expreſſum in l. iſta, in l.j. de prohi. feu. alienatio. per Lothar. & in conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ. Vnde, vt verba aliquid operẽtur arg.l.ſi quando.ff.de lega.j.oportet dicere, vt ſe obligauerit conſentire, ſi ex iuſta cauſa illud recuſare nequit: ſicut ex diuerſo videmus, quando fit ſubinfeudatio,& fit pactum vt nõ poſsit alienari, vt hoc pactũ aliquid operetur, debeat intelligi, vt nec in caſu permiſſo alienari poſsit, ſecũdũ Innoc. in c. Rainaldus. de teſta. & Archid. in c. ij. de rebus eccl.nõ alie. in vj. ita quidem, vt tunc ſubinfeudare

Subinfeudare non licet, quando datū est feudum ut alienari non possit.

non possit, secundum Bal. in c. j. §. præterea. de cap. Corra. pro quo etiá multa Ciuilia & Canonica adducunt, quæ non refero, ne materiam l. si quando. transplantare videar. Sed quid opus est disputare in feudis, vt verba attendantur, vbi nil aliud nisi verba ponderamus: c. j. de duobus fratr? Nónne in c. j. de feud. non hab. prop. nat. feu. & in c. feudum ea lege. si de feud. fuer. controuer. illud videmus, vt propter illa verba, & quibus dederis. vt aliquid operentur, concedi vt feudum alienetur sub natura burgensatica, vt latiùs suprà vidistis: quod plus est, q̃ dominum ad assentiendum compellere? Nónne in c. j. an agna. in ij. oppo sit. in cap. filiorum. latè probauimus, quòd licet vnusquisque capiens feudum censeatur capere pro se & hæredibus, cap. j. de duobus fratrib. & simpliciter capiendo non est hæreditarium, sed si expressè cepit pro hæredibus, vt illud verbum aliquid operetur, censetur data natura ipsi feudo, vt sit hæreditariũ, secundum Isern. in c. j. §. huius autem generis. in quibus ca. feu. amit. arg. l. nonnunquam. ff. de cõdit. & demonstr. Nónne Ias. & cæteri in l. j. C. de sacrosan. eccle. dicũt, quòd illa

illa verba generalia, vnuſquiſque, etc. ſi proferuntur à lege, reſtringuntur ad habiles: ſed ſi exprimuntur ab homine, cõprehendunt inhabiles? Hoc ergo pactum ita expreſſum, inducit vt compellatur rex ita conſentire, ſecundum præallegatum Doctorem: cuius dicta nihilo diminuto Loffred. ſequitur, & eiuſdem opinionis etiã fuerunt Capic. & Afflict. hîc, quorum opinionem in hoc ſequimur & nos, ſi dominus requiratur. Verùm quia non reſpõdet cõtrarijs vti decet, provt in d.§.donare. videre poteris: reſponde tu, non obſtare gloſſ. in cap. ſi pro te. & in l. ſi quis arbitratu. quia non tenet conſequentia, non poteſt compelli tertius conſentire, vel arbitrari, ergo nequaquã poteſt compelli directus dominus qui promiſit aſſentire: quia compellitur, &, ſi non conſentiret, haberetur aſſenſus pro præſtito: eſt enim conditio proteſtatiua, quam adimplere cogitur, vel pro adimpleta reputatur, vt in ſequẽti capite dicam. Per quæ omnia contraria ceſſant, quia etſi aſſenſus ſit ſtricti iuris, omne tamen quod non dixit reſpectu expreſsi verbi, relinquitur interpretationi iuris communis, arg. l. quãquam. ff. de ritu nupt. Quo ad tertium caput, ſi non vult con-

Aſſenſus tenetur pro præſtito, ſi rex qui cõſentire debet, nolit cõſentire.

sentire, dicũt prædicti Doctores, vt siue iste assensus consideratur respectu formæ, vt actus valeat: siue pro interesse ipsius directi domini, si tamen dominus est requisitus, & non aliter, vtroque casu habeatur pro præstito: mouentur authoritate l. si cùm dotem. §. eo autẽ tempore. vbi per Bar. & alios cumulatos in l. ij. §. voluntate. & l. dotis. eod. tit. ff. solut. matr. ita quidem vt dominus vel teneatur consentire, vel habebitur pro cõsentiente, quando iustam causam contradicendi non habuit, secundum glo. lxv. distin. c. j. & c. iij. & Archid. in c. episcopum. vj. disti. & Doct. omnes in d. §. eo autẽ tempore. In quo aduerte tu, an iusta causa contradicẽdi sit, quãdo tempore concessionis habebat filios, non autem tempore alienationis: de quo dicam infrà in materia extensionis, q. v. Nã inhonestè faceret rex, assensum tũc denegare, secundum Anto. de Alex. in quadam sua Apostilla, in const. cõstitutionẽ diuæ memoriæ. & Capic. hîc, qui allegat cons. Alex. lvij. quos etiam & in hoc sequor. Nam dum promisit consentire, promisit obstaculum suum tollere, vt j. in quæstione in materia extensionis dicam: quod si nõ facit, iudicatur factum, d. §. eo autem tempore. Non quidem

dem inutile esset, & hoc aliud quærere, Quid si nõ rex, sed Baro talia cum assensu Regis promisit, & postea consentire recusat, an solus rex possit consentire? quod tangit Afflict. in constit. constitutionem diuæ memoriæ. sed quia aptiùs articulus iste discutietur in illo articulo, si requiritur assensus vtriusque, ibidem cum Isern. dicemus. Quo verò ad quartum, si potest post mortem præstari, quia isti eximij viri non ponderarũt verba Isern. infrà in additione, quando quęrit, si in feudo hęreditario potest dominus in præiudiciũ hæredis post mortem defuncti cõsentire? ibi amplissimè dicemus. ¶ Explanatis sex ampliationibus ad text. istum, alias sex limitationes idem Capicius in medium producit, Quarũ prima est, vt pater possit disponere de feudo sine assensu exhęredãdo filium? quę quidem limitatio in hoc loco non est examinanda: vide quæ dixi in c. j. an agna. in prima oppos. & in c. j. de succes. feud. Secunda verò hæc est, vt possit totum feudum relinquere loco legitimæ, ità vt retinendo feudum non conqueratur, si nihil de burgensaticis habet? & de hoc ibidẽ dixi. Tertia, vt valeat alienatio in proximè successurũ sine assensu? de qua nos dicemus.

Limitationes ad text.

Pater an possit sine assensu exhęredare filiũ

Quarta, vt feuda veniunt in petitione hæreditatis? & de hac in d.c.j. an agna. & in c.j. de succeſſ. feud. diſputauimus. Quinta, vt text. iſte non habeat locum in feudo Franco: & de hoc etiam dicemus. Sexta & vltima, ſi ſtatuto cauere tur quem poſſe teſtari de feudo, vt virtute ſtatuti teſtetur: de quo etiam dicemus. Iſtarum ergo ſex limitationum tres omittam, & tres examinabo. ¶Pro expeditione igitur tertiæ limitationis duo in primis proponam: alterum nimirum, an liceat refutare feudum in immediatè ſucceſſuro ſine aſſenſu: alterũ, an licet ſic teſtari, vt ex ſuo teſtamento vires capiat legatum? ¶Et quo ad primum, limito legem hanc non habere locũ in refutatione feudi, quæ fit in immediatè ſucceſſurum: text. eſt in c.j. de alien. feud. pat. in princip. & in §. & ſi libellum. & hoc quidem rectè, ſecundum Iſern. in conſt. conſtitutionem diuę memoriæ. & in d.§. & ſi libellum. quia in l. iſta, & in l.j. de prohib. feud. alien. per Lotharium. eſt inhibita alienatio feudi: ſed qui refutat, non dicitur alienare, ſed magis iura ſua reſtringere, iuxta ter minos l. certa. §. ſi totus. ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. quo fit, vt retrocedendo & reſtringendo iura ſua, proximus agnatus,

Refutare in immediatè ſucceſſurum.

Refutãs magis dicitur iura ſua reſtringere, quàm alienare.

tus, qui immediatè erat succeſſurus, iure proprio capiat feudum: vt in c. j. de eo qui fin. fec. agna. & §. ſed & res. per quos fiat inueſt. ita Bald. in v. col. de alien. feud. c. j. vbi latè hoc diſputat, & Felin. in c. quæ in eccleſiarũ. col. xxxvij. Extra. de conſt. cæteriq́ue ſcribentes in d. c. j. de eo qui fi. fec. agna. & in d. §. & ſi libellum. Quæ omnia intelligamus, quando per contractum refutatio ipſa fieret, non autem per teſtamẽtum, vt ſuprà in articulo de diuiſione feudi facienda per patrem dixi. Rurſum vt immediatus ſucceſſor ſit immediatus tempore quo fit actus, ita in ſimili dicit Napudan. in conſuetu. ſi qua moriens. in verbo, tantum. circa primam col. cui placuit, vt in diſpoſitione quæ virtute conſuetudinis fit cum filijs de decem vnam, attẽdatur tempus facti teſtamenti, & non facti caſus. Quibus ſic exiſtentibus, audacter confeſtim dicemus hodie per legem iſtam, & l. j. de prohib. feud. alien. per Lothar. non eſſe correctum §. & ſi libellum. de alie. feu. pater. vt quidam antiqui, quos refert hîc Ioã. Rainal. dicebant: nam hîc in genere eſt vetita alienatio, & in c. j. de alien. feud. pat. refutatio in ſpecie eſt permiſſa: arg. l. ſanctio legum. ff. de pœn. Vnde non

inconuenit, vt lex ista noua recipiat interpretationem in hoc à lege antiqua, legum correctionem vitantes, arg. §. tribus. in authen. quibus modis nat. effi. sui. per quæ remanet conclusio vera, vt in refutatione non requiratur assensus hominis, siue sit feudum hæreditarium, siue feudum paternũ, vt dicemus infrà in §. firmiter. post Isern. in c. j. si vasall. feud. priue. & in c. j. si vasallus culpam. si de feu. fuerit controuer. Nullus quidem recti sensus homo hoc inficias ire poterit, quandoquidem si verè alienando in extraneum vasallus priuaretur feudo ex pacto & prouidẽtia, haud quaquàm aperitur domino, sed agnato: quo fit, vt cùm hac quoq; ratione feudũ peruenturum fuisset ad agnatum immediatè successurum, fortiùs dicamus, vt talis refutatio in feudo ex pacto & prouidentia sine assensu admittatur: ita cõcludit Isern. in constit. constitutionem diuæ memoriæ. & in c. j. versic. & licet. & in §. & si libellum. in j. & ij. col. de alienat. feu. pa. Vbi in hęc alia verba prorupit, nempe vt refutatio valeat, cætera pacta non. Super quibus verbis dominus Sigismundus Loffredus in suo consilio ab eo in causa Illustriss. Marcelli Columnæ edito, quod mihi ostẽdit, & citò impri-

Refutatio valet, cætera pacta non.

imprimetur, dicit, hęc verba, cætera pacta non. posse intelligi dupliciter: primo modo, vt si qua pacta etiam conditionaliter opponerentur, reiectis illis pactis valeat refutatio: & hoc modo nō intellexit Isern. secundo modo, vt alia pacta non valeant, id est, quòd nullum pactum admittatur sine assensu præter refutationem, & sic, vt cæteri cōtractus sine assensu non valeant: & hoc secūdo modo dicit ipse Isern. loqui, ea ratione motus, quia Iser. allegat illam constitutionem, volens ostendere, reliquos contractus esse illicitos: nam si aliter tenere mus, quàm hoc secundo modo, sequeretur vnum, vt si aliqua pacta correspectiua essent apposita per modum condi tionis, pacta reijcerētur, & nihilominus valeret refutatio, alio modo quàm partes cogitauerint, vt actus operaretur aliter, quàm in intentione agentium fuerit, contra l. non omnis. ff. si certum pet. Qui quidē intellectus ratione non caret, sed quia Isern. sciuisset dicere, cæteri contractus non valent, sicut dixit, cætera pacta non, ideo hunc intellectū non prosequimur. Rectiùs igitur dici poterit, vt verba illa, cætera pacta non. debeant suppleri, id est, extranea & separata ab ipsa refutatione: quia licet

Pacta adiecta in refutatione an excludātur.

pacta conditionalia, vel correspectiua, aut alterantia, ipsam refutationem non reijciant, quin reijciatur refutatio, vt est text. in cap. profectò. de lege Corra. ij. respon. vti paulo pòst ostendam: si tamen pacta stant tanquam extranea non alterantia ipsam refutationem, valeret refutatio, & pacta non: & ita loquitur Isern. vt declarat ipsemet, pacta separata reijci, in cap. ad hæc. de pac. iura. fir. aliàs in titu. de allod. quoniam dū stant separata, totidem censentur esse stipulationes, quot sunt pacta: vt in l. quod dicitur. ff. de verborum oblig. sic enim intelligendo minimè hic sensus opinioni præcedenti aduersabitur, quia quod nos negamus, est vt pacta reijcian tur, & refutatio valeat, ne contra intentionem agentium vnum valeat sine alio: quod non est in rebus separatis re, scriptura & intentione, vt infrà apertiùs videbis. & ideo dicebat hîc Ioan. Rainal. quando fit refutatio in immediatè succesſurum, non posse fieri, nisi eo modo quo ipse habet, absque noua qualitate & alteratione: pro quo allego casum in iure feudorum in c. j. in tit. de inuest. quam Tit. acc. à Sempro. vbi licuit dare feudum in dotem, non autè facere pactum de lucrando feudum per vi-

Refutare nemo potest, nisi cum ea qualitate qua ipse feudū habet.

Dos.

virum: intelligendo illum text. quòd vxor fecerat pactum cum viro, vt succederet in feudo: aliàs esset super indubitabili cõtra l. quod Labeo. ff. de Carbo. edi. Atqui eueſtigiò me ſequens dices, ſubſiſte Camerari, vt videas ex his quæ in medium produxiſti, tum tuum, tum Loffredi ſenſum omninò eſſe excludendos: tuum, quia dicendo Iſer. ſenſiſſe cætera pacta non valere, id eſt, extranea & ſeparata, ita vt nihil poſsit fieri inter agnatos, niſi refutare, aliàs vtrumq; corruat, hoc eſſet contra tex. in §. & ſi libellum. de alie. feu. pat. vbi, etſi litera appellet libellum refutationem, quia tamen præſtatur annua penſio, provt eſt de natura illius contractus, vt declarãt Doctores in l. j. C. de iure emphy. valet, & libellus in effectu erit: quod ſi erit, dicemus alia pacta tenere: & ſic ratione pacti correſpectiui, vt refutatio non annulletur, ſed vtrumque teneat. Loffre. verò ſenſus ex ratione corrueret, quia dicendo, vt cæteri contractus non valeant, obſtat, quia videmus in c. j. §. ſed & res. per quos fiat inueſt. licere agnato immediatè ſucceſſuro vendere: ergo alij contractus extra refutationem cum immediatè ſucceſſuro valent. Ego verò præter ea, quæ in præallegato conſilio

habetur, respodebo hodie illa iura esse correcta, quo ad libellum & venditionem, quia l.hæc, & l.j.de prohib.feud. alien.per Loth. simpliciter vetant venditionē, & dare in libellum, nec distinguunt inter agnatum & extraneum: simpliciter ergo intelligatur vulgata l. de pretio.ff.de Publ. Sola igitur ac simplex refutatio toleratur, in qua omnes rationes, quarū interest domini vt cum assensu suo contrahatur, cessant, sicuti in prima lectione vidistis: nam simplex refutatio ius de nouo non causat, vt in c.j.de eo qui fin. fec.agna.& quod conceditur per hāc viam refutationis, non posset extendi ad alium modum, per quem causaretur ius de nouo, quod oriatur ex contractu feudatarij, etiam cum immediatè successuro sine assensu domini. Absit nos dicere, refutationem valere cum immediatè successuro sine assensu, vti quidam insipientes dicunt, quandoquidem si valet sine assensu hominis, non tamen valet sine assensu legis antiquæ, vt in cap. j.§.j.de alie.feu. pat. quæ quidem lex omninò seruanda est. Et cùm hodie lex noua Federici, & altera Lothar. nudam refutationem permiserint, vt vidistis, non poterunt extendi ad alios contractus, per quos

Refutatio dūtaxat hodie permissa est.

non

non dicimus fieri refutationem, sed similes esse refutationi, vt dicit text. in c. j. in princ. & in §. & si libellum. de alien. feud. pat. dum dicit, quòd esset quasi refutare. Pro quo pondero illud, quod dicit Isern. post text. in §. præterea ducatus. infrà, eadem l. nostra, vt secundùm tempora Federici, fratres non possint per hãc viam refutationis pro parte refutare feuda titulata, vel vbi viuitur iure Francorum: quia non esset simplicem refutationẽ, quam possunt facere, sed feuda diuidere, quod non possunt, & sic neutrum tenet: l. nõ codicillum. C. de testa. Et vltimò patet, quia si homo vno modo & cum vna qualitate permittit alienationem fieri, non potest illa qualitas alterari c. profectò. in secundo intellectu. de leg. Corra. ergo eodem modo, si lex noua permittit refutationẽ inter immediatè succeſſuros, refutationem illam dũtaxat & non aliud facere poterimus: quia lex & homo vadunt à pari: l. final. C. de fideicom miſſ. Nec obstat text. in c. j. §. & si libellum. de alien. feu. pat. nempe vt omnes contractus inter agnatos immediatè succeſſuros resoluantur in vim refutationis: quia hoc erat de iure antiquo, secundum quod licebat etiam & ven-

Refutari non possunt p parte feuda titulata.

dere, vt dixi: ad quod apertiùs elucidandum animaduertendum principiò est, in his alienationibus quandoque considerari præiudicium agnatorum qui successuri sunt in feudo, quandoque verò præiudicium domini: & cùm citatur in aliqua quæstione tex. in c. j. de alien. feud. pater. in princ. & in §. & si libellum. & in §. sed & res. per quos fi. inuest. confestim consideremus mini mè iura illa loqui de præiudicio domini, de quo quærimus nos: sed de præiudicio agnatorum, vt patet in iuribus illis, præsertim in cap. j. de alien. feu. pat. in princip. vbi interuenit assensus domini, & illum posthabendũ esse inquit, ita quidem vt id quod dicimus de agnatis, minimè extendatur ad dominum: vt si valet in præiudicium agnatorum, valeat quoque in præiudicium domini, cuius causa per ius nouissimũ in l. ista, & in l. j. de prohib. feu. alien. per Lotha. omne commercium est interdictum, & sola refutatio permissa. Et ratio est in promptu, quia, vt sæpè paulo antè dixi, in agnatis interesse eorum, est ratione damni: domini autem primò interest ratione damni, vt in l. ista, & in l. j. de prohib. feud. alien. per Lothar. secundò ratione voluntatis, ne alium habeat in va-

Interesse agnatorum aliter cõsideratur, quàm interesse domini, in alienatione feudorum.

vasallum quem nolit: vt in c.j. de duobus fratr. vt dicit Isern hîc: & tertiò, vt feudum non transferatur alio modo, q̃ ipse elegit, nedum inter extraneos, vt in c. profectò. de leg. Corra. & in §. ex eadem. de leg. Corra. eodem tit. sed nec inter agnatos, vt patet in §. præterea ducatus. infrà eo. c. nostro, vbi non admittitur diuisio feudi titulati, & vbi viuitur iure Francorum, etiam inter agnatos, ne alio modo agnati feuda habeant quàm dominus elegit. Non ergo licet arguere ab illis iuribus de prę̃iudicio agnatorum, in quibus attenditur tã tùm, an eorum interfit respectu damni ad dominum, qui offenditur propter formam contractus, qui celebratur sine suo consensu, & statim ipso iure est nullus. Tunc enim deficit in forma & substantia ipsius contractus, vt hîc, quod quidẽ si cõsideratur respectu domini, vt contractus non valeat, nõ est considerabile in agnatis, in quib. nõ consideratur forma & essentia cõtractus, sed eorum particulare interesse duntaxat, propter quod de iure antiquo refutatio etiam in via venditionis, vel dationis in libellum permittebatur: d. c. j. de alien. feud. pat. Dixerim hæc omnia, vt intelligas non aliter esse loquutum Andream de

Cur de iure antiquo omnis cõtractus in uim refutationis resolubatur.

Isern. in loco citato, nisi considerato interesse cognatorum, iuxta terminos illius text. super quo suam doctrinam posuit, non autem considerando interesse domini, vt hic. Et hoc quidem recte: quia si de iure antiquo omnis contractus resoluebatur in vim quasi refutationis, vt in c. j. §. & si libellum. ea ratione erat, quia dum tractatur de præiudicio contrahentium, si quod ago, non valet vt ago, valet vt valere potest, non tamen in præiudicium tertij, & sic domini: vt notatur in l. si quis ante. ff. de acqui. pos. Patet etiam hoc, quia videmus omnes feudatarios subinfeudare posse lege permittente, vt ¶. in §. callidis. & tamen cùm vendunt, non resoluitur contractus venditionis in vim subinfeudationis, vt q vẽdit agnato, dicatur refutasse. Confirmatur hoc authoritate Ioan. Rain. quem sequitur Curt. in suo tractatu, & Iac. de S. Georgio in verbo, etiam quòd dicti vasalli. qui citant ita tenuisse Petr. de Bellapert. in l. iij. ff. de seruit. & Iacob. de Ardiz. in tit. de act. in rem: obseruauit namq; Ioan. Rainaldi, qñ aperitur feudum, illud à domino capi absque vllo onere: c. j. §. & si clientulus. in fine, de alien. feud. pater. & tamen si vasallus donat feudum domino (quod

Onera transeunt in dominũ, si feudum à vasallo ipsi domino donatur.

potest

poteſt : quia cum eo omnis contractus admittitur, c.j.Extra.de feu.& l.ex qua perſona.ff.de reg.iur.) dñm tunc teneri ad onera, nec reſolui in vim refutationis : quia noluit refutare, ſed alienare. Quod ſi ita eſt, cur idem nō dicemus in caſu noſtro? Etenim ſi agnatus, qui nolebat refutare, ſed vendere, habuiſſet aſſenſum, contractus remanſiſſet in finibus venditionis: ergo eodem modo lege cōſentiente valebit, vt vēditio, quando vendidit domino : vt enim ex noua cauſa habet feudum in caſu præcedenti, ita ex noua cauſa agnatus habeat feudum ex hoc contractu: rationem diuerſitatis huius non video: conſtāt planè noluiſſe refutare ſimpliciter, quod poterant: ſed vendere, vel dare in libellum, quę à iure ſunt prohibita: neutrum igitur valet, argu.l.codicillum.C.de teſta. Dicemus fortaſſe, quando repugnat conſenſus, vel mēs, vt quod ago, ſi non valet vt ago, valet vt valere poteſt? ſanè non, ſi Bart. credimus, in d.l.ſi quis ante.ff. de acquiren.poſſ. & l.j.§. ſi quis ita.col.iij.ff.de verborum obliga. quem communiter ſequuntur omnes. Non quidem aliter hoc nouo iure inſpecto iudicare auderē, præſertim propter authoritatē Ioā. Rain. hîc, cui placuit, iurę

Refutatio nuda hodie admittitur.

isto nouissimo inspecto, nihil præter refutationem admitti: obseruate quæso verba Ioan. Rainal. cùm subiũgit, adeo isthæc considerãda esse, vt si quo modo nisi eo modo quo refutãs habet, sine vlla noua qualitate alienaret, nec ipsam refutationẽ esse admittendã. Sed dicet ingeniosus scholaris, bona venia Camerari magister noster, tibi ipsi contrarius es. Dixisti namque dudum text. in c. j. in prin. & §. si libellum. de alienat. feud. pat. §. & res. per quos fiat inuestit. & id genus similia de prẽiudicio agnatorũ loqui, non autem respectu domini: nũc verò cõcludis solam refutationem per textum in c. primo, de alienat. feu. pat. à Federico esse permissam in præiudicium domini, quod omnino præcedentibus repugnat, vt lex ista, quæ loquitur de præiudicio domini, interpretationẽ à c. primo, de alien. feud. pat. recipiat, quod loquitur in præiudicium agnatorum. Ego verò respõdebo, legem hanc omnem venditionem omnemq; libellum excluisse, de refutatione verò nihil dixisse: & cùm in c. illo perspicuè pateat fieri posse, rectè Ioann. Rainaldi dixisse, vt refutatio hodie non sit prohibita: quia si leges illę loquuntur in agnatis, ratio legum militat etiam in domino,

no, vt omni cessante interesse cesset & lex: argum. vulgatæ l. adigere. ff. de iure patron. Hæc autem cùm ita se habeãt, dicam adhuc, vt quandocunq; verè vel præsumptiuè constaret noluisse ex anti qua causa capere, sed de nouo ius transferre super re, sine assensu hominis illud fieri non posse. Atque hinc aliam emergere decisionem, nempe vt constito, quòd vasallus volebat feudum dare directo domino, vt sibi aperiretur tunc, quod poterat, Rex autem iussit, vt det illud agnato suo, eam ob causam agnatum teneri ad onera donantis: quia ex nouo iure causato à dante hoc feudum voluit rex vt ad illum peruenireret, vt in c. j. de vasall. decrep. ætat. provt in domino suprà concluſi, vt minimè etiam ipse ex antiqua causa habeat: quod nota, præsertim pro feudis ex pacto & pro uidẽtia: bene tamen puto verum, quòd si dominus non assentiat venditioni, sed refutationi simplici, quam poterat facere sine assensu dñi, vt tunc non causetur ius de nouo: quia qñ prouisio hominis non prouidet pinguiùs, nõ facit cessare prouisionem legis, vt notatur in l. final. C. de pac. conuen. ex quibus & hoc aliud determinari poterit, si contingat fieri legatum feudi immediatè suc-

Onera feudata rij.

Assensus hominis nõ facit cessare assensum legis, quãdo homo pinguis non succurrit.

Legatum factũ immediatè successuro nil obest, quin agnatus ex prima cõcessione feudũ capiat.

cessuro sine assensu, vt illud minimè tũc capiat occasione legati, sed ex prima concessione, vt in ca. j. de succeſſ. feud. vbi dixi: sic.n. sentire debemus, reproba ta gloſſ. in constit. hac edictali. la ij. vbi in specie hoc tenuit Isern. Nec obstant cumulata per Afflictum ibi, & in decisio. cxix. per quæ nititur probare, proui sionem hominis posse concurrere cum dispositione legis: quia hoc verum esset in domino, qui posset, si expresè vellet, pinguiùs succurrere, & habet plenam potestatem faciendi actum validum in sua forma: qua cessante, actus hominis non concurrit cum dispositio ne legis. ¶ Ex quibus alia quoque prouenit conclusio, vt patre refutante feudum filio suo, reseruato vsufructu, vtrũque sine assensu corruat. Ita concludit dominus Loffred. in suo consilio iij. super quo parum laborandum esset, quoniam in regno adest pragmatica Cæsareæ Maiestatis, quæ vult vt nedum non amittantur tales alienationes sine assensu, verùm etiam vt minimè præstetur assensus cum ista reseruatione vsusfructus. In regno tamen Siciliæ indistinctè possit fieri per capitulum quod incipit, eorum fraudibus. Nam licet dominus Loffred. velit ibi

Pater si refutat feudum filio, reseruato usufructu, utrumque corruit.

inter-

interuenisse assensum, eam ob causam huic opinioni subscribere non possum: quia tunc capitulum illud concessum esset super re indubitabili cõtra legem, quod Labeo. ff. de Carbo. edict. neque obstat id, quod ipse ponderat, vt verba legis debeant intelligi de actu valido & perfecto, vt in l. j. §. hæc autem. ff. quod quisque iur. quia satis actus est validus, si lex assentit, vt suprà toties dixi. Verùm quia ante has Cæsareas pragmaticas multi contractus celebrati sunt in regno, quæ in futurum iuxta illud tempus iudicari debent, haudquaquam absonum esse censeo, vt aliqua scribamus, quæ futuris negotijs formam dare possint. Et primò, in quantum dominus Loffred. laborauit ostendere, vsumfructum esse partem rei, iuxta tradita in l. qui vsumfructum. ff. de verborum obligatio. huic doctrinæ suæ videtur obstare doctrina Isern. hîc, col. iij. in qua concludit, vt dato assensu per hominem quòd possit vendi feudum, virtute eiusdem assensus possit vẽdi pars, quia in toto continetur pars, l. si quis cùm totum. ff. de except. rei iudica. Vnde si iste, qui poterat refutare totum, vult refutare partem, retenta sibi alia parte, hoc est, vsufructu, vt ipse firmat,

Verba legis debẽt intelligi de actu uero et perfecto.

Alienare partẽ in casu permisso nemo potest, non retẽta qualitate prima.

videtur prima facie hoc sibi licere. Tu autem respondè, verum hoc esse, quando eodem modo venderet partē, prò vt ipse habet: sic enim intelligitur doctrina Isern. vt in cap. ex eadem. de lege Corradi. si verò vellet aliter vendere, quàm ipse habet, & non haberet assensum à domino super ista alteratione, hoc non posset facere, per textum in §. profectò. de lege Corradi. Pro quo est doctrina satis aperta eiusdem Isern. infrà col. iij. dum respondet ad text. in l. seruitutes. §. si seruitus stillicidij. ff. de seruitu. vrban. prædior. vt ideo leuiùs vti possit, quia eadem seruitute vtitur, & idem facit, quasi secus sit si aliud faceret, vt etiam tenuit Ioan. Rainal. hîc. Cumque hoc casu non sit alienare, vti ipse habet, quia non alienat totum, vel partem, rem à se abdicando, sed magis in eadē re simul & semel vult vni dare vsumfructū, & alteri inutile dominiū, hoc eam ob rem facere nō potest, quia etsi non interfit domini habere plures vasallos, quinimmo sibi sit vtile, tamen interest sua, illos non habere per diuisionem feudi alio modo quàm ipse elegit, vt in §. præterea ducatus. infrà eadē lege nostra dicam. Afferam insuper ad corroborationem dicti Consilij, quia

Vasallos plures habere, an utile sit.

semper

semper in feudis in materia alienationis vtile per inutile vitiatur: quod proba authoritate Bar. & aliorum quos refert Iason in l. j. §. sed si mihi. in iij. col. ff. de verb. oblig. vbi volunt idcirco in l. sancimus. & in l. si quis argentum. & in l. penult. C. de donatio. non annullari donationem infra quingentos aureos: si fit vltra quingẽtos, quia lex vetuit tantum actũ donationis sine insinuatione, & in l. Grẽcè. §. illud. ff. de fideiuss. in fideiussore autẽ qui se obligat vltra principalẽ, vt non valeat nec in eo in quo se obligauit principalis, quia lex nedum vetuit actum, sed processit vltrà annullando actum. Sed sic est, quòd in feudis prohibetur, ne actus fiat: item & secundò annullatur quod factum est, & tertiò puniuntur facientes, quod est plus. ergo semper vtile per inutile vitiabitur. Hic rectus intellectus est à Doctoribus alio in loco traditus, §. profectò. de leg. Corra. in secundo intellectu, quem tenuit Iacob. de Ardiz. in titu. eod. pact. feud. in feud. dari debe. char. vij. col. prima: vbi allegat text. in l. diuus. ff. de iure patro. Barto. in authen. qui rem. C. de sacrosan. eccl. & fuit de mente Bald. in l. etiam. ff. solu. matrimo. licet in l. si pupillorum. §. si obligauerit. in fi. ff. de reb.

Vtile per inutile in feudis perpetuò vitiatur.

Intellectus §. profectò. de l. Corra.

eor. & in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccle. col. ij. qui citat etiam Innocen. quòd in cap. fina. Extra. de feud. col. xiiij. videatur aliter velle. Videtur tamen his obstare, quia Isern. allegat illum textum in §. profectò. in cap. j. §. de manso. in versic. item nota. de contr. inuestit. vt eodem iure stet penes concessionarium, quo stat penes concedentem: sed dic, Isern. intellexisse secũdum dictum intellectum: quod ea ratione patet, quia postea loquitur de subinfeudatione, inter quæ ipse facit differentiam. Videtur quoque obstare, quia idẽ Isern. in c. j. §. & olim. col. j. dum allegat d. §. profectò. videtur sequi vltimum intellectum. Tamen pondera tu, dum non minùs posset intelligi de secundo, quàm de tertio, cùm dubitamus quid senserit, debere nos stare doctrinæ eiusdem Iser. in d. §. profectò. vbi tenuit secundum intellectum: cui subscripsit Aluar. in d. §. profectò. Nec te moueat ratio l. qui filium. in §. Sabinus. ff. ad Trebellianum. dum vult vltimam opinionem esse veram: quia Obertus hunc seruauit morem, vt semper opiniones reprobatas ponat in fine, vt fecit in c. j. de eo quod sibi & hæred. suis. & in c. j. §. similiter. de capit. Corra. Et alia ratione incon-

Vltima opinio, quæ semper in iure præfertur, perpetuò in feudis censetur esse reprobata.

incõuincibili intellectus d. §. profectò. in secundo responso debet teneri: quia qualitates, quæ addũtur de iure Ciuili, separabiles à facto, non alterant naturã rei: & sic dicimus, vt submota illa qualitate vtile per inutile non vitietur, quẽadmodum obseruauit Imol. in d. c. fin. Extr. de feu. in quo eam ob causam decipitur in feudis, quia in feudis qualitas addita mutat & alterat ipsum feudũ in qualitate illa, vt in c. j. de feu. nõ hab. propr. nat. feud. & si submoueretur illa qualitas, non esset amplius illud feudũ, secundum cumulatos in decis. cxij. & decis. cxlviij. quos in c. j. de vas. decrep. æt. & in c. j. de eo qui fi. fec. agn. & in c. j. de feu. non hab. prop. nat. feu. omnes sequũtur. Videre tamen vos Ioan. Crot. in repét. l. re coniuncti. in vlt. char. ff. de leg. iij. & consil. j. Bolg. vbi plura super hoc dicit, & videre ad materiam post Bal. in d. c. j. de vasal. decrep. æt, quæ dixit Dec. cõs. lxxviij. vbi voluit has qualitates nõ immutare qualitatem feudi in prẹiudiciũ tertij. Sic enim iudicandum est, tametsi sæpè Iser. arguendo dixerit, vtile per inutile non vitiari: provt fuit in cap. nostro, §. præterea. col. ij. circa medium: quia Isern. loquitur, quando actum permissum fecerunt, & remanet

Qualitas addita in feudis, immutat naturam feudi.

diuisio in specie diuisionis perfecta, ita vt separari possit, quod non negamus. At nos quærimus, quando vellet transire in speciem nouam mixtã, disponendo de toto, vel aliud facere, aut illud cũ qualitate aliqua non permissa facere, vt tunc neutrum teneat, arg. l. non codicillum. C. de testam. Quoniam si addita qualitate, vt præmisi, aliud est, hoc aliud sine assensu domini in eius contemptum facere curauerunt, & ideo totum ex tali contemptu amittunt, secundum Isern. in cap. j. si vasall. contra constit. Lotharij. & in c. si vasallus culpam. si de feu. fue. cont. vel in regno, per constitut. constitutionem diuæ memoriæ. totum reuocant: quia non dicitur tunc excessisse in parte, vt perderet partẽ, sed in toto, vt perdat totum, maximè ratione contractus, vt in totum sit nullus. Faciunt pro hoc dicta in c. j. de alien. feud. in princip. vbi clara voce tenent, quòd licet sint opiniones, si perdit partẽ vel totum, tamẽ habito respectu ad contractum, dicunt esse nullum in totum: & ratio omnium prędictorum, cui respondeti non potest, est, quia dum cogitauerunt hoc totum facere, certum est in indiuiduis semper vtile per inutile vitiari, vt concludit Barto. in d. l. Grecè. §. illud

Nullus est contractus in totũ, etiã quãdo pro parte quis priuatur.

illud. col. j. ff. de fideiuſſ. quem omnes ſequũtur: etenim inter quatuor ſpecies indiuiduorum, vti dicit Barto. etſi quędam ſint naturâ diuidua, poſſunt tamẽ ex intentione retenta in mente contrahentium conſiderari vt indiuidua, ita vt nolint contrahentes vnum fieri ſine alio, vt præſumi poteſt ex eorum mente, in terminis l. Pedius. ff. de arbit. quo fit, vt quanquam refutatio ſtet per ſe, & reſeruatio per ſe, quia tamen ex mente videmus, minimè illum refutare voluiſſe ſine illa reſeruatione vſusfructus, hac ratione ſtabunt vt indiuidua, proindéque vtile per inutile vitiatur: hãc enim rationem, me audito, idem dominus Loffred. in ſuo conſilio addidit. Nec cũ res de argumentis, quæ ſuper hac brocardica propoſitione adduci poſſent: quia in illis, aut non intereſt vt vnum ſine alio transferatur, vel actus non peccat in forma, ex qua contractus reddatur nullus: his enim duobus reſponſis omnia argumenta ſoluere poteris. Hæc autem cùm ita ſe habeant, hoc tandem concludamus, vt ſiue pacta ſint conditionalia, ſiue correſpectiua alterantia ipſam refutationem, his modis & refutationem & pacta corruere. Sed ſi ſeparata ſunt, vel ſeparari poſſunt,

vtile per inutile non vitiatur. Atqui dices, reseruatio pensionis in §. & si libellum. valet, item præstatio seruitij in §. sed & res. per quos fiat inuest. & in cap. Titius. si de feud. fuer. controuer. valet; ergo reseruatio vsusfructus in vim pacti super fructibus valere deberet. Huic argumẽto respondet Loffred. aliud esse reseruare vsumfructum, qui pars rei dicitur, quàm pensionem, vel pecuniam, quæ separata sunt à feudo, & burgensatica. Quod mihi ea ratione non placet, quia sequeretur, quòd omne pactum extra feudum admitteretur cõtra legem istam, & constit. constitutionem diuæ memoriæ. quę omnia prohibent. Secundò, quia illa pacta nedum obligant feudatarium, sed feudum: quo casu, alio non adimplente id quod promisit, feudũ retineretur, l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & pensio peteretur, si iret ad alienas manus à quocunque, vt notatur in l. j. ff. si ager vectigal. pet. Et tertiò, quia confunderentur verba Iser. cætera pacta non: ex quo cætera pacta valerent, postquam præstetur pensio & pretium. Quare dicebam ei, etiamsi teneremus iura antiqua non esse correcta, provt correcta esse suprà firmaui, adhuc responderi posse, idcirco reseruatio-

Refutatio valet, cætera pacta non.

uationem pensionis valere, quia cætera pacta valent cum assensu legis: nos autem dicimus cætera pacta non valere sine assensu hominis, vel legis, quia si lex consensit in vno, vel duobus casibus, non extenditur ad alium, l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr. vt infrà in materia extẽsionis dicemus. Hinc certè prouenit, vt etsi in præstatione pretij, vel in pensione lex feudalis consentiat inter agnatos obligando feudum, vt præmisi, minimè propterea dicamus, eandem legem feudalem consensisse in reseruatione vsusfructus: quod est quid diuersum, d. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matri. tum maximè, cùm in vsufructu diuersa sit ratio, eo quòd ex modica præstatione quæ fit in libello, & ex præstatione pretij quæ fit in venditione, non impeditur seruitiũ domini, sicut esset ex reseruatione vsusfructus: quia licet fructus primo loco stent pro seruitio dñi, vt suprà in quæstione fructuum declaraui, non minùs tamẽ stant pro feudatario, qui tenet feudum, cuius fidelitatem dominus elegit, & illam petere potest, vt infrà eodem capitulo nostro, §. illud. vbi dicemus. Animaduertite rogo omnia, quæ suprà permittimus, intelligẽda esse cum agnato im-

Refutatio non fit nisi agnato, qui immediatè erat successurus, uel remotiori cũ eius assensu, cum assensu quoq; domini.

mediatè succeſſuro, vti paulo antè dixi, ne propter prolixitatem huius doctrinæ illud memoria veſtra éxcidat : qui agnatus quis ſit, vide in repetitione noſtra in c.j.de ſucceſſ.feud. & in c.j.de natu.ſucce.feu. Etenim ſi eſſet alter agnatus in medio, hoc fieri non poſſet: text. eſt in c.j.de alie.feu.pater. ibi, niſi conſentientibus illis, ad quos quandoque feudum recaſurum ſit. & ibi per Doctores, & in c.j. de eo qui fin. fec. agnat. ita Bald.in c.j. §.hoc quoq;. in penult. col. verſic.vij.concluſio. de ſucceſ.feud.pro quo faciunt notata in l.filiusfamiliâs.§. diui.ff. de leg. j.& in l. poſt mortem.C. de fideiuſ.& in l.cùm pater.§.ad filiam. ff.de leg. ij. & Feli.in c.quæ in eccleſiarum.col.xxxvij.Extra.de conſtit.Iſthęc memoriæ commendate, quia lectio repetita non nocet. Nec illud vos latêre volo, dum ipſi dicunt, quòd in vita valet, & dominũ non reuocare in Regno, quia ſua non intereſt : in hoc eos ſatis eam ob cauſam erraſſe, quia illud erat de lege antiqua, vbi tractabatur de ſolo præiudicio agnatorum, ſed ſecundum tempora hodierna, dum volunt refutare vlteriori agnato lege prohibente, vt ſuprà dixi, ſtatim feudum perditur, & ad agnatos proximiores, ſi non hęreditaria

taria sunt, vadunt: hæreditaria verò ad dñm, iuxta notata p Iser. in c. si vasallus culpã. ſi de feu. fue. contr. in c. j. ſi vaſal. feu. pri. in c. j. verſ. & olim. de ſucc. feud. & in §. firmiter. j. eo. c. noſtro, vti dicemus. Ita dixit Iſer. in d. §. & ſi libellum. col. ij. in prin. & Bal. in c. inter dilectos. col. iij. Extra. de fide inſtrum. Quinimmo & hoc aliud, quod plus eſt, addam, vt licet de iure antiquo taciturnitas vnius anni induceret conſenſum agnati, vt in c. Titius. ſi de feu. fuer. contr. quia hodie ſtatim feudum aperitur, ſi non reuocaret vaſallus, reuocaret dominus, iuxta tradita per glo. & Iſer. in conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ. tunc enim tacitus cõſenſus ſuperueniens, quia res non eſt integra, non iuuaret, ſicut potuiſſent antea facere, quia retrotractio impediretur ex traditis per Bar. & Docto. in l. ſi quis pro emptore. ff. de vſuca. & ita intellige doctrinam Bal. in vl. col. de vaſ. qui contra conſt. Loth. Imol. & Ioan. de Liaz. in Clemen. ij. in fine, de iure patro. quos citat Fel. in d. col. xxxvij. verſi. ſeptima declaratio. Et vltimò ſcias quibuſdam placuiſſe, hanc refutationem, quæ poteſt fieri immediatè ſuceſſuro ſine aſſenſu domini, non poſſe fieri vlteriori agnato etiam cum cõſen-

Reuocatur alienatio facta ſine aſſenſu ſtatim, non expectato anno intra quẽ agnatus poſſet conſentire.

ſu citerioris agnati ſine aſſenſu domini: ad quod ponderabant tex.in ca.j.de alie.feu. pat. vbi, quando fit vlteriori agnato, interuenit conſenſus domini & agnati citerioris: ergo vtriuſq; conſenſus interuenire debet, vt notat Iſer.in d. §.& ſi libellum. col.ij. verſic.ſi autē conſenſu domini, etc. Super quo nō loquar hîc, ſed dicam infrà in illo articulo, an requiratur aſſenſus domini cum cōſenſu agnati? Ex quibus hæc alia & pulchra emergit deciſio, quippe vt tametſi vaſallus poſsit refutare feudū domino, c.j.Extra.de feud.& c.j.de alien.feud.§. fina.ſi tamen parificamus, vt ita loquar, in hoc dominum & agnatos, vt facit Felin.in c.quæ in eccleſiarū. Extra.de conſtit.col.fin. tunc ſicut non licet refutare agnato vlteriori, vt in c.j.de alien.feud. pat. ita nec etiam licebit refutare agnato domini vlteriori, qui dominiū directum non tenebat tunc, ſecundum Bal. in l.voluntas. C.de fideicommiſſ.in penult. col. Nec etiam refutabit capitulo quod tenet ab epiſcopo, ſecundum cumulata per Felin.in d.c. quæ in eccleſiarum. ſuper quo, quia caſus in facto præteritis temporibus occurrit,& hinc inde à patronis cauſarum diuerſa allegabantur, quæ ſecundum vniuſcuiuſq; opi-

Refutatio fieri non poteſt domino, qui tūc dominus non eſt, ſed in futurum eſſe poterit.

Refutatio non fiet capitulo.

opinionem ab Afflict.in hoc ca.q.xx.& à Loffred.in consi.xvij.recitantur, & aliqualiter etiam à Capic. ne eadem recitare cogar, etiam cùm casus dubiũ non habeat, eisdem me remitto. Nam si ea ratione mouentur, vt ideo refutemus agnato, quia refutamus immediatè succeſſuro, vt in c. j.de alie. feu.pat.& non refutamus agnato agnati remotiori, vt in ſpecie idem ſtatutum eſt in d. ca.j.de alie.feud. pat. itidem non refutabimus agnato domini remotiori, ſi poſſumus refutare domino immediato : nam & inter dominos datur gradus , vt vnus præcedat alium, vt in §.illud. ĩ. eodem c.noſtro, in quo nõ poſſunt etiam cum aſſenſu vaſalli adinuicem ſemetipſis præiudicare,vt patet de vaſallo refutante vni ex plurimis dominis: quod facere non poteſt, ſecundum Bal.hîc,quem ſequuntur Aluar. & alij , quia ſicut non decet vaſallum habere plures dominos pro vno feudo, vt infrà in §. præterea. eod.cap.noſtro, pariformiter non licet vaſallo habenti plures dominos ex facto ſuo vnum ex eis in præiudicium aliorum alio ordine , & pro alia parte, quàm vocati ſint,eligere: vt ibidẽ dicemus. Quamobrem licet dominus ſemper dicatur immediatus ſucceſſor, quia

Refutatio facta uni ex dominis, quando plures ſunt,non valet.

Refutatio non poteſt fieri domino,quando is qui refutat habet filios.

tamē non ſuccedit ipſe, donec ſunt filij, c.j. apud quē vel quos. & c.j.§. & ſi clien tulus. de alien. feud. qui tenet feudum, & habet filios, non refutabit domino, ſecundum Iſern. hîc: cum quo dicemus in illo articulo, ſi requiritur aſſenſus vtriuſque. Ecce iam præterijt hora xxij, & cœpimus hora xx: nec vos, nec ego tempus intuiti ſumus, vt vna lectioñe quæſtio hæc explicaretur: ite in pace, & his additis in veſtris libris hilariter cœnate: longum quidem, non tamen inutilem ſermonem habuimus. ¶ Limitat quoque Capic. textum noſtrum non habere locū in feudo Fráco, quia illud feudum ſine aſſenſu alienari poteſt, ſecundum Bal. in prælu. feudorum in viij. diuiſione, col. xij. Iaſo. in prelud. in viij. diuiſ. Bald. in cap. inter dilectos. de fide inſtru. Alex. in conſil. xxx. in primo vol. & Bal. in authen. niſi rogati. C. ad Trebel. multi tamen contrarium tenent. ¶ Quid dicemus? Dicam in primis primum hominem, qui præ cæteris hanc ſpeciem feudi Franci examinauit, fuiſſe Vbert. de Bobio, cuius dicta in caſu occurrēti magna ex parte recitauit Oldrad. in conſil. ccxxxiiij. & tacito Oldrado, dans laudem Vberto, eadem verba retulit Ioan. Andr. in rub. de

Feudū Francū.

de præscript.in addit.ad Specul.eadẽq; verba vtriusq; retulit Bal.in c. j. de cap. qui cur.vendid.in vltim. col. quibus vsi sunt Alex.in consil.xxx.in j. volu. Fran. de Aret. in consil.xiiij. Abbas in consil. lxxxij.in j.volum.Pau.de Cast. in cons. clxiiij.in ij.volu.Bal. etiam, qui ponit duas diuersas doctrinas contrarias, in prælud.diuis.viij.quas nullo diminuto verbo ponit Ias. in d. viij. diuis. in prælud.feu.Bal.in c. inter dilectos. de fide instrum.& in l.j.§.illud.C. de Lat. libe. toll.in l.si plures.C.de cond. inser.in d. authẽ.nisi rogati.& in l.j.C. si à non cõpet.iud.Ioan.Rainald. hîc in viij. diuis. Alua.in prælu.feu.col.vj.Card. Flor. & Imo.in xiiij.col.in c.fin. extra.de feud. glos.Hostiẽ.& alij in d.c.inter dilectos. de fide instru.Alex.in consil.x.in v. vol. col.iiij.& Deci.in consi.clxxxv. ¶ Quibus sic recitatis, aduertendum principiò est, ne nos vnà cũ ipsis omnia confusè tractemus, quin potiùs terminos distinctos habeamus, quinq; partienda esse capita. Primum, vt intelligamus feudum Francum quid sit. Pro quo declarando Vbert.& Oldrad. in d. consil. ccxxxiiij.Bal.in lectura, quæ communiter non habetur, in c. inter dilectos. ac cæteri dixerunt, hoc nomen non repe-

riri in iure, sed bene reperiri æquipollens, vt in c.j. de feu. non hab. prop. nat. feud. propter libertatem, quam ibi vasallus habet alienandi feudum. Quare voluerũt, vt circa ipsius nominis declarationem attendatur communis vsus loquẽdi, & quomodo in patria hæc verba interpretentur, vt in l. anniculus. ff. de verbor. signific. & Extra. de spo. c. ex literis. el primo. Vos autem, si constat in patria quomodo in feudis hoc nomen interpretetur, ipsos sequimini: si verò non constaret, tunc necessum erit, vt prẽter hoc primũ caput reliqua quatuor differamus: quibus satis apertè cõstabit, quid feudum Francum sit, nimirum vt sciamus, an propter vim istius verbi vasallus eximatur à seruitio? Tertium, an per hoc verbũ eximatur à maleficio? Quartum, an eximitur à contentis in fidelitate? Quintum & vltimum, an eximitur ab authoritate assentiẽdi? Quo autem ad secundum, vt as doctorum opiniones amplectentes concludamus, vt dicendo, cõcedo tibi feudum Francum. duo fecerit secundũ Ioan. Andr. in rubr. de præscript. Oldrad. Alexan. & Bal. in locis allegatis: alterũ, quia non per omnia seruitijs particularibus domini illum submisit: alterum,

Frãcũ feudũ an per omnia vasallum eximat à seruitio.

rum, quia dum fecit ipsum vasallum, cuius causa obligatur ad ea quæ continẽtur in cap. j. de for. fidel. non per omnia eum exemit à seruitio. Hinc planè Bal. in l. vnica. §. illud. C. de Lati. liber. toll. dixit, tale feudum sui ipsius fore Frãcum, paucis etiam domino reseruatis, sicut dicimus de colonis ascriptitijs, & censitis qui sunt liberi, vt in l. cũ scitis. vbi notatur, C. de agr. & cens. & tamen ex pacto libertate carẽt, vt se de loco ad locum moueant, secundum Bart. in l. final. §. idem rescripserunt. ff. ad municip. & vt de re hypothecata etiam dicimus, quæ propter obligationem certo modo libera nõ dicitur, l. ex prædijs. C. de euict. A quibus paucis dum sic reseruãtur, non eximitur vasallus ipse, quoniã ait prętor, pacta seruabo, sed in his tantùm quæ nõ promisit, à pœna legis erit Frãcum, secundũ Bal. in d. c. inter dilectos. Ex quibus concludendum erit, quòd licet concedendo feudum Francum per omnia liberũ esse deberet, argũm. l. in tradendis. ff. cõmunia præd. & ibi gloss. & in l. cùm vẽderes. ff. de actio. empt. & nihil per dominũ à vasallo peti posset, ex quo quicquid expressum non est, pro omisso haberetur, argu. l. quicquid astringen-

Pactum contra substantiam fidelitatis, cur admittatur in feudis.

dæ.ff.de verborũ oblig.quia tamen esse expressum intelligitur, siue implicitè, siue explicitè ꝓmittatur, arg.l. iurisiuran di.ff.de ope.liber. & de liber.cau.l.fina. ex hoc dicemus esse Francum ab omnibus, præterquam à fidelitate & contẽtis in ea, postquam se vasallum fecit, & in feudum rem accepit: feudum namq; capiendo, statim implicitè eam ob rem illa promisisse videtur: esse feudum, & non deberi fidelitatem, repugnantiam quandã in se contineret, cõtra l.vbi repugnantia.ff.de regu.iur.docent ista, c. feudum ea lege.si de feu.fuer. controu. & c.j.de feu.non hab. propriam natur. feudi. Hinc quoque dicebant Card. & Imol.in c.final.col.xiij. Extra.de feud. feudum Francum esse illud, quod non habet certum & determinatum seruitium, quasi propterea dicatur Francum: quibus subscripsit hîc Ioan. Rain. char. v.col.j.in viij.diuis.dum dixit, feudum Francum est illud, quod non habet certam pẽsionem: & in specie idem tenuit Isern.in cap.j.§.huius autem generis.in quibus cau. feud. amit. quem sequitur Alex.in dicto consil.xxx. dum dicit, vt tametsi feudum aliquando detur sine seruitio, adhuc fidelitatem præstare teneatur, proindeq; ad seruitia in fideli-

ta-

tate contenta præſtandum compellatur: quia qui eſt exemptus à ſeruitio, nõ propterea eſt exemptus à fidelitate, c. j. de vaſal. qui contra conſtit. Lotha. Sed dices tu, qui feuda penetras, quid eſt hoc dicere? naturam feudi Frãci eſſe, vt non veniant ſeruitia quæ promiſſa non ſunt, & ſic vt ea duntaxat veniant quæ comprehenduntur ſub forma fidelitatis, quam implicitè promiſiſſe videtur? nónne dicimus de natura feudi non eſſe ſeruitium, ſed fidelitatem, ſecundum Iſern. in c. j. §. huius aũt generis. in quibus cau. feud. amit. & in cap. j. §. ſed nec alia iuſtior. quæ fuit prim. cau. benefi. amit. ex quo ſequitur, vt cùm hæc qualitas inſit, nedum in feudo Franco, ſed in omni feudo, vt nõ dicamus iſtud eſſe ſpeciale in feudo Frãco. Huic motiuo reſpõdet Old. in dicto cõſ. ccxxxiiij. Bal. in c. j. §. fin. de cap. qui cur. vend. & ibi Aluar. & alij & Iaſ. in d. viij. diui. vbi dicunt, eum qui tenetur ad ſeruitia contenta in fidelitate, haud quaquam verbis expreſsis promiſſa, minimè compelli poſſe vt vadat ad bellum: quaſi hoc ſenſerint, vt non teneatur in hoc feudo Franco ad præſtandum ſeruitia extra feudum: quod nota, vt videas quantum interſit ſeruitiũ expreſsè promitti, vel

tacitè subintelligi. Sed tunc videntur obstare huic responso tex. in c. j. in tit. hîc finitur lex. & ea quæ aceruauit Iser. in c. j. §. sed nec alia iustior. quæ fu. pri. cau. benef. amit. col. iiij. & v. Vbi concludit, & ita tenemus, vt nedum in regno, sed etiam extra regnum, si pro regno rex militat, Barones obligari ad præstandũ seruitium: quo fit, vt is, qui obligatur seruire infra cõtinens feudum, non minùs tenetur etiam seruire extra feudum, si pro feudo militatur. Tu autẽ dic, aut quærimus, an vasallus regulariter in feudo recto à natura fidelitatis teneatur seruire in ipso feudo, seruando fidelitatem domino suo? & hoc dubium nullum habet, c. j. de for. fidel. & in c. j. de no. for. fidel. quia in ipso feudo omnes partes ferè ipsius fidelitatis conueniunt: aut quærimus, si tenetur pro feudo, vt s̃. seruire etiam extra feudum & proprijs expensis? & dicamus vasallum teneri, vt in d. c. j. §. hîc finitur lex. & per Iser. in d. §. sed nec alia iustior. de quo dicemus j̃. in §. firmiter. Aut & secũ dò quærimus, an in feudo Franco tenea tur seruare fidelitatem in ipso feudo? & dicamus eũ teneri, ex quo ipsam implicitè promisit, arg. d. l. fin. de liber. ca. Nam præter seruitiũ expressum, tutum

Seruitium quo modo consideretur intra feudum, & extra feudum.

tene-

tenetur seruare dominum in ipso feudo, & omne possibile præstare atq; honestum, vt in d.c.j.de no.for.fidelit. Sed si quærimus, an teneatur ire extra feudum ad bellandum: in hoc duo consideranda sunt capita: Primum, si tenetur ire: secundum, si tenetur proprijs expensis militare? Et quo ad primũ, si tenetur ire, animaduerte Oldradũ in loco citato primò quęsiuisse de principali feudatario, si tenetur seruire dño directo eũdo ad bellũ extra feudũ: deinde verò de subfeudatario, si tenetur seruire dño mediato: de quo etiam dubitauit Isern. in d.§. sed nec alia iustior. in quo subfeudatario multa dicenda essent, quæ infrà in §. firmiter. dicemus. Et quo ad principalem feudatarium, postea dicit, si fortè tenetur ire, vt non teneatur ire proprijs expensis: quia cùm hoc seruitium sit incertum, expensis domini præstari debet, argum. l. operæ enim. & eorum quæ notantur in gloss. in l. suo. ff. de oper. libertor. ita quidem vt minimè tenuerit, quòd non compellatur ire, sed vt non compellatur extra feudum proprijs expensis militare in hac specie feudi Franci: secundum quẽ sensum eundem referunt & sequuntur Bald. & Aluar. in locis allegatis:

hæc effectu illa sunt, quæ à præfatis Doctoribus confusè narrantur. Ego verò quædam in primis pro eorum opinione afferã, deinde verò veritatem istius articuli vobis demonstrabo. Posthabito itaque text. in l. operæ enim. quem ipsi citãt, quia de operibus libertorum ad feuda regulariter non arguimus, vt notatur in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. & nos infrà in §. firmiter. dicemus: hoc argumento pro eis vti nos poterimus. Clara voce omnes in c. j. de feud. non haben. prop. nat. feud. dicunt, pactum quod alterat feudi naturã, debere minùs nocere, quàm possit, secundum Franc. de Aret. consil. xiiij. col. iij. Quia contractus in dubio debẽt intelligi secũdum naturam propriam, quantum fieri potest, vt l. si stipulatus. ff. de vsu. & idcirco minùs lædere debet, quàm fieri possit, l. emptorem. §. j. ff. de actio. empt. sicut in simili dicimus in regno illud pactum, & quibus dederis. de quo in c. j. de feu. nõ habe. propr. natu. feu. operari duntaxat, vt possit subinfeudare: quod aliàs erat prohibitum, vt in constit. constitutionem. secũdum Isern. ibi, vti paulò antea diximus: quocirca in casu isto, vt minùs lędat, cõsiderare debemus inuestituram haud-

Argumentum ab operis liber torum ad feuda non ualet.

Verba minus lædere debent, quàm fieri possit.

Alteratio inue stituræ.

qua-

quaquam præstare, vt non seruiat in ipso feudo suis expensis: siquidem neq; tollit ipsam fidelitatem, neque superioritatem in assentiendo, vt j. demonstrabimus: solum ergo operatur, si tenetur ire ad bellum, vt non militet expensis proprijs, quia in feudis, vbi à pacto feudum naturam assumit, cap. j. de duobus fratribus. vt pactum operetur, alteratur ipsius feudi natura, & ita alteratur, quãdo aliud operari nequit, vt quandoque feudi naturam dimittat, vt est text. in c. j. de feud. non haben. propr. natur. feu. & in cap. feudum ea lege. si de feu. fuer. controu. tria namq; in regno isto tenetur facere vasallus, seruire in proprio feudo semper, extra feudum tribus mẽsibus sine sumptu, vt in cap. item statuimus, quòd Comites & Barones. in capitulis regni. & tenetur perpetuò extra feudum seruire expensis regis: eximetur igitur per tale pactũ in regno, vt nec illis tribus mensibus seruiat extra feudum sine sumptu, & in hoc sit ipse Francus: non quidem alia ratione opinio istorum sine lege loquentium sustineri posset in regno isto. Verũenimverò qa extra regnum nullum speciale priuilegium in feudo Franco considerari posset, & ipsi absque lege loquuntur, con-

Seruitium vasalli quanto tẽpore durare debet in feudo, uel extra feudum.

Fidelitas continet præcepta affirmatiua & negatiua.

siderabam post illos, formam fidelitatis continere præcepta affirmatiua & negatiua, vt in cap. j. de nou. form.fidel. & si ad fidelitatem tenetur feudatarius,in feudo Frāco ad illam teneri negatiuè, nimirum non reuelare secreta,nō lædere,etc. seruire autem etiam in casu seruitij contenti sub fidelitate nullo modo eum teneri:quia si hoc vocabulum Francum interpretatur ab omni seruitio non promisso,vti Oldra. Ioan.Andr.Iser.& omnes dicunt,nō minùs Francum se esse voluit à seruitio cō tento sub fidelitate, quàm ab alijs seruitijs in fidelitate non contentis: quia licet fidelitatem iurauerit, illam tamen in feudo Franco iurauit:& dicendo Frācum, idem quod exemptum à seruitio, dixit,ita vt ista simul vera sint, & fidelitatem iuratam esse in genere,& seruitiū in specie excluſum,secundum Iser.in c. j.§.huius autem generis. in quibus cau. feud. amitt. col.iij. ibi, sed quid si detur.provt in simili in illa clausula dicimus,Feudi natura in aliquo nō mutata. quæ intelligitur,nisi quo ad expressa,vt in cap. j. qui succeſſ. tene. Iſern. dicit, vbi nos quoque dicemus. Nec obstat id quod pro cōtraria parte in medium producunt, quippe quia si per pactum remit-

Clausula,Natura feudi in aliquo non mutata. quomodo interpretāda sit.

remitteretur seruitium comprehensum in fidelitate, censeretur remissa ipsa fidelitas, quæ est substantia feudi, secundum Isern. in §. huius autem generis. in quibus caus. feud. amitt. & sic pactum annullaretur tanquam contra rei substantiam, argum. l. si quis antè. ff. de acquiren. poss. quoniam debetis considerare, quòd sicut de iure ciuili habemus contractus nominatos & innominatos, vt in l. iuris gentium. §. quinimmò. ff. de pactis. & l. naturalis. ff. de præscript. verb. ita de iure feudorum habemus feuda recta, vt in cap. j. de consuetud. recti feud. per totum, quæ stant loco contractuum nominatorum: & feuda conditionata, vt in cap. j. de feud. non hab. propr. natur. feud. & in cap. j. §. final. quid sit inuestit. quæ stant loco contractuum innominatorum: & dicimus de substantia feudi recti, indiuiduè esse debere omnes sex partes fidelitatis, de quibus in cap. j. de noua form. fidel. de substantia autem feudi conditionati esse ipsam inuestituram, cum aliquali parte ex illis sex partibus fidelitatis: quandoquidem legem non inuenimus quæ dicat, feudum conditionatum non posse dici feudum, nisi contineat omnes sex partes fidelitatis,

Contractus feudalis quandoque dicitur nominatus, quandoque innominatus.

Feudum recti. à conditionato quomodo in substantia differat.

modò aliquam partem habeat: sed bene legimus, non posse consistere sine investitura, vt in cap. j. quibus modis feu. con. po. secundum Bald. in l. j. C. de rer. permut. Spec. in tit. de loca. §. nunc ali qua. versic. lxxxv. Alex. in consi. cxxxvj. in j. volum. & per Scribentes in l. si ita stipulatus sum damam. ff. de verbor. obligat. ita vt in ipso feudo recto, vt non sit rectum, quæramus, an aliqua pars fidelitatis desit: in feudo autem conditionato, vt sit conditionatum, an aliqua pars fidelitatis adsit, provt in simili notat Felin. in cap. cæterùm. de iudic. col. iiij. Paul. in consilio cccxj. in j. volum. & Soccin. in consilio cclvij. colum. ij. Ex quibus collige, non esse inconueniens, vt ea ratione in inuestitura feudi admittamus pactum contra partes fidelitatis: quia si non potest stare sub natura feudi recti, transit in consimiliorem speciem feudi conditionati, argu. l. inter mortis. ff. de donat. cau. mort. Qua ratione dixit Franc. de Aret. in consilio xiiij. & illud probat, quòd præstare assensum, & nō alienare sine illo, est pars fidelitatis, & tamen remitti potest, vt in cap. j. de feud. non hab. prop. natur. feu. quicquid dicat Curt. in suo tracta. char. xlviij. colum. iiij. & seq. qui ista ignorauit.

uit. Hac quoque ratione dicebat Iason in l.j.q.v.C.de iure emphyt.quòd si cõtractus feudalis transit in naturam feudi conditionati, debet tamen regulari secundum naturam feudi,& Bal.in consil.lxxx.in j.volum. dicebat,quòd natura feudi genus est,pactum autem species:quasi species, & sic pactum generi derogare possit,& stante pacto recedamus à natura generica. Itáque intellige quæ dicit Clau.in quæst.de diui.feu. & Curt.in suo tractatu char.ix.col. j. & ij.vbi quærit, si annullatur contractus, vel si definit esse feudũ,si trãsit in speciẽ contractus innominati,non quidem in trinsecos feudorum terminos penetrãrunt. Hanc sanè ob causam dicebat Isern.in d.§.huius autem generis. posse dari feudum sine seruitio, & Paul.in cõsil.cccxj.voluit,vt remittatur etiam culpa.Itidem & multa alia id genus, quæ tali pacto remitti posse concludunt cumulati per Georg.Nact. in repetit. cap. quamvis.de pactis. in vj.colum.xx.Pro quo ratio euidens erit, quia sicut pacto promittitur seruitium secundum Isern. in d.§.huius autem generis.ita & pacto remitti potest,argu. l. sicut. C. de actio. & oblig. Quæ cùm ita se habeant,minimè dicemus,tale feudum esse Francũ

Pactum species est, natura verò feudi genus.

Seruitium sicuti pacto promittitur,ita & pacto potest remitti itidem et culpa.

ab omni seruitio extra feudum etiam cum sumptu, secundum Oldrad. Ioan. Andr. & Isern. in locis superiùs citatis, qui simpliciter loquuntur: sed omninò Francum ab omni seruitio, quia si omnes cõcludunt esse Francum à seruitio, ergo ab omni seruitio, l. cùm venderes. ff. de actio. empt. nec legem habemus, quæ dicat, vt tale verbum sic expressum intelligatur cum sumptu, vel sine sumptu, vti tantis vanis considerationibus suprà dictis Doctores demonstrare nituntur: & si minimum, quod potest, operari debet pactum, operabitur tamẽ quod expresit, & erit minimum, vt à solo seruitio sit exemptus, & non ab alijs partibus fidelitatis, quas omnino & vbiq; seruare tenetur, & in feudo, & extra feudum, eo quòd in non exceptuatis obligatio firma manet, l. nã quod liquidè. §. final. ff. de pe. leg. Hoc tamen, vt sit Francum, in dubio non prę sumitur, nisi dicatur secũdũ Bal. in c. inter dilectos. de fid. instr. Ale. in cõs. xxx. in j. vol. & Ias. in viij. diuis. in prælu. feu.

Francum à fellonia.

¶ Quo verò ad secundum caput, si est Francũ à fellonia: &, quo ad quartum, si est Francũ à fidelitate: quia hęc duo capita ad idem tendunt, simul illà tractabo. In quibus Bal. in prælu. feu. in viij. di-

diuiſ. tenuit, quòd licet per tale verbũ eximatur à ſeruitijs, vt in præcedenti capite, non tamen eximitur à maleficijs, & ſic à fellonia, ſiue in faciendo, ſiue in omittendo, & per conſequens à fidelitate: idem quoque Bal. in l. ſi plures. colum. ij. C. de condi. inſer. quos refert Jaſ. nihil addito, in viij. diuiſ. in ſuis prælud. idem Bal. in cap. final. de capit. qui cur. vend. & Abb. in conſil. lxxxij. colum. iiij. in j. volu. Et ratio eſt duplex: altera, quam ipſe Bald. aſsignat in alia lectura, quæ communiter non habetur: quia ſi tale verbum ita extenderetur, vt poſsit contrauenire fidelitati, daretur occaſio ad delinquendum: quod quidẽ fieri non poteſt, l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. reſtringitur ergo illud pactum, vt non comprehendat libertatem in delinquendo. Altera ſecunda ratio redditur ab Oldrad. in dict. conſil. ccxxxiiij. quem ſequuntur Ioann. And. & Bald. in locis in præcedenti capite allegatis, quia cùm ſubſtantia & baſis ipſius feudi ſit ipſa fidelitas, ſecundum Iſern. in cap. j. §. huius autem generis. in quibus cau. feud. amit. in dubio non cẽſetur remiſſa: pro quo cogitate in hac fidelitate nos conſideraſſe tria tempora: primum tempus, quando promit-

Fidelitas continet tria tempora ſub ſe.

titur fidelitas: alterum, quando iurat vasallus: quæ stant, vt idem in cap. j. quid præced. deb. inuest. an fide. & tertium, considerando executionem promissionis præstando fidelitatem de facto: quo quidem tertio modo fidelitas ipsa dicitur substantia ipsius feudi. Cumq; pacta contra substantiam rei non admittatur à lege, vt in l. si quis antè. ff. de acqu. poss. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. l. cum precario. ff. de precar. & l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obligat. cum concord. necessariò dicemus, quòd licet iuramentum fidelitatis possit remitti, eo quòd est qualitas non cõtinens ipsam substantiam fidelitatis, quæ cum effectu sine iuramento etiam pręstari debet, vt in cap. j. §. fi. per quos fiat inuest. cap. est & alia. quę fuit prim. cau. benef. amit. & in c. j. de capi. Corra. ipsa tamen fidelitatis præstatio, in eo quòd fidem pollicitam seruare obligatur, cum effectu non potest remitti: pro quo allego casum in cap. veritatis. Ext. de iureiur. vbi remisso iuramento fidelitatis regi Sicilię, non censetur remissa ipsa fidelitatis præstatio, secũdum Pau. in consil. cccxj. col. ij. in j. volum. Etenim si pacto expresso fieri non potest vt remittatur, multo fortiùs dicemus, minimè

minimè in dubio hoc verbum, Frācum. hoc comprehēdere, vt sit Francum à fellonia & fidelitate, ne inter se quandam repugnantiam contineant, contra d.l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. quia in dubio etsi non exprimitur illud verbū, fidelitatis, tamen sine iuramento promissa præsumitur, secundum Isern. in c. porrò. colum. viij. quæ fuit pri. cau. Ex quibus vides, quomodo damnatur etiā opinio Card. Flor. in cap. fin. Extrau. de feu. dum dicebat, feudum Frācum ideo dici francum, quasi sine fidelitate datū. Cùm tamen nocte ista has duas rationes, vti decet, ponderassem, illud obsta re videbatur contra primam: quia licet dolus de futuro remitti non possit l. si vnus. §. illud. ff. de pac. ne feudatarium ad deliquendum inuitemus, contra l. conuenire. ff. de pactis. propter quod pacta, vt donatio ex capite ingratitudinis reuocari non possit, à iure improbā tur, vt in l. fin. C. de reuoc. donat. & cap. fin. de dona. secundum Bal. in l. j. q. ij. ff. de rerum diuis. Salic. in l. si pacta. C. de pac. & communiter per alios, quos Ias. in suis prælud. quæst. iij. cumulauit: tamen si in hoc interuenit iuramentum, secundum communem sententiam in l. stipulatio ista. ff. de verborum oblig.

Fidelitas præsumitur esse promissa.

bene potest remitti. Quinimmo & fortiùs in materia feudali, etiá sine iuramẽto, idem in simili dicemus: quia licet propter has rationes in l. fin. C. de pact. pacta de hæreditate viuentis reijciantur, tamen in feudis valent, vt in cap. j. de cle. qui inuest. fecit. c. j. qui suc. tene. & in c. moribus. si de feud. fuer. contro. Nam, vt inquit Alex. in d. l. stipulatio. ex tali pacto non remittitur potestas ac cusandi & puniendi delictum, siquod postea patrari contigerit, sed illa ingratitudo duntaxat: quod dictum Alex. citat, & sequitur Ias. in d. q. iij. in prælud. feud. Vnde ex capite istius primæ rationis suprà declaratæ quæstio non esset tuta, quin ipsa fidelitas remitti possit. Et si secundam rationem attendimus, huic secundæ rationi videtur obstare, quia maius fundamentum pro opinione contraria illud est, quoniam etsi iuramentum fidelitatis possit remitti, vt in cap. j. quid pręced. deb. iura. an fidel. cap. j. §. fin. per quos fiat inuest. cap. j. de capi. Corra. & cap. j. §. est alia iustior. quæ fuit prim. cau. benefi. amit. tamen ipsa fidelitas non potest remitti, vt in cap. veritatis. Extra. de iureiur. Sed subsiste quæso, quia si tu acceptas fidelitatem & iuramentum idem esse,

Fidelitas an differat à fidelitatis iuramento.

vt

vt in cap.j.§.final.per quos fiat inuestit. ergo si remittitur iuramẽtum, statim cẽsetur remissa ipsa fidelitas. Et si tu subtilis scholaris diceres,alio modo cõsiderari fidelitatem, dum promittitur, alio dum præstatur,secundum Bald. in l.j. ff. de pact. dum considerat, quando promittitur,esse iuramentum, dum prę statur,esse ipsius promissionis & operis executionem: & si iuramentum & fidelitas idem sunt, illud erit, quando promittitur, non autem quando fidelitas fit: vt patet in d.cap.veritatis. vbi fuit absolutus à promissione, & non propterea absoluitur à præstatione, vt suprà declaraui,considerando illa tria tẽpora: tunc cogitandum esset vlteriùs, quòd licet hæc stẽt,vt diuersa,& remisso iuramento non censebitur remissa fidelitas, tamen tu non reperies legem dicentem,nec cap.veritatis.hoc dicit,vt per pactum ipsa fidelitatis pręstatio non possit remitti. Quinimmo ex diuerso bene reperimus,q, licet sit feudum,& stet penes feudatariũ iure feudi, tamen eodem tempore lex nedum potest absoluere à iuramento fidelitatis ne promittatur,sed etiam à promisso: & nedum à iuramento promisso, sed etiam à præstatione ipsius fidelita-

Fidelitas dicitur considerari dum promittitur, quàm dũ præstatur.

Fidelitas pacto remitti potest.

tis: text. est in c. ad Apostolicæ. de re iudic. in vj. & in c. j. in titul. hîc finitur lex. patet quoque in c. nos sanctorum. & c. iuratos. xv. q. vj. & in cap. fin. Extra. de hæred. vbi iura absoluunt feudatarium à præstatione fidelitatis, durante hæresi domini directi, vel banno. Sed quia lex & homo vadunt à pari, l. fin. C. de fide. ergo idem dicamus, si remittitur per pactum. Tu autem huic contemplationi respondes, nil valere consequentiã hanc, Potest aliquid lex, ergo & homo: vti paulo antè dixi. Nam multa conceduntur per pactum, quæ non concedũtur à lege, vt in cap. primo, §. Corradus. de his q feu. da pos. & c. j. de duob. frat. secundum Bald. in consil. lxx. in primo vol. sic enim respondet Bal. in c. inter dilectos. col. iij. de fide instrum. Secundò respondes, iura illa non tollere fidelitatem, sed tollere effectum fidelitatis: nam licet seruitium non sit de substantia feudi principaliter, inest tamen fidelitati, vt patet in cap. j. §. final. in quibus cau. feud. amit. ibi, vt fideliter domino seruiant. Itaque intelligo iura suprà dicta, vt sint absoluti interim à sacramento fidelitatis, ne scilicet teneantur seruire, non autem vt fidelitas in totum deleatur. Sicut dicimus in simili, ius ciui

Fidelitas in tõtum deleri, uel tolli nõ potest.

le

le non posse iuri naturali derogare: §. fi. Instit. de legi. agna. tut. & tamen potest iuris naturalis effectus impedire, vt in l. si non sortem. in princip. ff. de condi. indeb. vbi Doctores notant, impeditur: ergo effectus & executio operis, non tamen fidelitas deletur. Non quidem alia ratione lex ipsa in hac specie feudi Franci effectum fidelitatis suspendit, quàm durante hæresi, & excommunicatione, seu banno, suspendit ne debeant vasalli cũ domino participare. Etenim si essent absoluti à fidelitate in totum delẽdo ipsam fidelitatem, possent etiam dominum offendere, & tenere feudum: quod quidem nõ permittitur, vt ibi patet. Rursum, quia text. dicit, interim esse absolutum, non autem dicit perpetuò: concludamus itaque fidelitatem remitti posse scilicet vt nõ promittatur iuramento, vel vt temporaliter suspendatur, non autem vt in totum deleatur, vt fuit de mente Iser. in cap. est & alia. quæ fuit prima cau. & in c. j. §. fin. per quos fiat inuest. & in tit. sequẽti, de quo in iudicãdo non dubitamus. Disputando autem memor esto Iser. in d. §. huius autẽ generis. in quibus caus. feu. amit. col. iij. vbi latiùs hoc examinauit, & dixit, quòd fidelitatem non com

Fidelitas suspẽditur in causa hæretici.

pellitur præstare: dicit quoque ex seruitio non facto in fidelitate cõtento, eum non puniri: quib. patet, aliter intellexisse, q̃ de iuramẽto, nisi intelligamus Iser. placuisse, vt pars fidelitatis remittatur, & sic seruitiũ: vt in superioribus capitibus demonstrauimus, vtcunq; tamen à carrotio (vti Bononienses aiunt) minimè nos recedamus. Nam si dixit Francum, non tñ dixit per omnia Francum, & quia vox ista, Francum. potest operari, vt sit Francum à seruitio, vti dudũ diximus, istud operabitur, & non aliud, arg. eorũ quæ habentur in c. j. de feu. nõ hab. prop. nat. feu. & c. feudum ea lege. si de feu. fuer. controuer. Vellem equidem quæstionem illam hoc in loco disputare, an data licentia baronibus regni, vt exirent ab hac fidelissima ciuitate Neapolis, quæ à domino de Lautrech, in anno M. D. XXVIII. regis Francorũ Capitaneo generali tunc obsidebatur, quibus etiam, certa pecuniarum quantitate soluta, & illud quoque concessum fuit, vt cũ inimicis conuersarentur, dũ tñ arma non sumerent, si fieri potuit, vt ad fidem fallendam pro parte licentia concederetur: sed non possum absque aliquo scandalo loqui, cùm regni conseruator generalis nunc sim. Videre

Francum feudum non per omnia frãcum dicitur, sed à seruitio.

dete vos omnia cumulata à Iaſ. & Clau. in eorum prælu. & à Pau. in conſ. cccxj. in j. vol. & à Geor. Natta in repetitione c. quamvis. de pact. in vj. & à Decio, qui in cauſa allegauit in conſilio adhuc nõ impreſſo, cùm imprimetur: ego illud vidi, & per gloſſ. in verbo, iuſtè. in fin. de noua form. fidel. & per tradita in cap. fin. de hæret. & in cap. nos ſanctorum. & c. fin. xv. q. vj. Videte quoq;, an pacta cõtra bonos mores admittãtur in feudis, de quo p Iſer. in c. j. de feu. guar. & in cap. j. qui ſucceſſ. ten. & ſi à prorege illud pactum fieri potuit, ponderate inſuper hæc, quæ nunc ſcripſimus, à quibus magna ex parte veritas quæſtionis huius poterit haberi. ¶ Si igitur eatenus Francum à fidelitate erit, quatenus expreſſum eſt: videamus modò, ſi poterit alienari ſine aſſenſu ex hoc ſolo, quia Francum. In quo omiſſa diſputatione Doctorum, ſi in feudatarium poſsit transferre dominium vtile & directũ, vti tenuit Ioan. Mona. in c. abbate. de re iudicata. in vj. quem ſequuntur relati per Iaſon. in prælud. col. v. & per Felin. in c. quę in eccleſiarum. Extra. de conſtit. col. xxxj. & per Clau. in prelud. in rub. de diffinitione feud. colum. vij. de quo latiùs in §. illud. dicemus. Vbi

Pacta contra bonos mores admittuntur in feudis.

An ſit Francũ, ut poſsit uaſallus feudum alienare ſine aſſenſu.

etiam de dominio Regis in regno & ecclesiæ Romanæ tractabimus, his, quę sequuntur, argumentis vtar: si contractus in dubio debet interpretari secundum naturam propriam, l. si stipulatus. de vsur. quia constat datum esse in feudum, in dubio debet censeri iure feudi: quod si ita est, vt censeatur datum in feudum, certum est non esse translatum directū dominium, vt in c. j. de feud. non habe. propr. nat. feu. secundum Isern. in c. j. §. huius autem generis. col. iij. in quibus caus. feud. amit. transfertur ergo dominium vtile, quod alienari non potest sine assēsu directi domini, vt in l. ista. Pro indeq; dicamus minùs rectè placuisse Bal. in authen. nisi rogati. C. ad Trebel. & in l. j. C. si à non compe. iudic. vt hoc feudum ex vi istius verbi, francum. possit alienari in ecclesiam: quem sequuntur relati per Ias. in prælud. diuis. viij. Felin. in cap. quę in ecclesiarum. col. xxxj. & Alex. in consil. x. col. iiij. in v. volum. sed veriorem esse opinionē glos. & Hostien. in cap. fin. de rebus eccl. non alie. & eiusdem Bal. in prælud. feu. diui. viij. quam non omnes in nostris libris habemus, & Dec. in consil. clxxxv. ac Franc. de Aret. in consil. xiiij. vbi format quæstionem istam, respōdendo contrarijs,

Alienatio permissa, non censetur permissa cū Ecclesia.

& concludit fieri non posse: & ratio patet, quia qui dixit, do tibi feudum Francum, poterat sic etiã dicere, per omnia Francum, vti per hoc verbũ, per omnia. in l. j. ff. de leg. j. Doctores dicunt. Non dixit sic, ergo simpliciter Francum à seruitio. quia si dixit, vt tenendo feudum teneat illud Francum, non dixit vt alienet etiam Francum, & sine assensu: quod quidem cùm de facili poterat exprimi, nec est expressum, cum instantia est relaxatum, argum. l. vnicæ. §. sin autem. C. de caduc. toll. Nam licet vellet Bal. in l. j. C. si à non compe. iud. hoc feudum æquiparari feudo contento in c. j. de feu. non hab. propr. natu. feu. ac proinde, vt saluo iure domini possit alienari, errat meo iudicio, quia ibi ideo alienat incõsulto domino, propter illa verba, & quibus dederis. quæ non adsunt in feudo Fráco. Nam si esset datum pro hæredibus quibuscunque, nequaquam tunc per contractum inter viuos sine assensu alienaret, vt suprà in proprio articulo apertè demonstraui. Ad rem igitur redeuntes, vt si posset alienari, minimè huic ecclesiæ possit dari, satis perspicuum est: quandoquidem si potest alienare, nõ tamen incapaci illud poterit dare: pro cuius veritate vide ea quæ

dicimus in c.j.de succeſſ. feud. quando datũ eſt feudũ pro hæredibus quibuſcũq;, ſi poteſt inſtitui eccleſia. hoc.n.vti diximus, tenuit Paul. de Caſtro in cõſi. clxiij.incip.In cauſa.provt tu quoq; tenere debes,& damnare opinionẽ Fran. Curt.in ſuo tract.feu.char.xlv.qui dum conſilium xiiij.Fran.de Aret.non legiſſet,illud delirium dixit, nempe vt alienare ſine aſſenſu non cõprehendatur in fidelitate: quod quidem nil aliud mea ſententia fuit,quàm dicere, ego terminos ignoro. Quínam hi termini ſunt? minimè illos hodie narrabo, tum ne ego recitando à conſueto more abducar,tum vt legendi conſilium illud Frãciſci occaſionem tibi non auferam, cùm ſingulare & notatu dignum ſit,maximè ad oſtendendum, alienare cum aſſenſu vnum eſſe de comprehenſis in fidelitate. Et ex his illud determinabimus,an feudum datum pro cenſu ſit feudum? in qua quæſtione Ciuiliſtæ terminos noſtros feudales confunden do vario modo locuti ſunt, ita vt quidam ex eis voluerunt non eſſe contractum feudalem, ſed emphyteoticum, nec dari ſucceſsionem in hoc contractu, ſicut in feudo. Plerique cenſuale; alij verò libellarium: Multi, vt ſit con-

Fidelitatem nõ ſeruat, qui ſine aſſenſu feudum alienat.

Alienare cum aſſenſu, eſt unũ de comprehenſis in fidelitate.

An feudum datum pro cenſu, ſit feudum.

tractus

tractus feudalis, provt singillatim discernere poteris ex dictis per Iacob. de Beluis. in prælud. feud. col. j. Cyn. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. col. final. Bald. in l. liberti libertæque. C. de oper. liber. col. final. Alexand. in consil. cxxxvj. in j. vol. col. ij. & iij. Decis. Sacri cõsi. cxxix. Bal. in c. j. in verbo, libellariæ. de pac. Consta. in fin. Moderni Neapolit. in constit. constitutionem diuæ memoriæ. in quinto notab. Luc. de Pen. in l. j. C. de impon. luc. descript. in l. litibus. de agricol. & cens. & in l. fin. de fund. lim. Bald. in l. cùm falsa. C. de iuris & fact. ignoran. col. iij. Alber. in l. ij. in princip. de iure emphyt. & Ioan. Fab. in l. j. eod. titul. Neapol. in consuet. incipiente, In bonis. in titul. in quibus rebus loc. hab. quar. in verbo, sed in bonis. Specul. in tit. de loca. in §. nunc aliqua. versic. lxxxv. Iacob. de Ardizo in sua summa in capitulis extraordinar. quem citat Par. de Put. in suo tractatu reintegrationis, char. v. & vj. libro meo, gloss. in constitut. vt de succesionibus. in princip. & in verbo, in omnibus, & ibi Isern. & Aflict. in primo nota. Bald. in rubri. C. de iure emphyteo. Oldrad. in consilio clviij. Alexand. in consilio nono, in quinto volum. Zabar.

in consilio xcij. Aluar.in §. sed nec aliqua.colum.ij.in fin.quæ fuit prima causa benefic.amit.Iacob.de Beluis.Bal.& Aluar.in cap.j.§. quin etiam.episco. vel abba.Alexan.in l.vtrùm.ff.de verb. oblig.colum.ij. Alber.Brun. in consil.xlj. col.j.& ij.Paul.in consil.clxiiij. col. fin. in ij.volum.& in consil.cccxj.incipien. Circa id quod quæritur. in j. vol. Curt. senior in consil. xlviij. col. viij. & ix. & in consil.xxv.in prin.Ias.in ix.q.Capic. hic.Deci.in cons.cxxxviij.col.iij.& cõsil.clxiiij. & facit dictum Bal. in l. indicia.C.de rei vend.Bal.inl.si quam.C.de oper.lib.Bal.in c.j.de cap. qui cur. ven. Ilern.in c.j.§.fin.in quibus caus.feud.amit.gloss.& Iser.in constit.constitutionem.Iser.in c.j.§.sed nec alia. quæ fuit pri.cau.benef.amit. &in §. nulla. qd sit inuestit. Oldr. in consi. ccxxxiiij. Lud. de Roma.in consil.lxx.& in constit. regni,si quis vasallus.& in constit.si quando. & per Soc.in cons. cclvij. incipien. Visis instrumentis Romanorum. & Alex.in l.etiam.ff.soluto matrimonio. in prim.colum.final. Quid dicemus nos? Hoc dicam, vt ne legentiũ ingenia confundantur, hunc articulum in septem capita diuidamus. Primum, si res subiecta feudo possit per se esse burgensatica

ca. Secundum, si simpliciter concedi tur, an præsumatur secũdum propriam naturam cõcessa. Tertium, si ipsa res feudalis conceditur pro cẽsu ab eo qui habet potestatem dandi rem feudalem sub natura burgensatica nulla facta mẽ tione fidelitatis, an tunc stet sub natura feudi, an sub natura rei burgensaticæ. Quartum, si conceditur pro censu, & simul reseruata est fidelitas, si non obstante præstatione census adhuc reguletur, vt ita loquar, à iuribus feudorum. Quintum, si in istis rebus taliter concessis succedamus secundum regulas iuris feudorum. Sextum, si feuda, non dico cõcessa sub censu, sed empta, sint feuda: &, an in eis consideretur pro uidentia dantis, sicut in omni feudo donato. Septimum, si assensus requiritur, cuius assensus interuenire debeat.

¶ Et quo ad primum, an feudum possit habere sub se res burgensaticas, est animaduertendum, rerum diuisionem, quantum ad rem nostram attinet, trifariàm esse considerandam. Etenim cùm natura res omnes liberas fecisset, res ipsas in rudi materia consistentes, modò allodiales, vt in c. j. de allod. modò verò burgensaticas, quasi burgensi modo & non subiectas à burgensib. hominibus

Varia rerum omnium natura, atque origo.

Res ipsæ originē liberæ.

Dominium uniuersale.

Dominium particulare.

Dominiũ utile.

possessas, vt in const. personas. res ipsas appellarunt. In quibus, etsi quodã vniuersali iure cõsiderato, dominium aliquod, vt in l. deprecatio. ff. ad leg. Rho. de iact. regẽ habere dicimus, nullum tamen domininm particulare directũ, vel vtile, rex in bonis illis retinebit, vt in c. j. §. ad hæc. de pac. iura. fir. aliàs in tit. de allo. Ita dicebãt Pau. in cõs. clxj. in prin. Old. quem refert Alex. in consi. cxxxix. in j. vol. gloss. in l. & si quis. §. sed interdum. ff. de relig. & sumpt. fun. in verbo, oportebit. & in l. pen. C. de inge. & manu. in verbo, libertinitatem. & p Doct. præsertim Hostien. in c. nimis. Extra. de iureiuran. & in l. si familiæ. C. fam. herc. Cuius vniuersalis dominij occasione, quo ad iurisdictionem, vel ipsi regi, vel alteri, cui hoc à rege concederetur, subijci possent, & non aliter, vt in d. c. primo, de allod. ita vt res ipsa burgensis, quæ possidetur, burgẽsatica remaneat, iurisdictio autem ipsa in propria natura regali consistat. Rursum & hoc scire debetis, res has cùm deinde in quasdã species enumeratas in c. j. in tit. quę sint rega. conuersæ essent, aliud nomen aliamq; naturam assumpsisse, ita vt regalia quoq; dicta sint: quod sanè verbum aptum est comprehendere patrimonia-

nialia & fiſcalia ipſius regis, ſecundum Iſern. in conſtitut. ſcire volentes. Vnde hoc ſecundo modo diſtincta ſunt regalia ipſa à burgenſaticis iam dictis: Bona verò ipſa regalia, duplicis ſunt naturæ: quia ex his quædam inhærent oſsibus regis, vt nullo modo alienari poſsint: quædam verò, etſi regalia ſint, alienari tamen conſueuerunt, vt per Luc. de Pen. in l. j. C. de priui. ſchol. col. v. de quo latiùs infrà cum Iſern. in articulo de poteſtate vicarij, dicemus. Deinde verò & tertio loco feudalia quoque, vt in cap. primo, §. final. in quibus cauſ. feud. amit. quædam ex ipſis rebus effecta ſunt, dum ſiue burgenſatica, ſiue regalia permanerent, in feudum ſunt conceſſa: ita quidem, vt res ipſæ hominum voluntate quandoque primam naturam burgenſaticam tenentes, aliquas qualitates diuerſas aſſumant: vtpote, qualitatem emphyteoticam, libellariã, cenſualem, vel conſimilem: de quibus in rub. & in l. j. C. de iure emphy. per Bal. & Doct. quandoque in aliam naturã conuertantur, quãdo de burgenſaticis regalia, vel feudalia ſunt effecta: vel ex diuerſo de regalibus burgẽſatica, vt in cap. j. de allod. vel, quia dũ feuda ſtant in natura feudi. *Burgenſatica. Quaternata.*

quaternati, quãdoq; primam naturam tenentia in aliam ſpeciem conuertuntur: exempli gratia, ſi ſubinfeudantur ꝑ aliqua parte, quia feuda adhuc ſunt, non tamen quaternata, ſed plana & de tabula: quæ qualia ſint, Iſer. in cap. j. de controuer. apud par. ter. in conſtit. poſt mortem. & in cap. illud tamen. quæ fuit prima cau. benef. amit. & in conſtitut. vt de ſucceſsionibus. declarat: vbi in effectu concludit, vt ſicut feuda quaternata erãt in dubio omnia caſtra quæ ſtabant in montibus pro defenſione regni, ita ex diuerſo feuda quæ concedebantur alijs ſubfeudatarijs pro carnibus, pane & viuere domi, vt prædicta gloſſ. dicit, feuda plana & de tabula dicerentur: non autem quòd in montibus non conſiſterent feuda plana, & in planitie non conſiſterent feuda quaternata, ſed quia ſic frequentiùs conſtituebantur, prout ſuo loco infrà latiùs hoc examinabo. Et inſuper quia multoties, aut cum aſſenſu regis, qui feudalia facit burgenſatica, vel contrà, vt in cap. j. de allod. cap. j. de vaſ. decrep. ętat. & in c. j. de feud. non hab. prop. natur. feu. vbi Doct. notant: aut ſpeciali conſuetudine, vt in cap. j. de his qui feu. da. poſ. euenire ſolet, vt feuda quãdoq; pri

Plana feuda, & de tabula.

mam

mam naturam amittẽdo in contrariam & diuersam speciem conuertantur: ver bi gratia, quando conceduntur & alienantur pro mãso, quod est paruum territorium quantum vnum par boum laborare potest, c. j. §. si quis de manso. de contro. inuest. vbi per Doct. & per glo. in c. j. Extra. de testib. Vnde homines illa territoria tenentes, demansati nuncupabantur, secundum Aluar. in prælud. feud. q. vij. post Spec. in tit. de feu. §. feudo. versic. sed nunquid. Aut pro attenasia, quæ idem est in regno nostro, quod mansum apud Lombardos, eo quòd ita tenentur à villanis pro reditu panis, carnis, ordei, vel pecuniæ, vt dicit gloss. in constit. vt de successionibus. aut pro libello, vel sub natura emphyteotica, aut aliter ad longum tempus locantur sub natura burgensatica, vel in propria natura burgensatica feudo sunt acquisita, vt in c. j. §. è contrario. de inuest. de re alien. fa. hac ratione dubitatur, si sub feudo possint hæc bona in propria specie comprehendi, ita vt licet subsint feudo, adhuc burgensatica nuncupentur. ¶ In quo illud principiò sciendum est, feudum dici quoddam vniuersum: in quo vt sit vniuersum, non dubitamus, nec illud quærimus, quid sit vniuersum, & si

Mansum quid.

Feudũ est quoddam uniuersum

est illud, quod recipit diminutionem, vel augmentum, vt declarat Franciscus de Aret. in l. j. ff. soluto matrimo. vel si continet iura, vel corpora, secundum Bart. & scribentes ibi cum concordātibus: hæc enim relinquimus Ciuilistis: dubium tamen, quod inter Feudistas habetur, est, postquam est quoddam vniuersum, si est vniuersitas facti, vel iuris. ¶ Qua in re Iser. in c. j. quid sit inuestit. voluit secundū quosdā, vt omninò sit vniuersitas facti. Primò, quia si rectè consideramus vniuersitates iuris cumulatas in §. fin. Inst. per quas person. nob. acquir. non inuenimus feudū inter has esse connumeratum, sicut connumerauerunt peculium, hęreditatem, arrogationem, bonorum possessionem, & aditionem bonorum cau. libertatis cōser. Secundò, quia si à simili volumus determinare hanc vniuersitatem, magis erit similis vniuersitati facti, quàm vniuersitati iuris. nam grex vendicatur, ff. de rei vend. l. j. in fin. & feudum quoque vendicatur: quia licet quidam hebetes ingenio dubitauerint, an vasallus habeat vtile dominium secundum quosdam, quos recitat Pernus in consi. xiiij. in vij. col. de hoc est tex. formalis ibi, vtiliter agendi & excipiendi. de contro.

Vniuersitas facti, uel iuris, in feudo.

Dominium utile uasalli.

inter

inter vasal. & aliũ de benef. quã ob rem vendicari posse dixit Iser. in prælu. feudorum, in vltima quęstione, col. ij. argument. l. j. §. fi. ff. si ager vectig. pet. secundum glo. Mart. vltimã in l. íj. C. de iure emph. provt etiã ante ipsum tenuerũt Innoc. in c. cùm venerabilis. Ext. de relig. do. quẽ sequitur ibi Anton. de Butr. & cumulati per Guid. Pap. in decisio. cxlviij. Sic etiam, quia provt in grege sunt multa corpora distantia, l. rerum mixtura. ff. de vsucap. eodem modo feudũ vt plurimùm diuersos agros habet: quæ frequentia attendenda est, argument. l. nam ad ea. ff. de legi. & non quando in vnico prædio cõsisteret: quo casu non dicitur quid vniuersum, secundum Innoc. & Abb. in c. cùm seculum. Extra. de iure patron. Tertiò, vt non possit dici vniuersitas iuris, ea ratione patet, quia feuda veniunt in petitione hæreditatis, l. item videndum. §. & non tantùm. ff. de peti. hære. vt latiùs in c. j. an agna. quæst. viij. & in c. primo, de succeff. feud. firmauimus: & si in petitione hæreditatis veniunt corpora hęreditaria, & iura particularia sunt, quæ in petitione hęreditatis veniunt, vt in l. regulariter. ff. de pet. hæred. (modò seruitutes non sint propter patientiã quæ pręstari

debet cum hærede, quod factum non venit in petitione hæreditatis, secundum Bart. in l. & non tantùm. §. seruitutes. ff. de petit. hæred.) nam minimè videmus aliam vniuersitatem iuris venire in petitione hæreditatis, ita vt vnum vniuersum comprehẽdat aliud vniuersum iuris. Quartò apertè patet, quia vniuersitas iuris non vendicatur, l. vendicatio. ff. de rei vendic. & tamen feudum vendicatur, vt suprà firmauimus. Quintò & vltimò patet ex authoritate Innocen. in cap. cùm ad sedem. de resti. spol. cui placuit, vt quantum ad pertinentias castri attinet, territorium duntaxat cõsideretur, ita vt concesso castro cum pertinentijs suis, nil aliud veniat nisi territorium: ergo non continet iura: quia si illa continerentur, vtiq; comprehenderentur l. princeps. ff. de verb. signifi. & C. de senten. pass. l. iij. vt in simili de clausula, cum integro statu. dicimus in l. si quándo. C. de bon. vac. lib. x. de quo dicemus etiam cum Iser. in quęstione vicarij, concl. vij. Erit ergo tanquã vniuersum facti, vbi nõ veniũt iura nisi expressè dicatur, vt ff. pro soc. l. iiij. & l. quis ergo casus. ff. de pecul. Nec ob stat si diceres, qui habet territorium & vasallos, tunc iurisdictionem etiam habet,

Iura nõ ueniũt in conceßione castri.

bet,vt notat gloſſ. in c.j. quid ſit inueſt. & patet in l. pupillus.§. territorium. ff. de verb.ſignific. Rurſum qui habet reditus,vt in c.primo, §.fin. quid iuris ſit.habet iura: erit igitur quoddã vniuerſum iuris: quia vt feudum hoc modo conſiſtat cũ iuriſdictione & reditibus, quæſtio facti eſt: nos autẽ deſcribimus feudum in abſtracto, in quantum feudum eſt: quo caſu erit quoddam vniuerſum facti:& ita reſidet in effectu Iſern. in c.j. quid ſit inueſt. ¶ Sed attende quæſo, quia ſi rectè,vti decet, Iſern.verba ponderas,tria dixit Iſern.primum, feudum eſſe vniuerſitatem facti:ſecundum, eſſe vniuerſitatem iuris: & tertium, vt ſit quoddam particulare, & nullo modo vniuerſum:quæ omnia vera ſunt, licet debiliſsimis argumentis ab eo probentur. Rogabis, quæ vera argumenta erunt?Gradatim pergamus quæſo,ſcientes principiò, quàm malè locuta fuerit glo.in l.vendicatio.ff.de rei vendi.dum vult, peculiũ vẽdicari nõ poſſe, etiamſi in ſolis corporibus conſiſtat: eſt enim de directo contraria,l.ſi peculium.ff.de pecul. vbi Iuriſcõſultus apertè decidit, quòd, ſi peculiũ conſtat ex corporibus, & gloſſ.ſupplet,tantùm integra corpora vendicantur: Integra, dic tu, id eſt,

nulla diminutione æris alieni data, vt litera ibi dicit: quod planè dubium nõ habebat. Item dic, Integra, id est, vendicando totum peculiũ: quia ideo & tex. & glo. vim faciũt, vt ex corporibus tantùm constet peculium, ad hoc vt integrum vẽdicari possit, quia etiamsi contineret iura, singula corpora vendicari possent, vt notatur in d. l. vendicatio. ff. de rei vendi. & verba illa & tota lex essent super indubitabili contra l. quod Labeo. ff. de Carbon. edic. Non quidem glo. illam approbasset Isern. in c. porrò. quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. col. vij. ſi iſta conſideraſſet. Hactenus ea in medium produxiſſe ſufficiat, per quæ feudum quoddam vniuerſum facti eſſe patet. ¶ Supereſt nunc, vt contraria argumẽta proponamus, pro qua quoddã vniuerſum iuris eſſe oſtendamus. Nam videmus in primis ſub feudo contineri ius patronatus, vt in cap. ex literis. & c. cùm ſeculum. Extra. de iur. patr. Continentur quoq; ſeruitutes actiuę & paſſiuæ, vt in c. j. §. quid ergo. de inueſt. de re alie. fact. Continetur iuriſdictio, qñ habet vaſallos, ſecundũ glo. & Iſer. in d. c. j. quid ſit inueſti. & notatur in d. c. ex literis. & c. cùm ſeculũ. Cõtinet item iura exigendi cenſus, & cætera alia, vt in c. j.

§.

§. profectò. in tit. quid iuris sit, si post alien. vasal. feud. recup. Quibus hunc in modum ostẽsis, nemo certè erit, qui dubitare audeat, feudum esse vniuersitatem iuris, etiamsi potentiam feudi in abstracto, non autem in concreto considerare voluerit. Hanc enim ob causam dicebat Isern. ibi in versi. sicut & territorium. facti quæstionem esse, quasi dicat, si ita constaret feudum esse datum, tunc illud esse vniuersitatem iuris non negabo, tum maximè cùm gloss. in d. cap. quid sit inuestitu. Bald. in c. j. de duobus fratrib. de nouo bene. inuest. post glo. ibi, Luc. in l. j. C. de castr. omn. pala. pec. lib. x. & in l. j. C. de cast. pecul. mil. & Bald. in authen. cessante. col. iij. C. de legit. hære. dicant, feudum esse quoddã vniuersum, quod æquiparatur peculio, & siue castrensi, siue quasi castrensi, siue paganico, vt dicit Bald. in cap. j. §. j. de duob. fratribus. peculium omninò est: quod quidem peculium, esse quoddam vniuersum iuris perspicuum est. Etenim si feudum quoddã vniuersum est, sicut peculium, & peculium potest constare ex solis corporibus, vt in l. si peculiũ. & ibi glo. & potest constare mixtim ex corporibus & iuribus, vt in d. l. vẽdicatio. idem dicemus in feudo, vt qñque

consſtet ex ſolis corporibus, quandoq; verò mixtim ex corporibus & iuribus: & vnum, quod eſt plus, vt poſsit eſſe quoddam particulare, vt Iſer. fatetur in d.cap.primo, quid ſit inueſtit. in verſic. ſicut in grege. ibi, vt plurimum. quaſi quòdſi non conſiſteret in multis corporibus, ſed in vno tantùm corpore, non eſſet quoddam vniuerſum, vt in indiuiduo ita tenuerunt Innocen. & Abb. in c. cùm ſeculum. Extra. de iure patron. Hæc profectò vera argumẽta ſunt, quibus probantur illa tria, quæ paulo antè Iſerniæ authoritate propoſui. Reſtat modò reſpondere argumentis in medium productis, & quæſtio erat deciſa. Non obſtat primum argumentum, feudum non cõnumerari inter alia vniuerſalia in §.fi. Inſtit. per quas perſo.nobis acquir. quia ſi in non connumeratis eſt eadem ratio, non numerata inter connumerata comprehenduntur, vt in l.ob æs.C.de præd.min.& in l.j. C.de cond. indeb.& ibi gloſſ.& per Felin.latè in c. quoniam. vt lite non conteſt. & in cap. intelleximus, col. v. Extr. de iudic. tum maximè cùm feuda ſegregatam à ciuilibus cauſis retineãt determinationem: vnde de facili commiſceri non ſolẽt, vt in c.j.de feud. cognit. quam ob cauſam ibi-

ibidem connumeratum non fuit. Non obstat secundum argumentum, in quibusdam feudum esse simile gregi: quia non propterea sequitur, vt per omnia simile sit gregi, arg.l.final.C.de iuris & fact.ignor.præsertim cùm videamus dissimilitudines multas, quas suprà cumulaui. Nec obstat tertium argumentum, in petitione hæreditatis non venire nisi corpora & iura particularia, non autem aliam vniuersitatem iuris, quia vnum peculium vicarij ineſt peculio ordinarij, l. si seruus meus. & l. seq. ff. de pecul. Rursus vnum quoq; genus alterum comprehẽdit, vt in l. ij. ff. si certum petatur. Et nedum feudum tanquam vniuersum sub hęreditate cõprehendi potest, sed vna hæreditas ad aliam subalternari, ita vt vnũ sint, l. sed si plures. §. filio. ff. de vulgar. & pupill. & nihilo minùs proprias & antiquas qualitates tanquam separatas retinent, vt declarat Soccin. in l. cùm auus. col. lv. ff. de conditio. & demon. Et si aliena non quærimus, sed feuda põderamus, nónne in feudo quaternato comprehenditur feudum planum, & sic vnum vniuersum sub alio, vt in consti. post mortem? Nónne castrum quod quandoque esse vniuersum iuris confitemur, compre-

Vniuersum unũ quomodo aliud uniuersum comprehendat.

henditur simpliciter, vel secũdum quid sub comitatu? vt dicit gloss. in constit. vt de successionibus. & nos latè infrà eadem l. nostra dicemus. Quamobrem inconueniens esse non iudicabimus, vt feudum cum propria qualitate, & tanquàm vniuersitas iuris in hæreditate veniat. Hanc. n. ob causam ab ouo, quod aiunt, naturam rerum omniũ principiò examinandam esse duxi, vt verba hæc apertiùs nunc intelligeres. Nec obstat quartum argumẽtum, quia si volumus arguere de peculio ad feudum, distinguendum est, quoddam esse peculium continens iura & corpora, vt in d. l. vendicatio. quoddam verò, quod continet corpora tantùm, vt in l. si peculium. ff. de pecul. & ibi gloss. ita quidem vt si primum modum proposuerimus, quando continet corpora & iura, tũc iterum distinguendum sit, an peculiũ vendicetur totum, & tunc etiam q, contineat iura vendicatio, procedat secundum cumulata per Alex. in d. l. vendicatio. & per Guid. Pap. in decis. cxlviij. Aut vult vendicare aliqd particulare continens ius sub generali petitione peculij, & quia prolata sunt remedia ordinaria pro illis, vt declarat Bald. in l. j. §. fin. ff. si certum petat. hoc casu non procedit vendica-

dicatio. Itaq; intellige id, quod dicitur in d.l.vendicatio. ſecundum ſ. dictos & alios cumulatos per Iaſ. in §. omnium. Inſti. de actio. ſuper glo. Ex quibus perſpicuè patet, ea ratione idem dicẽdum eſſe in feudo, quia nulla exiſtente ordinatione contraria in vſibus feudorum, à regulis iuris Ciuilis iſthuc regulãdum eſt, c. j. de feud. cogn. vt quando conſtat ex corporibus, illa vẽdicentur, d.l. ſi peculium. ſi verò continet iura, ſeruentur prædicta. Hoc certè dicere voluit Iſern. dum reſpondebat ad l. pupillus. §. territorium. inquiens, facti quæſtionem eſſe, ſcilicet vt vno vel alio modo iudicetur. Nec obſtat vltimum argumentum authoritatis Innoc. in c. cùm ad ſedem. qa Innoc. nil aliud dicit, niſi vt cùm hęc in ſpecie ab homine conceduntur, non ſint de natura feudi: quod quidem nos non negamus, ſed bene hoc aliud affirmamus, vt ſi cum iſtis iuribus feudum ſemel erat conceſſum, vt tũc ſtent cum feudo, & dato iterum feudo alicui per nouam cõceſsionem, oĩa concedantur: ita vt feudum ſit quoddam iuris vniuerſum, quod Innocentius non negauit, quinimmo admiſit, vt ſuprà demonſtrauimus. His itaq; hunc in modũ explicatis, qd̃cunq; vniuerſum ſit, ſiue iuris,

siue facti, postquam vtrumque esse potest, obseruandum est, quòd sicut in iurisdictione totius regni particulares homines burgensatica & feudalia possident, ita & Baro particulares homines particularesque res etiam burgensaticas sub feudo suo & alieno possidere poterit, secundum decis. Sacri consilij cclxvij. ita quidē vt sub Comitatu adsit aliud feudum quaternatū simpliciter, vel secundum quid, secundum gloss. in const. vt de succ. & in const. post mortem. adsint & bona demanialia, & demensa, vt in c. j. de his qui feu. dare poss. & in c. j. epis. vel abba. feuda item plana sub ipso feudo quaternato, qđ habebitur loco vniuersi ad ipsum feudum planum, vt in consti. constitutionem. §. fin. & vnum, quod est plus, nempe vt sub isto feudo plano complectantur attenasiæ, mansa, cæteraque suprà enarrata in specie sua, licet hoc feudum planum subsit quaternato secundum Pari. in suo tracta. feudorum. Nec inconuenit, vt si qua ex his consistunt sub natura burgensatica, docto de particulari titulo, vt sint subiectæ feudo tanquā burgensaticæ, vt in c. primo, §. profectò. in titu. quid iuris sit. non tamen præsumitur nisi ostēdatur, secundum cumulata per

Burgēsatica bona sub feudo.

Planum feudū sub feudo quaternato.

per Socci. post alios in l. j. col. iiij. ff. de acquir. poss. & in consil. xcix. primo volu. incipien. In causa agitata. Iason in l. cunctos populos. & Corn. in consil. ccxlvij. in ij. vol. incip. Viso. In quo animaduertatis quæso, quia sicut non docto de titulo speciali præsumerentur feudales: sic quoque ostēso titulo, si apparet in titulo esse additas feudo vt feudales, erunt feudales: sin autem nihil de hoc dicatur, remanebunt sub feudo, vt burgensaticæ, vt in §. è contrario. de inue. de re alien. fac. & ibi per Doct. sed si non sunt additæ feudo, & constaret de titulo sub burgensatica natura, tunc quia iure distincto & separato illas possidet baro, non præsumerentur neque feudales, neque feudo subiectę: ita post tradita in d. §. è contrario. dixit Isern. in c. primo, versic. si verò probare non poterit. de controuer. inuest. Itaque concludit Bald. in l. cùm multa. C. de bon. quæli. Vnde & hoc aliud emergit, quippe vt tametsi Iser. in c. j. de cap. qui cur. vēd. Are. in cōsi. xl. & cumulati per Socci. in consil. lxxxvj. in j. volu. cum concord. concludant, vt alienato castro veniat iurisdictio: tamen si constat, quòd iurisdictio erat acquisita personæ, quæ distincta erat à feudo, cum feudo non

An præsumantur omnia quæ sunt sub feudo, esse feudalia.

transeat: argu.l.ergo.§.j.ff.de acquirer. rer. domi. quæ si in barone ita concludunt, multo fortiùs in aliquo particulari, docto de titulo idem dicemus. Ex quibus illud quoq; decisum habes, vt, tametsi baro soluat alicui ecclesiæ centum pro aliqua re particulari, vt baro, non ostenso alio titulo, quanquam respectu ecclesiæ recipientis pensionem non est feudale, illud tamen ius percipiendi reliquos fructus citra censum, quo ad baronem, præsumetur feudale, d.c.j.§.profectò.in titulo, quid iuris sit. Per quæ iam vides, non esse inconueniens, vt feudum tanquam quoddam vniuersum possideat & feudalia & burgensatica sub diuersis speciebus, vti tenuit Ilern.in l.ista,§.illud. in constit.si dubitatio. in constit. ab officialibus. & in c. j. qual. vasal.iura.deb.fidel.in fine.

Census qui soluitur à feudatario, an præsumatur esse feudalis.

¶ Sed tunc iterum aduerte, quia etsi res huiusmodi, in quantũ res, sunt burgensaticæ, ius tamen, quod feudum seu feudatarius habet, exigendi censum, frumentum, vel quid simile, quando sunt subiectæ feudo, & non feudatario tantùm, adhuc erit feudale: ita tenuit Neapol. glossator consuetudinum in consuet.incipiente, In bonis quondam mariti.in titu.in quibus reb. hab.loc.quar.

Ius exigendi cẽsum an sit feudale.

vbi

vbidicit, quòdsi baro qui tenebat feudū à rege cum consensu regis, dedit aliquā partem feudi ad cēsum in eo quòd consensit rem feudalem effici censualem, & omne dominium esse translatum, c. constitutus. Extr. de relig. dom. quia in hoc potuit sibi dominus prę iudicare, c. j. §. profectò. quid iuris sit. tamen illud ius percipiendi censum erit feudale, quasi subrogatum loco rei: allegat glo. in d. §. profectò. vbi text. est clarus. Et quia ille text. reputatur difficilis, & ab Iser. Alua. ac cæteris malè declaratur, dicamus hîc incidenter duo verba, vt verus sensus textus illius pateat. Vult ibi text. cùm alienatur pro proprio, vel ad censum, vel ad libellum, vt dominus ita sibi præiudicauerit in illo, vt si reuertitur ad feudatarium, quòd non teneatur iure feudi, secundum quosdam: quibus eam ob causam contradicit Isern. quia erit penes eum iure feudi largo modo, sed non ex prima infeudatione, in quo vehementer errat: quia feudum largo modo dici feudum, non reperitur in iure feudorum. Secundò, quia tex. dicit, tenebit illud quod recuperauit, pro proprio, & sic non iure feudi. Et tertiò, quia si capit ius de nouo ab eo qui tenebat rem vt burgensaticam, eodem iure

Explicatio §. profectò. in tit. quid iur. sit.

retinebit ſicut ipſe qui dedit. Sequitur poſtea verſiculus, dum modò ſcias. vbi dicit, quòd ius percipiendi cenſum erit feudale, quaſi ſubrogatum loco feudi, vt dicit Neapo. & in hoc omnes ſunt concordes. Deinde ſequitur verſiculus, illud verò ius. in quo verſiculo voluerunt quidam minuti Feudiſtæ, vt loquatur de iure, quo mediante feudatarius poterat petere cenſum: ſed errant, quia loquitur de iure, quo mediante is qui cõduxit ad libellum, rem ipſam detinebat, vt patet in text. ibi, illud verò ius quod per libellum tranſtulit. & ibi, ſed velut alterius rei datę per libellum. quaſi velit dicere, vt omnino ſit ſeparatum à feudo, & cùm ſint ſeparata, vt vaſallo refutante feudum retineat libellum, tanquam rem ſeparatam: & iſte eſt verus ſenſus, non ſcabroſus, non ita difficilis, ſicut Iſer. & cęteri dicunt: difficultas tamen, quæ in text. illo eſſe poterat, hæc eſt: quomodo eſſe poteſt, vt ipſe capiat cenſum, & ius ſoluẽdi cenſum conſeruetur, quia actio & paſsio non ſtant in eodem ſubiecto, l. in re communi. ff. de ſerui. vrba. præd. Sed dicite vos, vbi in eadem perſona ſunt duo dominia diuerſę ſpeciei, non eſſe inconueniens, vt actio & paſsio ſtent in eodem ſubiecto, ſecun-

Actio et paſsio quomodo poſſint ſtare in eodem ſubiecto.

secundum Roffred. Beneuent. in suis libellis, quē citat Alber. in d. l. in re cōmuni. Eadem namque ratione videmus, quanquam pignus non consistat in re propria, vt in l. neque pignus. ff. de reg. iur. tamen si à vasallo pignoratur feudū directo domino, considerari illud vtile dominium quod pignoratur, tanquam distinctum, cap. j. Extrauag. de feud. Sic enim res, quæ est burgensatica respectu tenentis, est feudalis respectu iuris percipiendi censum, frumentum, vel similia, vt villani existentes in castris faciunt: eamque ob causam villani res illas cum assensu directi domini sic cōcessas, sine alio assensu, nisi quatenus à iure Ciuili aut Canonico astringuntur, secundum notata in l. fin. C. de iure emphyt. bona illa ipsis concessa alienant, d. cap. j. §. profectò. quid iur. sit. feudatarij autem ius sine assensu non alienabitur, vt in l. ista. Ita dixit Isern. in constit. constitutionem diuæ memoriæ. in verbo, transactionis. vbi voluit, vt reditus gallinarum nō possit remitti sine assensu, quia feudalis est, & tamen rem redditiā simpliciter non esse feudalem. Hoc enim extra regnum, vt villani tales res, vti ius Ciuile permittit, alienare possint, clarum est, sed in re-

Assensus an requiratur in alienatione rerum quas villani possident.

gno ea de re satis dubitamus, quia glos. & Isern. in constitut. si quando contigerit. concludunt, vt villani & feudalia & burgensatica, quæ à barone tenent, sine assensu baronis alienare nequeant: mouentur, quia illa duntaxat alienare poterunt sine licentia, quæ & sine licẽtia emerunt, quasi res conuasallorum suorum, quæ à barone tenent, non possint sine licentia baronis emere: aliàs frustra loqueretur de licentia, si aliquo casu non requireretur: quod prima facie durum videtur, quia litera illa hoc non dicit, & argumentari hoc modo, esset à contrario sensu ius Ciuile corrigere, contra l. cum patrefamiliâs. ff. de cond. inser. vt latè examinat in feudis Curt. char. iiij. Rursus, quia si requiritur licentia, adhuc posset verificari in feudo, de quo non minùs loquitur constitutio, quàm de burgensaticis. Sed quia gloss. & Isern. authoritas magna est, à quibus in iudicando durum esset recedere, omissa distinct. Afflict. in d. constit. eosdem sequamur, animaduertentes Federicum inter cæteras regni constitutiones tres constitutiones promulgasse: primam videlicet, pro rebus regalibus, vt in constit. scire volumus, secũdam, in feudalibus videlicet,

vt

vt in constit. constitutionē diuæ memo rię. & tertiam, in rebus particularib. red dititijs: de quibus in const. hac edictali. & in omnibus istis constitutionibus eis dē verbis fuisse vsum, vt non liceat alienare, vel cōmutare cū diminutione: quę diminutio interpretatur, ne contra voluntatē dñi alium habeat feudatarium, vel conductorem, vt dicit glo. in d. constit. hac edictali. & nos suprà latè idem probauimus. Per quæ videtur, vt nullo modo villani sine assensu burgentica, quæ ex concessione tenent, alienare possint. Sed adhuc videtur obstare, quia sicut constit. constitutionem. non habet locū in feudis planis, sed tantùm in feudo quaternato, vt ibidem post gloss. Moderniores notant, col. ij. & in Decis. ccxliij. ita & pariformiter constitutio, scire volumus. & cōstitutio, hac edictali. intelligantur in rebus regis, nō in rebus baronum, provt litera apertè dicit. Sed dic, authoritatem glo. & Iser. in hoc opitulari, quia dū constit. si quando. inquit, ea quæ cum licentia emuntur, non posse sine licentia alienari, loquitur in barone: vt patet ibi in text. homines, Comites, seu baronum. & paulo pòst in secūdo respōso, dū loquitur de successione bonorū (agnatis non

existentibus) minimè dicit baronē succedere in his quæ vasallus tenet in feudum, sed in his quæ tenet de feudo: qđ quidē verbū verificatur in omni re subiecta feudo, quasi dicat in his quæ sunt de feudo, succedat baro, nec sine barone alienentur, quia in his succedit, quæ sine licentia sua alienari non possunt: in quo magna est gloss. & Iser. authoritas. Bene facit ad hoc text. in constit. si quando. ponderando, quòd bona illa erant empta sine licentia baronis in terra demanij & pertinentijs eius, in quo territorio etiam, quòd vasallus baronis aliquid possedisset, vt ibidem litera dicit, in verbo, quibuslibet. vtiq; vēderet alteri vasallo baronis sine licentia baronis, quia constitutio non se fundat in eo quod tenet homo, vasallus baronis, sed in eo quod tenet de feudo baronis. Hic certè verus sensus illius constitutionis est. Nec corrigitur ius ciuile, vt ipsi dicunt, quia de iure ciuili introductum est, vt res quæ domino directo aperiri possunt, non alienētur sine assensu domini, l. final. C. de iure emphyteo. quod generaliter ampliatur in omnib. rebus, quæ aperiri possunt regi, vt in cō stit. hac edictali. vel baroni, vt in const. si quando. Sed quidsi ius ciuile corri-

ge

geretur, nónne etiam à contrario sensu liceret corrigere ius ciuile, si aliquo modo se conformaret cum alijs cõstitutionibus regni? vtique quia primum ius est regni, vti dixit Isern. in cap. j. §. hoc autem. colum. j. in medio, in tit. de his qui feud. dar. poss. Hoc tamen te latêre nolo, vt cùm in regno sine licentia villani res istas alienant, si seruitium domini non diminuitur, contractus non sit ita nullus, sicut in feudo constitutio, cõstitutionem diuę memorię. statuit: quia dum potuit de facili ita dicere in alijs duabus constitutionibus, sicut in constit. constitutionem diuæ memoriæ. dixit, illud cum instantia relaxauit, vt ita annulletur, sicut à iure ciuili rerum alienarum alienatio inhibetur, secundum Iser. in consti. scire volumus. per totum titulum, C. de rebus alien. Cui opinioni subscripsit Afflic. absq; lege, vel ratione, in d. constit. hac edictali. Deinde & hoc aliud vos scire volo, vt non in omnibus iuribus redditicijs regi, aut baroni idem dicamus, sed in his quæ ex caducitate in totum ad eos reuertuntur: quia hoc est interesse dominorum, & ratio finalis prohibitionis. Vnde si res propria submitteretur pro decem, quia tunc sola illa decem aperirentur,

Corrigitur ius ciuile per argumentum à contrario sensu, quando iuri regni se conformat.

& nō tota res, licebit rem illā alienare reseruatis decē. Ita concludit Isern. per iura ab eo citata in d.const.hac edicta-li. Ex quo correlariè infero, vt cùm pro dote predicta bona alienari posse in spe cie à constitutione non prohibeantur, sicut dicimus de feudo in c.j.§.donare. qual.ol.feu.alien.po.si in dotem dede-rint, stemus iuri cōmuni, quo cauetur, vt sine assensu eiusmodi res dētur in do tem: arg.authen.res quę.C.cōmunia de leg.& sic in similibus in specie à consti-tutionibus nō prohibitis, & à iure com muni permissis, arg.l.pręcipimus.C.de app.in fin. Et vltimò hoc aliud adda-mus, nēpe vt in casu, in quo res nō pos-set alienari sine assensu baronis, illud e-tiam dicemus, vt eā ob causam nō suffi-ciat interpellare dominū, si vult cōsen-tire, vt in casu l.fin.C.de iure emphy. a-liàs habeatur pro cōsentiente, quia res hæc pars feudi esset, quæ regulatur secū dum terminos feudales, à quib. ad em-phyteosim haud quaquā licet argumen tari. ¶ Quo verò ad secundū, si præ-sumitur in dubio secundū propriā natu ram rē, quę cōceditur esse alienatam, de hoc nō disputamus, per text. in l. si sti-pulatus.ff.de vsur.& l.emptorem.§.j.ff. de act.empt. Nam alteratio non præsu-

Dos à villanis vasallis constitui potest in re-bus quas possi dent.

mitur,

mitur, nisi expressè agatur, vt notatur in c.j. de feu. nō hab. prop. nat. feu. & in c.j. de vas. decrep. ætat. vt in feudo Franco s. latiùs cōclusimus. ¶ Quo ad tertiū, quādo res feudalis cōceditur pro cēsu ab eo q̄ potest rē ipsam alterare, sub alia natura q̄ feudali, vt in c. j. de allod. & in c.j. qd iur. fit. putà, si Baro rege consentiente talia concederet, quoniam si talem potestatem nō haberet, non posset alia lege dare, q̄ ipse habet, vt in c.j. §. ex eadē. de lege Corra. imò in regno, nec sub eadē lege, vt in cōstit. constitutionē diuę memorię. §. fin. Et tunc si dominus expresit voluntatē, quia multa & diuersa facere potuit, & constat quo modo dedit, nō erit cōtractus feudalis, sed alius cōtractus secundū formā concessionis factæ. Nā posset esse cōtractus innominatus, secundū Bal. in l. liberti. C. de ope. libe. aut cōtractus locationis, vt ipse etiā Bald. dixit in l. falsa. C. de iuris & fact. ign. vel censualis, secundum Alber. in l. ij. C. de iure emphyt. vel emphyteoticus, prout magis frequenter in eodem feudo contrahitur, secundum Ioā. Fab. & Ias. in l.j. C. eod. Quia postquam tu vides feudum esse quoddam vniuersum aptum comprehendere omnes hos cōtractus, & cōstat hoc factū

Alteratio non præsumitur.

Census nomine res feudi cōcessa, an sit feudalis.

esse ab eo, qui potestatem faciendi habet, illud erit: nec stamus tũc cõiecturis, vt præsumatur prima natura feudalis durare, sed veritati quæ apparet, & præfertur præsumptioni, cap. final. de præsumpt. Hoc enim videmus in feudis, in cap. j. de feud. non hab. prop. nat. feu. & in cap. feudum ea lege. si de feud. fuer. controuer. Sic enim intelligendę sunt doctrinæ dicentes, feudum datum pro censu non esse feudum, hoc est, quando census & fidelitas ex æquo promittuntur: sed fidelitate prætermissa, census tã tùm præstationem, & non aliud intuiti sunt. Sic quoque restringenda est doctrina Iac. de Beluis. in prælud. feud. col. j. vbi dicit, in nullo differre feudum ab emphytheosi, nisi quia emphytheosis attẽdit præstationem quandam annuã, feudum verò considerat homagium, sci licet quando datum est simpliciter, nõ autem quando simul præstatur census, & promittitur fidelitas: quia vtrumq; attenderetur: pro quo allegat text. in c. si diligẽti. Extra. de præscrip. sed potuit (vti Feudistæ cõueniebat) allegare tex. in cap. j. §. fin. in quib. caus. feu. amit. Itidem & doctrina Cyn. in authẽ. ingress si. colum. final. C. de sacrosanct. eccles. dum ait, seruitium reale non facit feudum,

dum,

dum, sed fidelitas cum præstatione seruitij personalis: dic tu, quando scilicet aliquod feudum est datum pro seruitio reali, non dicto, in feudum. quia si dictũ esset, in feudum. aliter diceremus. Et ideo malè doctrinã illam allegant Bal. in l. liberti. C. de oper. liber. colum. fin. & Alexand. in l. vtrùm. colum. ij. ff. de verb. oblig. & Dec. in consil. cxxxviij. vnà cum ibidem cumulatis ab eisdem, dum ponderant fuisse datum in feudũ: nam hoc non dicit Cyn. in ratione, quã allegat, sed bene ipsum appellat feudatarium propter feudum sic de facto postea concessum: qui si ita diceret, vt Bald. & suprà dicti dicũt, rem fuisse concessam pro censu, & in feudum, si mul cũ Bal. malè loqueretur: quia quando est expressum, vt teneat in feudum, præter ea quæ remissa sunt in specie, in cæteris per oĩa iure feudi detinetur, vt in cap. j. de feud. non hab. propr. natur. feud. vti toties suprà diximus: ea namque ratione decepti sunt, quia crediderunt, vt cùm quis ad præstationem realem annuam obligatur, per omnia à fidelitate liberetur, & fidelitas non promissa in specie in dubio cum censu stare nequeat, ne duplici onere grauetur. Quod quidem falsum est, quia partes

Fidelitatis pars altera affirmatiua, altera negatiua, ita ut remissa una minimè censeatur remissa altera.

fidelitatis multæ, sunt & affirmatiuæ & negatiuæ, vt in c. j. de for. fidel. & si eximeretur à seruitio personali in faciendo, non propterea à cæteris partibus fidelitatis esset exemptus, vt dicit Feli. in c. cęterùm. col. iiij. de iud. vt §. in specie feudi Franci dixi. Sic. n. Sacrũ consiliũ in decis. cxxix. interpretatur doctrinas illas, quãdo tales res sine inuestitura, & per cõsequens non in feudũ possidentur, per doctrinas ibidẽ ab Afflic. allegatas. In quo non minùs errasset Alex. in consil. cxxxvj. in ij. & iij. col. si intellexisset illam cõcessionem esse in feudũ, vt ponderat Paul. in consil. clxv. col. fin. in ij. vol. & cęteri qui hanc tenẽt partẽ, quos j. coaceruabo. Demus tamẽ nunquam fuisse Paulũ: nónne pro hoc textum habemus formalem, qui aliter considerat, vt concedatur feudum, vel concedatur in feudum, in c. j. de feud. non haben. prop. nat. feud. ibi, & quibus dederis. quo casu est burgensaticum: & ibi, in feudum. quo casu iure feudi omni no censetur? Pro quo ponderate vos verba Bal. in tit. de pac. Constan. in verbo, libellarię. in fin. qui non dicit, esse datum in feudum, sed quòd erãt feuda ecclesiæ, quæ dabãtur pro spalla porci, vel vt darẽt vnũ par caponũ, pecunias,

Feudum concedere aliud est, quàm in feudũ concedere.

vel

vel frumentum: & in fine subnectit, vt hoc non obstante, semper attendamus tenorem inuestituræ, & cõsuetudinem ecclesiæ, quasi considerauerit Bal. vt tametsi quando simpliciter dantur, non dicto, in feudum. non stent vt feudum, tamen non esse inconueniens, vt ecclesia inuestiendo concedat feudum pro spalla porci, & nihilominus sit feudũ, si dixit, in feudum. hoc certè nobis ostẽdere voluit, quando dixit, vt attendamus tenorem inuestituræ: d. c. j. de feu. non hab. prop. nat. feud. Et multò fortiùs, si fidelitas in specie reseruatur, c. j. de form. fidel. vt omnes dicunt. Ex quibus & hoc aliud emergit, quippe vt ita intelligamus id quod dixit Luc. de Pẽ. in l. j. col. xij. de impo. lucr. destr. vt hæc feuda rustica nõ iudicentur iure feudi, quia intelligendum est, quando nullo modo ad fidelitatem obligantur, vt declarat ipse in l. final. C. de fund. limit. colum. ij. & iij. Et ideo doctissimè determinauit Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. lxxxv. quòdsi feudũ est cõditionatum: putà, quia tenetur soluere capones, piper, vel similia, si non soluit per triennium, non comprehendatur sub regulis iuris communis, sed magis sub iure cõsuetudinario, postquã est da-

tum in feudum, argum.l. de quibus. ff. de legi. Per quæ vides, quo modo feudum conditionatum, quia erat datum in feudum, regulatur secundū iura feudalia. Nam præsupponit Spec. fuisse feudum cōditionatum, ex quo non minùs colligitur, si non esset feudum, vt reguletur à regulis iuris communis, sicut cæteræ res burgensaticæ regulantur: ita vt omnis vis consistat, si datur in feudum, nécne? ita notāter ponderat dictum Speculatoris Alex. in consil. ix. colum. iij. in v. volum. Hæc autem cùm ita se habeant, reassumando materiam, tria sunt consideranda capita. Primū, quando datur feudum, non dicendo, in feudum, sed pro censu, vel annua pręstatione: tunc enim minimè dubitamus, etiam quòd res sit de feudo, nō esse feudum, maximè quando ab eo datur qui potuit naturam feudalem commutare, vt præmisi: secundum Cyn. in d. authē. ingressi. & ita intelligantur doctrinæ Bal. in d.l. liberti. & cumulata per Alex. in l. vtrùm. & per Modernos in cap. j. §. quin etiam. episcop. vel abba. Alexand. in consil. ix. in v. volum. & Alber. Brun. in consi. xlj. in ij. volum. & in constitut. si quando. in constit. regni. Alterum, quando est datum feudum in feudum, ex-

expresse reseruata fidelitate: in quo nequaquam dubitamus, quoniam omnes doctrinæ paulo antè allegatæ, non negant vt reseruata fidelitate sit feudum, per text. in cap. ad Apostolicę. Extra. de re iud. Tertium verò caput, quando cõceditur res feudi, vel totum pro frumẽto, vel quid simile, & expresse dicitur, concedo in feudum pro cẽsu: quo casu, quia nõ est expresse promissa fidelitas, dubium est, si promittendo censum, provt datur in feudum, implicitè promiserit etiam fidelitatem. Hoc tertiũ caput facit multos errare, sed non errauit Socci. in consil. cclvij. colum. ij. cui placuit, vt in dubio copulatiuè præsumatur promissa fidelitas cum censu. Cui sententiæ addẽdum est, vt eam ob causam idem dicamus, quando simpliciter res data esset pro censu reseruata fidelitate, quia nil aliud est dicere, reseruo fidelitatem, quàm dicere, do in feudum: nam si dicit, do in feudum, quia de substantia feudi est fidelitas, cap. j. §. final. & in titul. seq. per quos fiat inuest. fidelitatem sibi reseruasse videtur: itidem si res data esset pro censu in feudum remissa fidelitate, quia constat rem esse datam in feudum, si pro seruitio personali remissa est fidelitas, non

propterea feudum esse desinit, vt suprà in feudo frãco hoc plenè probauimus. Nil quidem interest, vt quid explicitè, vel implicitè promittatur, argum. l. iurisiurandi. ff. de oper. liber. & l. fin. de liber. cau. Pro quo adducitur illud, quod dicit Salic. in l. fin. col. iij. C. de iure emphyt. quem sequuntur cumulati per Iason. char. clxxxvj. col. iiij. in fine, & col. seq. quippe vt si aliquibus verbis appareat, emphyteotã rem alienando intellexisse de iure suo superficiario, vel emphyteotico: putà, quia se emphyteotã vel censuarium nominauit, illud tãtùm alienasse videatur: quasi idẽ sentiendũ sit in casu nostro, cùm dixit, in feudum, vel concedere feudum, ita quidem vt cætera remisisse videatur, non tamẽ vt desinat esse feudũ. Hęc certè vera mẽs Bal. fuit in d. §. libellario. Zabar. in consil. xcij. Aluar. in c. j. §. nec alia. col. ij. in fine, quæ fuit prima caus. benefic. amit. Alex. in consil. ix. in v. vol. Albert. Brun. in consil. xlj. col. ij. Lud. de Rom. in cõsil. lxx. Par. de Pù. in trac. re integra feu. char. vj. libro meo, Socci. in cons. cclvij. & Pau. de Cast. in consil. clxv. col. fin. in ij. vol. vbi, vt iam dixi, ponderat, quòd aliud sit cõcedere feudum, quàm in feudum: arg. c. j. de feu. non hab. prop. nat. feud.

feu. At quid verbis moror? Nónne tex. de hoc eſt clarus in c.ad Apoſtolicæ. de re iud.in vj.vbi datur pro cẽſu, & tñ eſt feudum,quia datũ in feudũ, quoniam quando datur in feudũ,cenſus fuit cauſa impulſiua,ſecundum Alex.in d.conſ. ix.Zabarel.in conſ.xcij. & Alber.Brun. in conſil.xlj? Hoc ſanè tenendum eſt ſemp,cùm pro fidelitate datur, quamvis præſtatio cenſus eſſet magna, poſthabita opinione Martini, quem ſequitur Iaſ.in prælud.feud.colum.xxiij. vt animaduertendum ſit,ſi cenſus eſt magnus,vel paruus,comparatione ad fidelitatem,quia in fidelitate non attenditur magnitudo,vel paruitas,cùm ſit qd incorporale,vt patet in c.j. de for.fidel. licet executio ſeruitij poſsit eſſe magna,& parua,& p cõſequens,nõ eſt res, quæ cõmenſurationem cum cenſu habeat, & ſi quid diminuitur à feudo recto, ſi datur in feudum, ſemper remanet in natura feudi conditionati, vt s̃.in hac ſpecie feudi Franci probaui, ſic feudum emptum feudũ erit,quia nõ minùs fidelitas,quàm pecunia,in mente domini adeſt.Per quæ damnamus Iſer.opinionẽ,qui voluit,vt propter pretium feudum non eſſet ex prouidentia dantis,in cap.j.an agna.quæſtione pri-

Emptio feudi nõ auſert, quin feudum nõ ſit.

ma,vbi latiùs hoc disputamus. Nec te moueant dicta gloss.in constit.vt de succesionibus.in prin.& ibi Iser. & in verbo,in omnibus.dũ eis placuit, has res paruas minimè secundum regulas iuris feudorum esse terminandas,per text.in c.j.§.notandum.de his qui feu.dar.pos. & in c.j.quis dicatur dux. Fatemur nãque verum hoc esse,vt iure antiquo succesio aliqua non daretur in feudis, & Corradum succesionem dedisse in feudis,quo ad milites illos maiores. Fatemur insuper noluisse,vt extẽderetur ad eos,qui ita non militabant, vt in §.notandum. & in c.j.quis dicatur dux.ergo non est feudum: bona venia gloss.& Isern.nego consequentiam, quia feudũ guardiæ,quod finitur morte, & cætera similia parua feuda, non essent feuda: quod est absurdum,vt in c.j.de feu.gua. & in cap.j.§. fin. quis dicat. dux. Sed quid adhuc disputamus?nónne hæc differẽtia hodie inter feuda magna & parua iam sublata est?vt in c.j.de nat. feud. plus ergo & minus differentiam specificam non faciant. Quia non attendũt prædicti Doctores, rem esse magnam, vel paruam, sed attendunt si præstatur cẽsus,néne?& si ei copuletur fidelitas, aut non ? Quamobrem in comitatu,

Bal.

Bal. in c. significauit. de rescript. quem refert Iacob. in verbo, fœminis. versic. sextò fallit. in ij. col. propter cēsum pro missum voluit nō esse feudum: nec vim faciebat, an essent parua, vel magna, provt suprà dicti volunt distinguere: postquā comitatus datus pro cēsu sine qualitate feudi, non est feudum. Hæc ergo feuda parua, cōcessa ab eo qui illud facere potest domino, lege, vel consuetudine volentibus, si non dantur in feudum, bene iudicantur vt burgensatica, vti Sacrum consilium determinauit in causa Vincentij Barilis, cuius meminit Capic. hîc: quæ tamen eo modo, vti in capite primo dixi, circa alienationem regulari debent. Per quæ & tertium caput, & quartū explicata sunt. Quo verò ad quintum, de eo diximus in c. primo, de nat. succeſſ. feu. Et sextū caput pariter in c. j. an agna. q. j. examinauimus. Septimum verò, si vtriusq; requiratur assensus, infrà vnà cum Iser. suo loco discutiemus. ¶ Limita etiam Capic. si statuto ciuitatis liceret feudū sine assensu alienare? qui pūctus ab illo dependet, an statuta ligent feuda? de quo dixi in c. j. de feud. cognitio. ¶ His itaque hunc in modum explicatis, Iserniæ doctrinam explanemus ibi in versic. debet

ergo dominus consentire. vbi cùm animaduertisset perpetuò in hac sua doctrina conclusum fuisse, Vasallum sine consensu directi domini non posse de feudo disponere, & si quicquam in contrarium fieret, ipso iure esse nullum: ex his hanc consequentiam colligit, ergo pro validitate actus semper dominus debet consentire: & quia dominus potest consentire, expressè, & tacitè: verbis item apertis, vel per modum extensionis: volens Isern. materiam extensionis declarare, reassumẽdo quæstionem gloss. in verbo, sine permissione. dicit: Quoniam perspicuum est in materia assensus de persona ad personam nullam admitti extensionem, l. sicut. §. si debitor. lo vltimo, ff. quibus modis pig. vel hyp. solu. ex. hoc sequitur, vt data licentia, quòd vẽdatur Titio, non valeat venditio, si vendatur Sempronio. Qui quidem text. videtur prima (vt aiunt) facie opinionem Iser. non probare, eo quòd tex. ille loquitur, quãdo fuit data licentia actiuè, hoc est, vt Sempronius debitor vẽdat: quo casu non extendatur ad extraneum, ad quem res aliquo modo peruenit: hîc autem passiuè, vt data licentia de vendendo Titio, non possit vẽdere Sẽpronio: sed siue detur actiuè, siue

Extensio assensus secundũ Iserniæ doctrinam.

siue passiuè, parũ refert, satis cùm sit in illo text. hanc regulam probari, nempe vt si vni personæ detur, ad aliã nõ extendi: hoc. n. est quod põderauit Iser. Ponderat secũdò, quia de contractu ad contractum nequaquã fit extensio, vt in d. l. sicut. §. sed si pmiserit. ita vt qui habuit licentiam de vendendo, non posit donare: qui text. meo iudicio non probat intentionem Iser. immo totum contrarium: quia qui consensit, ideo consensit secundum vnum intellectũ, vt ipsi quoque res expediat, id est, ipsi creditori, cui soluere debebat: vel secundũ alium intellectum, vt ipsi debitori expediat, qui alicui volebat soluere, qui fortè erat anterior, vt liberaretur ab onere illo: causa igitur, vel restringit, vel extendit assensum, sicuti in dicto textu patet: vbi, data licentia de vendendo, quia sic vtrique expedit, potuisset etiam dare in dotem, vt ab illo onere releuarentur, vt ibi in versic. quòd si in dotem. Bene tamen hoc text. ille probat, quòd si persona est electa: exẽpli gratia, vt donetur amico, non posit alteri, quàm illi donare. Pro quibus ponderat etiam Isern. text. in l. diligenter. ff. mand. quia in actibus dependentibus à volũtate tertij, mandatum debet adimpleri in forma

ſpecifica, quod non fieret in vtroque ca ſu propoſito: & vltimò adducit ratio-nem, quia cùm interſit domini non ven di alicui perſonæ odioſę, vti dicimus in l. fi. §. j. C. de iure emph. Verùm quia po-terat Iſer. obijci, ego fateor quod tu di-cis, ſed iſta ratio peccat in duobus: pri-mo, quia ſi ceſſaret odiũ, putà quia ven-deretur vni vaſallo domino grato, qui aliud feudum tenebat à domino, ceſſa-ret diſpoſitio concluſionis ſuprà dictæ, arg. l. adigere. §. quamvis. ff. de iure pa-tro. ratio iſta tua militat in perſonis, nõ autem in cõtractibus, & tu dixiſti, non modò extenſionem non dari de perſo-na ad perſonam, ſed nec de cõtractu ad contractum, & in contractibus hæc ra-tio ceſſat: quare, etc. Iſern. ſentiens hoc contrarium, confeſtim aliam rationem aſsignat, quę complectitur vtrumq; ca-ſum: quippe vt in re ſua, quã quis tranſ-ferre cogitat in alium, non attendatur damnum & intereſſe reſpectu rei, ſed tantùm damnum reſpectu voluntatis, ita quidem vt id damnoſum ſit mihi, quod contra voluntatem meam fit, arg. l. fin. ff. de vſu & habit. quaſi damnoſum ſit domino, ſi per alium contractum, quàm ipſe elegerit, feuda diſtrahantur. Nam vbi alia res fit, non attẽdimus vti-

litatem

litatem, ſed ipſam volũtatem, quæ non eſt adimpleta, l. diligenter. ff. mand. Quòd ſi fortè dices, fateor in l. fin. attendi damnum voluntatis, ſed illud eſt in re quæ eſt illius, cuius voluntas debet attendi: at in caſu noſtro dominium vtile, quod transfertur, eſt vaſalli, & non domini: quandoquidem directum dominium domini non alienatur. Iſern. vt hoc contrarium ſoluat, è veſtigio cauſam, propter quam argumentum hoc non obſtat, ſubiungit: quippe vt tametſi alienetur vtile dominium, quia tamẽ neque illud vtile alienari poteſt ſine aſſenſu ſuo, & conſentiendo videtur ipſe donare, vt dictum eſt per eundem Iſer. pluries, arg. l. lege obuenire. ff. de verb. ſign. vt notat gloſſ. in §. fin. Inſt. de tute. & ſic, ſi ipſe eſt qui transfert, ſatis à d. l. fi. argumentari poterit. Sed quia adhuc obijci poterat, nam quando rex conceſſit, vt feudum vendatur Titio, hic aſſenſus continet duo: alterum, vt vendat: alterum, vt Titio vẽdat: ergo vnumquodque de per ſe conſiderari debet, arg. l. Celſus. ff. de arbit. quo fit, vt ſi non vendiderit Titio, non propterea vitietur actus, ſi vẽdidit Sempronio: quia ſub hác licentia de vendendo oĩs perſona comprehenditur. Iſern. volens ſoluere hoc

contrarium, dicit se fateri contrarium, quando illa duo possunt considerari vt separata, putà si fierent ex interuallo: quia tunc primus actus de vendendo reperiretur per se perfectus, & haberet licentiam simpliciter de vendendo, vt paulo pòst ipse dicit in cautela, quam dat ostendendo, quomodo debeat impetrari assensus: sed si vnum venit ad limitationẽ alterius, & limitatio ipsa fit statim in eadem oratione, non ex interuallo, tunc non censentur duo, sed vnũ, arg. l. j. in fin. & l. seq. ff. de reb. eor. Sed dices iterum, minimè iura illa hoc probare: quoniam lex secunda, in fine, concludit, quòd si lex non assentit priuato, sicut assentit fisco, cum quo lex semper vult vt contractus pignoris valeat, l. certum. C. in quib. caus. tac. pign. contr. tunc opus esset consensu principis, & stant vt duo: ergo in casu proposito, vbi contraxerat cum priuato, non censetur vt vnus actus, sed vt duo. Tu verò respondes, Iser. rectè intellexisse illum tex. quia si ibi ideo prohibetur, quia lex repugnat, & ideo iudicãtur vt duo: ergo vbi lex non repugnat, stant vt vnum: & sic in casu nostro, rege assentiente, stabunt vt vnum: pro cuius intellectus veritate videte quę dicam in illo articulo,

an

an assensus super pacto de vẽdendo extendatur ad pactum de retrouendẽdo. Dat tamen cõsilium Iser.ne in hoc decipiatur is, qui impetrauit assensum, vt tu tius sit impetrare assensum simpliciter vendendi à domino directo feudi, quia rex talem licentiam de facili solet concedere, vti pluries hoc ipse vidit in regno Siciliæ. Nunc Iser. sentit aliud contrarium, ego fateor vt actus non stent, vt separati, vt in l. Celsus. quinimmo & propter celeritatem actuum stent vt vnum, vt in l. j. in fin. & l. seq. ff. de reb. eor. sed non propterea sequitur, vt non fiat extensio ipsius assensus. Nam tu fateris, regem donare feudũ consentiendo, ergo est beneficium ipsius principis: quo mediante, qui emit feudum, illud habet: sed sic est, quòd in beneficio principis latissima fit interpretatio, vt in l. fin. ff. de cõst. princ. & de verb. sign. l. princeps. & l. si quãdo. C. de bon. vac. lib. x. ergo semper in ea admittẽda erit extensio. Isern. sentiens hoc cõtrarium, illud format, & respondet, vt prædicta debeant intelligi in his quę sunt expressa per beneficium principis, vt tunc fiat extensio: sed in casu nostro nedum non sunt expressa, sed prohibita, quia cùm p̃misit vendi Titio, inhibuit ne vẽdatur

Assẽsum impetrandi cautela.

Sempronio, arg.l. cùm prætor.ff.de iudi. & l. maritus. C. de procur. Vnde remanet Iſer. in ſua concluſione ſuprà firmata, vt q habuit licentiã de vendendo Titio, non poſsit vendere Sempronio. Sciebat namq; rex optimè loqui, & ſicut qui dicit decem, non dicit dena, vt ff.de leg. j. l. ſi quis teſtamento. ita qui dixit Titium, non videtur dixiſſe Mæuium. Sum modò in additione, in qua Iſer.ſic ait, diximus paulo antè, quando permiſit vt vendatur Titio, non poſſe vendi Sempronio, & ſic paſsiuè non licere de vna perſona ad aliam aſſenſum extendere: quæro, an ex diuerſo actiuè fiat extenſio, vt ſi conceſsit, Semproniũ poſſe vendere, poſsit vẽdere Titius extraneus, ad quem feudum aliquo iuſto modo peruenerat? Et aduerte Iſer. loqui in terminis in quibus cõcluſerat s. quãdo ſimpliciter & indefinitè eſt data licentia de vendendo: quo caſu eam ob rem quæſtio difficilior videtur, quia ſi data tali licentia paſsiuè, vt vendat cuicunque poteſt vendere, eodem modo videbatur dicendum, vt ſi actiuè datur licentia de vẽdendo, vnuſquiſq; poſsit vendere. Iſern. tamen determinat contrarium, vt extraneus non poſsit vende re, per tex. in l. ſicut. §. ſi debitor. ff. quib. mod.

mod.pig.vel hypo. ſol.hæres verò poſſit, vt in §.precedenti,id eſt,ante §.ſi debitor.in ea.l.ſicut. vbi litera eſt clara.Et facit ad hoc,quia vnuſquiſque actum faciens,in dubio cenſetur facere pro ſe & hæredibus ſuis, l.ſi pactũ. ff. de probat. in fin. Sum in verſiculo, item ſi permiſit vendi rem. vbi Iſernia ſtante hac ſtricta interpretatione in materia extenſionis aſſenſus, quærit, an ſi rex conceſsit vt poſsit vendere totum feudum,virtute eiuſdem aſſenſus poſsit vendere partem? & dicit Iſer. partem ea de re vendi poſſe,quia in toto cõtinetur pars, vt ff. de excepr. rei iudi. l.ſi quis cùm totum. quamobrem magis dicemus, hanc partem comprehendi ſub toto,quàm vt de toto ad partem fiat extenſio. Nunc Iſer. ſentit vnam difficultatẽ, quæ hæc erat: Nam ex argumento ſuperiori bene colligitur, q, ſi feudum erat totum meum, & impetraui licentiam de vendendo totum, vt in hoc toto comprehendatur pars comprehenſiuè, ſed per hoc minimè determinatur, quid in caſu, in quo feudum eſſet pro parte meum, & impetraſſem aſſenſum de vendendo totum feudum, quia rex conceſsit poteſtatem vendendi totum:vnde tanquam mendax debet carere impetratis, ca.ex

literis. Extra. de reſcript. Dicit Iſern. etiam hoc caſu aſſenſum valere, & per conſequens contractum: quia id quod pro parte eſt meũ, meum dici poteſt, ff. de verb. ſignific. l. pupillus. §. finali. & ita reſidet. Sum modò in verſiculo, ſed ſi permiſerit. & quæro vnà cum Iſern. quid ſi dedit aſſenſum, vt poſsit vendere, nunquid poterit, non dico, donare, vt ſuprà dixi, ſed obligare tantùm, quod eſt minus? Et incipit arguere, vt poſsit, authoritate gloſſ. C. de patr. qui fil. diſtrax. l. ij. quia ſi pater poteſt vendere filium, poterit ipſum obligare: quia plus eſt vendere, quàm obligare: &, conceſſo quod eſt plus, videtur conceſſum id quod eſt minus. Secundò, quia is qui ſe obligat ad aliquid expreſſum, cenſetur ſe obligare ad ſimile non expreſſum, l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cauſ. quod ſi ita eſt, vt veniat ſimile non expreſſum, multo fortiùs veniet illud quod non eſt ſimile, ſed minus non expreſſum: quo fit, vt conceſſa licentia de vendendo, quod eſt plus, poſsit obligare, quod eſt minus, vt diximus ſuprá. Tertiò, nam quotieſcunque ſupplicatur principi, & tacetur aliquid, quod, ſi eſſet expreſſum, faciliùs obtinuiſſet, habetur pro expreſſo, vt C. ſi

contra

cõtra ius, vel vtil. publ. l. j. & l. præscriptione. vbi nõ oĩs taciturnitas impedit rescripti executionem, faciliùs autem assensum dedisset pignori, vel obligationi, quæ minus sunt, quàm vendere: ergo, etc. Nunc Isern. sentit vnum contrarium. Tenes igitur tu, vt vendere, seu obligare, aut donare habeant se vt correlatiua, & quod dicitur in vno, extendatur ad aliud, cùm posito vno ex correlatiuis censeatur positum & reliquũ. Isern. sentiens hoc contrarium, dicit, ne capies hæc tanquam correlatiua, in quibus concesso vno de illis extenditur ad aliud, sed alia ratione, nempe vt cui conceditur id, quod est plus, censeatur esse concessum id, quod est minus: non autem contrà, vt concesso eo quod est minus, censeatur concessum quod est plus, ff. de seruit. vrban. præd. l. seruitutes. §. si seruitus stillicidij. ff. de ser. expor. l. cui pacto. & ff. de reg. iur. l. non debet. Nam si concederet rex, vt possit pignorare, nõ poterit propterea vendere: quia illud, quod est grauius, non potest, quod est leuius, sic: vt ff. de seruit. vrban. præd. l. seruitutes. §. si stillicidium. ibi, ne fit pro stillicidio flumen. Itaque Isern. confirmat id quod dixerat, vt si illud, quod est plus, licet, id

liceat, quod est minus, per l. cui pacto. ff. de ser. export. & l. non debet. ff. de regu. iur. Nunc Iser. reuertitur ad quęstionem, & arguit quartò: nam videmus consensum hominis, quando permittit alienationem, recipere extēsionem, vt omni modo, quo potest, sibi noceat, ita quidem vt si consenserit alienationi rei alterius, ob quod iuri suo cessit, eam ob rem extendatur iste assensus ad casum, quando res illa iterum efficeretur debitoris, vt in l. j. C. de remiss. pig. quia semel respuit ius suum, & permisit alienationem, ergo non est inconueniens, vt assensus de alienando, postquam dominus consensit alienationi, extendatur ad minorem modum, saltem vt obligando alienetur, postquam alienationi voluit consentire. Quintò arguit, ad quid disputamus, nam appellatione alienationis omnis contractus comprehenditur, vt ff. de statu lib. l. statu liberi à cæteris. §. Quintus Mutius. quem tex. non inducerem, cùm hoc agere non intendam: sed quia Capic. in eo multum se inuoluit, ideo dic, ibi duas quæstiones disputari: Alteram, cui soluenda sint illa decem, vel viginti, & hoc determinatur, vt soluantur hæredi scripto, vsque ad versiculum, de illa. Altera verò quæstio

Intellectus l. statu liberi. §. Quintus Mutius. ff. de statu liber.

quæstio erat de hæreditate. Quærit itaque ibi Quintus Mutius iurecõsultus, quid si sententia esset lata contra hæredem scriptum, cui soluit, an reuertatur in seruitutem? & Quintus Mutius dicebat, in seruitutem reuerti: sed Labeo distinguit, inquiens: Aut lata est sententia iustè, & reuertitur in seruitutẽ: aut lata iniustè, & sententia lata contra hæredem non nocet Andronico, qui vult ostendere iustè se soluisse: & dubium erat, quia si sententia non iuuat, quin Andronicus reuertatur in seruitutem, quia iniusta est, eodem modo si apparere potest de iniustitia in causa principali. Pomponius verò respondet, quòd licet Quintus Mutius distinguat: Aristo. scribẽs Celso, affert pro se legem duodecim tabularum, quæ determinauit, vt cùm statuitur vt aliquid vendatur, cẽseatur adimpletum omni modo, quo res alienata fuerit, quia hæc fuit intentio, vt alienaretur: quo fit, vt cùm iussit dari suo siæredi, intellexit de eo, qui cum affectu quomodocunque esset hæres: vnde sequitur, vt in illo casu nulla sit lis admittenda, quin hũic hęredi qui habuit pro se sententiam, illa viginti danda non sint, & nihilo minùs nihil nocebit libertati ipsius Andro-

nici: quia aut soluit huic, qui pro se habuit sententiã, & per hæc tutus est: aut soluit ei, qui succubuit: & quia debet restituere hæreditatem, in qua etiam complectitur hæc pecunia, habebit quod suum est, & liber erit. Cuius legis argumento iam patet, vt habito consensu de vendendo, omnem cõtractum possit facere. Isern. verò huic argumento sic respondet, hoc verbum, emptionis. quandoque largè, quandoq; strictè sumitur, vt C. de iure emph. l. j. C. de rebus alien. non alien. l. fin. & C. de fund. pat. leg. j. hîc capitur strictè, alibi largè, & sic non obstat argumentum. Sed videtur obstare Isern. vt eam ob causam latissimè debeat interpretari, quia quãdo aliquid est expressum in specie à principe, latissimè est interpretandum, vt suprà concludit Isern. per l. final. ff. de constitut. princip. Sed hîc expresit de venditione, ergo. (Dicam in reassum ptione) & ita residet Isern. dicens, quòd hoc esset satis æquum & consonat æquitati, vt qui consensit maiori & grauiori, videatur consentire minori & leuiori: sed æquitatem in feudis non attendimus, vt infrà ipse demonstrat. Nunc Isern. in versiculo, rigor. pro contraria parte arguit, dicens, omne illud

quod

quod in contractibus stricti iuris est omissum, habetur pro omisso, nec fit ista extensio, vt l. quicquid astringendæ. & l. minor. ff. de verb. oblig. sed assensus est stricti iuris : ergo attenditur rigor, vt in eo, quod dictum est, duntaxat seruetur: quod probo, dicit Isern. nam qui concesit, vt vendatur infra certum tempus, non consensit, vt post illud tempus alienetur, & sic illud, quod post illud tempus alienatur, non valet: text. est in l. sicut. §. fin. in fin. ff. quibus mod. pign. vel hyp. solui. in quo nulla ratio assignatur à iurecõsulto, nisi quia non fuit dictum: arguendo igitur de tempore ad res & contractus, concessum in vno non extenditur ad aliud. Item probatur hoc, dicit Isern. quoniam à stricta significatione vocabulorum non recedimus, vt ff. de exerc. l. j. §. igitur in re dubia. & ff. de leg. iij. l. nõ aliter. sed sic est, quòd aliud est vendere, aliud pignorare, vt patet ex ipso nomine, arg. l. si idẽ. C. de codicill. ergo quod dicimus de vno, non debet extẽdi ad aliud. Expeditis de istis contrarijs, Isern. duobus duntaxat respondet: vni scilicet, vt non obstet lex, si extraneus. inquiens, nego ibi fieri extensionem ad non expressum, quoniam pro matrimonio contra-

De tempore ad tempus.

hendo dederat, quod dissolui non potuisset, si non contraheretur: quo non secuto, datur condictio ob causam. Nec obstat §. si stillicidium. quia licet leniùs vteretur, eadem seruitute vtebatur, & non diuersa specie, vt dicimus, ff. quemadmo. ser. amit. l. si is cui. vt dicimus etiam in summis, quæ pluris est, vtique tanta est, vt ff. de inter. l. cùm furti. eadem ergo seruitute vtitur, si leniùs vtitur, quoniam seruituti maiori inest illa minor, & eadem vtitur pro leniori, sicut pro maiori. Itaque resident Isern. in ista opinione, vt habens licentiam de vendendo, non possit pignorare, nec obligare. Et si quæris rationem istius rigoris, quare nullam recipiant extensionem, dicit ipse, hoc probo optimo fundamento: nam in constitutione ista est vetita venditio, & pignoris datio: ergo si vnum est concessum, reliquum est prohibitum, l. cùm prætor. ff. de iudic. Quid dicemus? Vos videtis Isern. in hac quæstione, plures proposuisse articulos: quocirca pro inuestiganda varietate ipsorum multæ à nobis scribendæ erunt conclusiones, vt in vnaquaque nostram ponamus opinionem. Prima igitur conclusio ex dictis per Isernià sit, vt qui consentit, det, l. lege obuenire. ff. de

Qui consentit, dat & quomodo id intelligatur.

de verb.signifi.gloss.in §.fin.Instit.de tu tel.l.si liqueat.C.de inoff.dona.l. iij. ff. de testa.tut.l.filio. C. de iure delib. & l. si potest.ff.de manu.vind. Et ratio est, quia in actibus mixtis,quod plus est,operatur,l.quæritur.ff.de stat.homi. Itaque tenet Isern.hîc,& in cap.j.qual. vasall.iur.debe.fide.& in cap.j.de prohib. feu.alien.per Lothar.& in cap.j.§.si verò contigerit.de pac.iur.fir.Sed ipse idē Isern.in col.vj.& vij.bis dicit, aliud esse dare,quàm danti cōsentire,vt dicit glo. in l.aliud.ff.de reg.iur.per text.in l. qui dam.ff.de euict.à contrario sensu,& idē Iser.in constit.circa iustitiæ. Vnde repugnantiam quandam præ se ferre videntur. Tu autem pro veritate sententię istius tria distingue capita: Primum, vt aliud sit dare infeudādo à principio, iuxta terminos cap.j. de his qui feu. dā. poss.& quando feudum constituitur in esse,vt in cap.j.qui succ.ten.& in c.j. de feud.guar.cum similibus. quo casu totum à domino datur,vt dicit Bal.in l. vt proponis.C.de seru.pign. da.cum concordantibus .de qua datione,vt ita loquar,nunc non disputamus.Aliud verò sit dare confirmando: exempli gratia, quando confirmat actū factum per prędecessorem, vel veterem inuestituram

facit, vt in cap. j. per quos fiat inuest. cũ concordantibus, & nequaquam de hoc loquimur, sed dicemus cum Iser. infrà, dum concludit, quòd nihil dat, etiam dicendo, & quatenus opus est de nouo concedo. Aliud præterea, quando consentiendo dat dominus, dum consentit alienationi quæ fit: & de hoc quærimus, quid est illud quod dat? In quo Bald. in l. si vt proponis. C. de seru. pig. da. dicit, quòd si est dominus rei quę alienatur, dat dominium: si verò non est dominus, & posset impedire actum, tũc tollit obstaculum suum de medio: & idem dicit in cap. quæ in ecclesiarum. in viij. col. Extra. de const. Eiusdem opinionis fuit Hercul. in l. ij. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. post Bart. in l. non solùm. ff. solut. matr. Pro quo afferri posset cap. aliquibus. de rescrip. in vj. & cumulata per Modernos Neapoli. in constit. cùm circa iustitiæ. & gloss. in const. cõstitutionem diuæ memorię. in verbo, confirmetur id. item quod ante ipsos dixerat Isern. in quadam Apostilla, quæ nõ est impressa, in d. l. obuenire. per text. in l. j. C. si ser. exte. l. fundum. ff. de seruit. rust. prædio. l. licet. ff. de iudic. C. de colleg. illici. l. collegia. §. in summa. & quod quisq; iur. l. j. in fin. Sed obser-

Consentiendo dominus aufert impedimẽtum, ob quod feudũ non posset dari, sed ipse non dat, quod uasallus alienat.

obseruate vos, actum ipsum esse mixtū, quandoquidem solus dominus de feudo non disponit purè, vt in cap. j. qui suc. ten. nec vasallus solus, vt hîc in tex. & in l. j. de prohi. feu. alie. per Lotha. & dum est mixtus, vterq; dat: nam dat ipse vasallus suum vtile dominium, pro quo si vendit cum assensu, de euictione tenetur: l. quidam. ff. de euict. vt infrà dicemus cum gloss. & dat dominus consentiendo non totum, quod alienatur, sed totum quod ipse potest tunc, vel posse sperat in futurum, quia tollendo obstaculum inter contrahentes, vt suprà firmauimus, perficit actum, vt nunc, prout ipsi dicunt, & validat etiam actum perpetuò in casu in quo resolueretur ius authoris, vt tunc ex vi istius assensus nó resoluatur ius acceptoris, qui p se & hęredib. in perpetuū habebit feudū etiā contra dominum, vt declarat Iser. in c. j. qui suc. ten. col. iij. & in c. j. §. quid ergo. de inuest. de re alien. fac. Itaq; rem, in quantum rem, vasallus ipse alienat, actum autē, vt valeat, perficit dominus, vt declarat Iser. infrà col. vij. in versicul. quamvis consensus domini. Etenim assentiendo in eo quod expresit, videtur ei data potestas faciendi omne illud, qđ, si assensu opus nó esset, posset face-

re. Ita Iſern.col.vj. ibi, ſed ſi vendebatur. Hanc.n.ob ré dicebat Ioan.Fab. in §.non ſolùm.Inſtit. de lega. alienationem,in quantum alienationem,valere, ſed propter quoddam extrinſecum impediri,hoc eſt,propter aſſenſum domini:nam perſona libera eſt ad diſponendum, ſed rei ineſt obſtaculum, vt dicit Iſer.in cap.j.§.cùm autem.verſ.ſi verò.col.ij.in verbo,ſed illæ leges. de controuer.inueſt. Idipſum in effectu videtur ſentire Bal.hîc,col.iiij.ibi,quæro vtrùm pater.& colum.v.in fin. Et ideo dicebat Iſern.in conſtit.cùm circa iuſtitiæ.& in fine iſtius principij,quòd rex conſentiendo non videatur de nouo dare,id eſt,de nouo infeudare:quaſi ex noua inueſtitura,vt in primo capite,ſed bene iſto modo dat,quia hoc tantùm cogitauit.Et ſicut in primo caſu, quando infeudat,cogitauit totum dare: in ſecũdo,quãdo cõfirmat,nihil dare: ita in hoc tertio,omne quod habet, vel habere ſperat,ex iure quod à parte alienante tranſmittitur, tunc conſentiendo dederit,non autem ius quæſitum antè,vel ſuperueniens ex alia cauſa: vti paulo pòſt cum Iſern. infrà colum. ix. dicemus in illa quæſtione, an mortuo feudatario qui alienauit,poſsit præſtari aſſenſus, ſi

cut

cut in simili videmus, quòd refutãs potest duo facere, & cedere loco tunc, & perpetuò omni tẽpore cedere: qđ quidem feciſſe non præſumitur, niſi expreſsè illud etiam dicat, cap. j. de eo qui fin. fec. agna. Hoc tamen intellige ſanè, niſi ex verbis, nedum narraretur vnum, ſed plura. vtpote quia voluit confirmari ex capite ſucceſsionis, & confirmari ex capite translationis iuris ex aliquo cõtractu: tunc enim, ſi ex verbis cõſtat, eam ob cauſam vtrunq; fecit, quia propter duo conſenſit, vt per Iſern. in c. primo, qui ſucceſſ. tene. Et ideo neque in præiudicium iuris tertij ſic conſentiendo videtur conſenſiſſe, vt dicit Iſern. in cap. primo, col. iij. in fin. qualiter vaſall. iur. debe. fidel. & hîc col. ix. quia de eo nõ cogitauit: quod nota, quia etiam in caſu, in quo dominus poſſet conſentire in præiudicium tertij, nunquam illud debet facere, vti in regno ſeruamus: quippe vt licet pater cum aſſenſu poſſit dare feudum hæreditarium ſecundo genito, tamen rex motus argumento conſtit. fratribus. non aſſentiat, niſi quãdo de tribus feudis daret vnum: vnde mea ſententia & hoc aliud emergit, nẽpe vt ſi explicitè hæc omnia non narrarentur regi, aſſenſus ſubreptitius dica-

Cõſentire nunquam rex videtur in præiudicium tertij.

tur, nec valeat argumento eorum quæ notantur in c. cùm dilecta. de rescrip. & in l. præscriptione. C. si contra ius. Nec te moueat doctrina Bald. in l. si liqueat. C. de inoff. dona. dum concludit, quòd si vxor donat, & vir consentit, vir dat, vt ponderat Aflict. hîc, quia bona ibi erant viri, hîc vtile dominium est vasalli, c. j. §. final. in quibus causis feu. amit. & sic de vno ad aliud non infertur. ¶ Secunda conclusio in materia extensionis assensus, sit ex doctrina Isern. vt assensus non extendatur de persona ad personá patsiuè, hoc est, quòd si consensit vt vendatur Titio, non possit vendi Sempronio, quia assensus est strictissimi iuris, eo quòd consuetudo est rigorosa, provt bis dicit Isern. hîc col. iij. In quo aduertendum est, in quãtum vocat assensum rigorosum, & esse strictissimi iuris, vt non semper credas illum permanere in finibus strictissimi iuris: nam sicut stipulatio, quæ est stricti iuris, assumit naturam bonæ fidei, si interponitur super contractu bonæ fidei, vt declarat Iason in rubrica ff. de verborum obligatione, columna v. Bart. in l. videamus. §. si actione. ff. de vsur. & vt dicimus in l. si filio. §. primo, ff. ad Macedon. & per Bartolum in l. cùm aliter, circa medium,

Extẽsio de persona ad personam, patsiuè.

An assensus sit stricti iuris.

dium, ff. de verb. obligat. & per Soccin. in consilio clxxj. ita iste assensus, postquam est perfectus actus, in expresso regulabitur à contractu: & ratio patet, quia dominus non est ille, qui feudum transfert, sed vasallus, secundum Isern. hîc colum. v. ibi, sed si vẽdebatur. & columna vj. ibi, quamvis consensus, etc. dominus verò tollit impedimẽtum, vt suprà in prima conclusione dixi. Quam ob rem dixit Iser. in c. primo, qui succeſſ. tene. quòd si dominus consentit instrumento simpliciter, circa omnia contenta videtur consentire, quia assensus regulatur à contractu: & si in totum est confirmatus, omnia virtute eiusdem contractus transferuntur, quã do non apponitur clausula, Præterquã quo ad expressa. Ad rem igitur redeuntes, vt rectè Iserniæ sensum concipiamus, hæc, quæ sequuntur, argumenta formemus. Vbi certa persona est demonstrata, propter hanc demonstrationem sic factam cum alia persona actus adimpleri non potest, l. cùm ita datur. ff. de condit. & demonst. sed dicendo, vt vendat Titio, persona est demonstrata: ergo. Nec dicas, vti quidam dicunt, idcirco ibi illud esse, quia fuit apposita conditio quæ erat adimplen-

da in forma ſpecifica, l. cui fundus. eod. titul. nam nil aliud fuit niſi demonſtrata perſona, vt patet in d. l. cùm ita datur. & ſi talis demõſtratio reſoluitur in vim conditionis, ita etiam erit in caſu noſtro, vt reſoluatur in vim conditionis. Secundò, præſuppoſito quòd præſtare aſſenſum ſit gratia, ſecundum Iſern. in cap. primo, de prohib. feu. alie. per Loth. cum concordantibus, quia omnis gratia reſoluitur in vim priuilegij, ſecundum Bal. in prælu. feudorum, poſt Ioan. Andr. in cap. olim. Extrau. de verb. ſignifi. & idem Bal. in cap. primo, colum. penult. in titul. hîc finitur lex. & in cap. primo, in fin. de nou. form. fidel. quia in priuilegijs de perſona ad perſonam non fit extenſio, vt in l. j. ff. de conſtit. prin. & ff. de leg. ij. l. cùm patronus. ſequitur, vt in aſſenſu de perſona ad perſonam nunquam fiat extenſio, ſecundũ Affli&t. qui allegat doctrinam Bal. in l. j. C. de legi. poſt gloſſ. in l. non omnia. C. de epiſco. & cler. & in l. cùm proponis. ff. de ædil. a&t. & notatur in l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig. & in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matrim. Quod quidem argumentum ideo hîc pono, vt hos terminos declaremus, quia iſte bonus ſenex ſola recitatione fuit

Gratia aſſenſus an ſit priuilegium.

fuit contentus. Nam licet assensus sit gratia, & possit quandoq; dici beneficium, secundum cumulatos suprà, & per Claudium & alios, in prælud. feud. tamen nunquam dicemus, vt sit priuilegium, secundum Bald. in prælu. suis col. vj. nisi quando rex assentiendo, nedum tollit obstaculum suæ voluntatis, sed tollit obstaculum naturæ ipsius rei, dispensando cõtra naturam & regulas feudorum: putà, si extra regnum cõsentiret, vt vendatur fœminæ, vel vt succedat bastardus. Ita dixit Marti. de Laudo in cap. primo, in princ. col. ij. de his qui feu. dare poss. in prælu. feu. col. v. & Iaſ. in prælu. colum. x. & Claud. in prælu. colum. iij. & ita in specie tenuit Bartol. in l. j. colum. final. in antepenult. q. C. de iuris & facti ignoran. & in l. j. C. si contra ius vel vtilit. publ. & in l. si quando. in fin. princ. C. de inoff. testamen. & in locis suprà allegatis per Doctores. Itáque consuluit Curt. in consil. xlix. in fin. iij. colum. & in vij. quo quidem modo intelligenda sunt omnia iura per ipsum allegata. Ad hæc optimè facit, quia Iser. noster auriga iam fatetur hũc assensum esse beneficium, & in beneficijs nõ fit larga interpretatio, nisi in expressis: sic enim intelligit ipse text. in l.

Beneficium. Extensio prohibetur in his quæ strictè interpretantur.

final. ff. de constit. princ. cui subscripsit Iaſ. in l. de quib. col. vj. ff. de legi. & hoc quidē rectē: quia etſi gratia latè debeat interpretari, vt notatur per Abbatem & alios in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iud. non tñ talē extenſionem recipit in his quæ ſtrictè interpretantur, ſecundū Feli. in c. poſtulaſti. de reſcriptis. & Deci. in d. §. de adulterijs. Quoniam poſtquam verba principis ſuum ſortiuntur effectum, vt in expreſſo ampliſsimè interpretentur, in reliquis recipiunt reſtrictionem quandam à regulis iuris Ciuilis, vel Canonici, vt dicit Curt. in præallegato conſil. xlix. col. vij. Tertiò pondero textum in l. ſicut. §. ſi debitor. ff. quibus modis pign. vel hypo. ſolui. per quem textum ſimul habes reſponſum ad ea quæ obijciuntur ſuprà contra Iſern. Nam clarum eſt, quòd text. ille non ponderat, ſi actiuè, vel paſſiuè ſit data licentia, quia non eſt cauſa finalis illius tex. ſed quod ponderat Iuriſconſultus ibi, eſt, vtrùm permiſsio reſpiciat rem, vel perſonam: & quia deſignata eſt perſona, illam non egreditur ibi, ergo neq; & hîc: & ita ponderari poterit §. ſed ſi permiſerit. dum (vt ita loquar) taxauit perſonam, & non contractum: quia tūc nec pinguiùs adimplere poteſt

Gratia reſtringitur in his quæ ſtrictè interpretantur.

potest,vt ibi,si amico consensit donari. quia taxata est persona, cum qua cõtrahere debebat: & ita teneatis, quia hæc est communis opinio Isern.Mart. Alua. glos.Car.& omnium hîc, & Isern. in c. primo,§.donare. qualiter olim feud. alien. po. & per Curtium in suo tractatu in iiij.parte,char.xlvij.versicul.quartò quæro. & per Iacobum in alio tractatu:pro quo faciunt omnia tradita in l.j.§.permittitur.ff.de aqua quot. & æstiu. in l.j. ff.de constitut. princ. & in l. cùm patronus. ff. de lega.ij. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obligat.Alberi.in l. si tutor. §. fin. ff.de pignor.action.cum concordantibus in suprà dictis doctrinis adductis: & text. in l.Celsus.ff.de arbitr. allegatus per Isern. retorquetur pro hac opinione, dum designata est persona. Et si nullus esset text. in mundo, quando persona designata est, vide casum, & glos. ibi in §.si debitori.in d.l.sicut.nam dum non admittunt iudices has subtilitates contra hæredẽ,vti tex.ille dicit, satis ex hoc ostendunt, illas admittendas esse contrà extraneos,vt videbis in sequenti conclusione.Benè verum putamus in casu,in quo demonstratur certa persona,quòd si persona non ea ratione de-

monstratur, vt actus restringatur, vt fiat cum ea duntaxat, sed magis respicit obligationem, quàm personam, & persona est nominata causa frequentiæ, vt tunc assensus excedat personam, vt infrà dicam in capite extensionis, ex mente. Et pro complemento, si dominus non expresit personam in indiuiduo, sed mandauit vendi suo amico, quali amicitia coniunctus esse debet, vide post Bal. Mart. hîc, col. iij. ¶ Tertia conclusio sit, vt cùm assensus sit gratia, secundum Iser. in cap. j. de prohib. feu. alien. per Loth. vt debeat latissimè in expresso interpretari, secundum Isern. hîc per l. final. ff. de constit. prin. Abba. in cap. at si clerici. §. de adulterijs. de iud. per. c. venerabilem. in titul. qui filij sint legiti. vt suprà in prȩcedenti conclusione dixi. Bal. in cap. ex tuarum. de autho. & vsu pall. & Bar. in l. de pupillo. §. si pluribus. versiculo, hoc præmisso. ff. de oper. noui nunciat. Hanc enim ob rem dicebat Isern. in cap. primo, qui succeſſ. tene. colum. iiij. vt vbicunque habere possunt locũ verba assensus, habeat locũ assensus: quia verba intelligẽda sunt, vt ius vult, l. si cui. ff. de serui. & l. quãquã. ff. de ritu nup. vt idẽ Isern. in cap. j. §. fi. in quibus cauſ. feu. amit. notat: vnde dicebam,

An quia assensus est gratia, propterea latissimè sit interpretandus.

Assensus locũ habet, ubicunque verba assẽsus locum habere possunt.

cebam, quòd si rex dedit licentiam donādi feudum filio, vel alteri, poterit donare inter viuos post mortem, iuxta l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mor. quia etsi vera donatio illa sit, per quam vult is, qui donat, vt statim res fiat accipientis, l. prima, ff. de donat. tamen donatio ista, quæ inter viuos post mortem fit, vera donatio inter viuos dicitur, vt est communis conclusio in l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mort. quasi vox illa, statim. non respiciat tempus, vt statim exequatur, sed quòd irreuocabiliter à principio detur. nā donatio, quæ ex certo tempore fit, donatio est, vt notat gloss. in l. donatio. C. de dona. & sufficit voluntas, vt omnino trāsleat, vt notat gloss. in d. l. prima, ff. de don. in versiculo, secutum. Vnica namq; species est donationis inter viuos, quæ comprehenditur sub verbo, donare. nec te moueat text. in cap. primo, de clerico qui cur. vendidit. vbi nō dicitur purè factū, quod post certum tempus fit: quoniam illud impeditur ibi, ne captetur voluntas mortis hominis viuentis, non autē vt is qui poterat facere actum post tempus, non possit purè: & contra hoc suspicione cessante. Etenim si hîc dat cautelam Isern. vt tutius sit simpliciter im-

Assensus donādi, an comprehendat donationem quæ fit inter viuos post mortem.

Generalis potestas alienandi, quomodo interpretanda sit.

Assensus generalis omnem casum comprehendit.

petrare assensum vendendi, vt ad omnẽ casum extendi possit, dum tamen venditur: idem dicendũ erit, vt dato assensu simpliciter de donando, omnem donationem inter viuos facere possit: pro quo facit text. in c. ij. ibi, per mortem alicuius, vel alias, etc. de renun. & in c. j. de rerũ permut. in vj. in c. cum illis. de præben. in Sexto. & Clem. prima, eodẽ titul. & ibi gloss. per quæ iura Rota in nouis decisionibus, decis. cxcvj. determinat, vt facta simplici impetratione beneficij omnis modus vacationis veniat, & idẽ confirmat decis. ccccvij. in nouis: quæ cùm ita se habeant, & etsi materia sit strictissimi iuris, dicamus in hoc expresso, vt data licentia simpliciter de donãdo, ita possit omnem donationem, & cuicunque facere, sicut habita licentia de vendendo, potest cuicunque vendere, nec requiratur alia specialis licentia in indiuiduo, vt dicit Bald. in l. j. C. de sacrosanct. eccles. col. vj. Pro quo faciũt omnia cumulata per Ias. in l. j. §. item acquirimus. col. ij. ff. de acquiren. possess. & est tex. in l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiuss. quem ad hoc allegat Iser. in c. primo, colum. iiij. in principio, ibi, sed si simpliciter. qui success. tenea. & cum mysterio citat illum,

lum, quia loquitur in materia fideiussionis, quæ stricta est, l. si cùm Hermes. C. loca. Dum tamen non sit inimicus domino, vt per iura sua concludunt hîc Bal. colum. iij. & iiij. & Mart. colum. iij. & est text. in l. filius familiâs. §. primo, ff. de donation. Vel, quòd nõ sit de prohibitis, de quibus habetur in constitut. cùm hæreditarium. §. final. Sic enim si in priuilegio apponitur illa clausula, Cum potestate disponendi, in dotem dandi, vendendi, alienandi, & in vltima voluntate disponẽdi. poterit omnia facere sine nouo assensu, per ea quę cumulauit Iason in d. §. itẽ acquirimus. Facit quoq; text. in l. tutor. & ibi Bal. ff. de admin. tuto. vbi datis solennitatibus in alienatione rerũ minoris, eędem non requiruntur in executione, prout infrà in septima conclusione latiùs demonstrabimus, per ea quæ habentur in l. iij. §. sed vtrùm. ff. de mino. & per gloss. in l. final. in §. necessitate. C. de bonis quæ liber. & ibi Bartol. cum alijs ibidem adducendis. Hæc planè communis opinio est Salice. in l. iij. colum. j. ff. de iure emphyt. Imol. in c. potuit. de loca. col. xlviij. Ludo. in singul. cccl. Alexand. in consilio clxxiij. in secũdo volum. Ias. in l. iij. C. de iure emphyt. Bal. & Ange.

Assensus nouus non requiritur in alienatione, quando est clausula in primo priuilegio cum potestate alienãdi.

Solennitas non requiritur in executione, si interuenit in actu principali.

in l. cùm essent. §. per plurium. ff. de seruit. rustic. prędi. Alberi. de Rosa. in d. l. iij. C. de iure emphyt. & Doctores in c. primo, post text. de feu. non hab. propr. natur. feu. Aluar. & Nicol. de Neapol. in cap. feudum ea lege. si de feu. fuer. controuer. & hîc. Quicquid dixerit Specul. in titulo, de loca. §. nunc aliqua. versic. xciiij. & Alex. sibi ipsi cõtrarius in cõsil. cvj. in quarto vol. Quod quidẽ intellige, nisi alia clausula deinde sequeretur, videlicet, Nostro tamen assensu reseruato. de quo suprà in articulo, de feudo dato pro te & hæredib. quibuscũq;. dixi, & infrà aliquid dicam. Sed contrá: nam Isern. dum loquitur in hac materia assensus, arguit à mandato, in quo non sufficit mandatum genericum, nisi sit specificum, & personarum, & rerum, vt in l. si quis mihĩ bona. §. sed vtrùm. ff. de acquiren. hæred. quo fit, vt minimè assensus ita generalis hoc pręstet, vti Iser. dicit: sic argumentabatur vir acutissimi ingenij Dominus Vaconius, cùm die quadam me legentem audiret. Ego verò dixi hoc ideo esse, quia magnũ adest præiudicium in aditione hæreditatis, in qua obligatur creditoribus, cum quibus dicitur quasi contrahere, vt declarat Bartol. & Apostilla Alex. quæ ibi allegat

allegat ita tenere Imol. in l. Paulus. aliàs, per procuratorem. ff. de acquir. hęred. quod quidem non est, dum præstatur assensus: quia tunc nullo modo dominus obligatur, præterquam vt ratum habeat, quod fecit: vt declarat Isern. in constit. cùm circa iustitiæ. & ita in simili hanc differentiam facit Bald. in d. l. j. col. vj. C. de sacrosanct. eccles. Quia multi sunt casus, in quibus propter varias & diuersas specificas rationes in illis requiritur speciale mandatum, non tamen ab illis regulariter erit arguendum, arg. l. quod vero. ff. de legi. Quos casus cumulauit Bald. Inst. de his per quos agere poss. post glo. vbi tibi enumerat xxxvij. casus, in quibus exigitur speciale mandatum, & ego multos addidi: sed quia ciuilia nō tractamus, illos omitto. Secundò obstare videtur huic doctrinę Isern. text. in const. constitutionem diuæ memoriæ. ibi, nisi de speciali nostrę celsitudinis licentia confirmetur. ergo non valet assensus, nisi in specie cōcedatur. Sol. Notula illa, speciali. non ostēdit speciem in diuiduam, sed vt de iure speciali, id est, ex gratia speciali habeat omne illud quod per suum assensum dominus concesit, eo quòd dominus regulariter non compel

Dominus præstādo assensum ad nil aliud obligatur, nisi ut ratū habeat id qđ semel fecit.

litur, vt declarat Iſer. in cõſt. ſi quis poſt litem. & tũc non minùs ex ſpeciali gratia illud habebit is cui genericè conceſſum eſt, vt vendat, q̃ ille cui in ſpecie cõ ceſſum eſt vt vendat Titio: vocabulum ergo, ſpeciali. reſpicit illud nomen gratiam, quaſi omnis aſſenſus ſit ſpecialis gratia, non autẽ vt ſe aſtringat, vt in gñe illud facere non poſsit, vt in l. j. ff. de vulg. & pup. Prędicta tamen limito eſſe vera, quando vaſallus ſimpliciter impetrauit aſſenſum, & dñs ſimpliciter conceſsiſſet: ſed ſi ex petitione vel conceſſione reſtringeretur, diceremus contrarium: putà, quia vaſallus impetrauit vt venderet Titio, & dñs ſimpliciter conceſsit, reſtringatur ad Titium: & ex diuerſo, ſi vaſallus impetrauit genericè poteſtatẽ de alienando feudum, & dominus conceſsit ſpecialiter, vt tunc reſtringatur ad illam ſpeciem: vide Iſer. & iura allegata per ipſum in c. j. qui ſucc. ten. col. iij. in fi. ibi, hoc verò àpparebit ex verbis. & col. ſeq. vbi latè de hoc, & ibi dixi. Vide etiam dicta Imol. in c. j. de pac. Fel. in c. cauſam. & c. ſuper literis. col. viij. Extr. de reſcrip. quid referat interrogare, & reſpondere qualificatè, vt ibi per eos, quos omnimò legas. Vnum ñ è mente tua non décidat, nempe vt licet

Aſſenſus perpetuò dicitur ſpecialis gratia.

Aſſenſus quando ad unam ſpeciẽ reſtringatur

licet princeps in ſpecie non reſpõdeat, niſi quibuſdam, ſi tamen in fine adeſt clauſula confirmãs, oĩa & ſingula enarrata. & in verbis præfationis adeſt expreſſa petitio partis, vt per hanc clauſulam præter cõceſſa per principẽ reliqua ſuppleantur, vt videatur omnia conceſſiſſe: videte Alexa. conſi. xvij. in iij. vol. poſt dicta Bar. & aliorũ, quos ipſe ibidẽ citat. Et intellige etiam ſanè, vt licet habuerit licentiã de vendẽdo, ſi ſemel vendidit, & recuperauit, non poſsit virtute eiuſdem aſſenſus iterum vendere: quia intelligitur de prima vẽditione, l. bonę. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. Nam licet ſuper text. tenuerim, q, data licentia de alienando, electio perſonę ſit ipſius vaſalli, authoritate Iſer. hĩc tamẽ non erit niſi cum perſona prima electa, non autem cũ alijs perſonis ſequentibus, cum quibus nil agere poteſt, arg. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. ff. de leg. ij. vbi qui poteſt alienare vni ex familia, electa perſona nil aliud facit: quia vni, & nõ pluribus alienare poterat, vt cõiter per Doct. ibi notatur. Et quantũ ad regulã l. bonæ. quoniã moris mei non eſt recitare, nec ciuilia tranſplãtare, videte Bal. in l. fin. C. de dot. ꝓmiſ. in l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. Alber. in ij. parte

Aſſenſus ſtricte interpretatus conceſſus per clauſulas generales, fit plerumq; generalis.

Aſſenſus de uẽdendo uerificatur in prima uẽditione.

ſtatu. q. clxxxiiij. vbi in ſpecie tenuit, q̃ in materia ſtricti iuris intelligatur de primo actu, Alex. in conſil. lxxxj. incip. lecto & diſcuſſo. in iij. vol. Dec. in conſil. lxxx. Feli. in c. innouamus. Extra. de treu. & pac. Alex. & Iaſ. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſol. mat. & in l. iurifiurandi. §. ſi ei qui. ff. de iureiur. & Alex. in conſil. xv. in iiij. vol. & in conſil. xj. in j. vol. Paul. in conſ. lxx. Cur. in conſil. xlv. incip. ſæpe reuoluta. in ix. & x. col. & in conſil. xxxvij. in xv. col. Videte quoque cumulatos per Tiraquellũ ibi in vj. & ix. limit. dum rectè diſtinguũt inter feudum hominis, qđ verificatur in primo inualido & facto legis, quæ exigit factũ validum. Sed dubiũ eſt, quid ſi ſimul, & ſemel in diuerſis contractibus cõtrahentes facerent plures vẽditiones, nemini tamen res erat tradita, & aſſenſus non eſſet niſi vnus, qui loquitur de vna venditione, & neſcimus quæ prior, & quæ poſterior ſit ſcriptura, quia factæ ſunt eodem die, & ignoratur ordo, cui opitulabitur iſte aſſenſus? Nam ſi plura eſſent in eodem contractu, nullum haberemus dubium, quia regularetur ex dictis in l. quicquid aſtringendæ. & l. ſi minor. ff. de verb. obl. ſed quando plures ſunt contractus, videtur vt minùs lædat,

Aſſenſus præſtitus an habeat locum in uno contractu, uel propter incertitudinem amittatur, quando plures ſunt contractus æquales.

lædat, de minori esse intelligẽdum, per notata per Abba. in c. ex parte. de censi. & Bal. in l. falsus. in antep. col. C. de fur. Pro quo vide glos. in l. si pater. §. qui debitorẽ. ff. de iure dot. Aret. in l. duo. ff. de duob. reis. & vide in c. si pluribus. de præb. in vj. & in l. in obscuris. cũ cõcor. ff. de reg. iur. Doct. in l. legato gñaliter. ff. de leg. j. & in l. fin. quæ loquitur in cõ tractib. ff. de Præto. stip. Sed quid si sum mæ essent etiam æquales, ita vt per omnia incertum sit, quæ præferenda sit, quia pũctus ciuilis est, si per omnia pro pter incertitudinem vitietur? videte no tata per Doct. in l. si quis per seruum. §. si inter duos. ff. de leg. ij. & per Abb. & alios in c. si sacerdos. in fi. de offic. ord. cum cõcor. & inter priuilegiatas videte q̃ per Scribẽ. in l. j. ff. sol. matr. tractãtur.

Assensus genericus cum potestate alienandi, in dotem dãdi, an requirat alium cõsensum.

Et vltimò, quia quandoque rex simpliciter, & genericè dat feudum cum potestate alienandi, in dotem dandi, vendendi, donandi, etc. quandoq; verò dat feudũ cũ potestate ista, sed dicit, nostro tamen assensu interueniente, vti paulo antè dixi. vel non ita genericè dat licentiam, sed simpliciter in vno casu: vtpote de vendendo simpliciter. Et in omnibus istis quæri solet, si nouo sit opus assensu directi domini? &, si saltem re-

quiratur in traditione rei, quando de facto nouus feudatarius inducitur in possessionem? In re hac duo faciamus capita: alterum scilicet, quando sine illa reseruatione assensus simpliciter dedit licentiam: alterum verò, quando cum reseruatione. Quo ad primum, quia articulus bene est examinatus extra regnũ per cumulata per Iaſ. in l. fin. C. de iure emph. col. ij. & iij. & per tex. formalem in c. j. de feu. non hab. prop. nat. feud. & cõiter concludunt cumulati per ipsum ibi, vt non sit opus nouo assensu, cũ illis teneamus. Quibus nil aliud addã, cùm conclusio sit clara, nisi quia communis est cõclusio, de qua cũ Iſer. j. dicemus in illo articulo, an assensus extendatur ad futura: quod nõ esset, si nouo opus esset assensu. Illud tamẽ te latêre nolo, quippe vt tametsi in emphyteosi data licentia de alienando, disputetur eum non posse induci in possessionem sine noua scientia domini, vt notãt Imol. & cæteri, in c. potuit. ff. loca. in l. si dominus. §. fi. ff. de leg. j. & in l. fi. C. de iure emph. nõ tamen ita erit in feudo, quoniam absq; noua scientia tradi potest. Et ratio est in promptu, quia in emphyteosi considerantur duo: alterum, vt dñs interpelletur ad hoc vt sciat si vult ipse emere:

alterum

alterum, vt non transferatur res sine ipsius scientia, vt patet in tex. d. l. fi. C. de iure emph. prope mediũ, & in princip. vbi alternatiuè litera dicit, vendere, vel transferre. quod non fecit in §. callidis. vbi copulatiuè dixit, vendunt, & in alios transferunt. ita quidẽ vt in emphyteosi vt duo cõsiderẽtur, in feudo omnia vt vnũ. Ratio aũt, cur emphyteota differat à vasallo, illa est, quia si emphyteota grauatur in vno, vt non vẽdat nisi prius dominũ interpellet, releuatur deinde vt post interpellationẽ certo decurso tempore, de quo in l. fi. C. de iure emphy. possit rem alienare, modò rem nõ tradat, nisi cum domini licentia: quia lex solam venditionẽ permittit, ne fortè penitùs dominus nouam emphyteotã ignoraret: at in feudo, cùm assensus sit gratia, in qua non sufficit interpellatio, secundũ Iser. in const. si quis post litẽ. nisi in specie cõsentiat. Nil curat lex feudalis de hac scientia tempore traditionis in emphyteosi requisita, eo quòd non potest dñs qui consentire debet, vasallũ ignorare, nisi culpa sua, dum simpliciter assentiendo personam scire neglexit. Nam in feudis lege cautum non reperitur, vt qui iustè contraxit, eò quia sine alia scientia tradidit, priuetur feudo:

Assensus nõ dicitur præstitus si vasallo petẽti dominus cum denegauit.

quin potiùs contrarium, vt nedum non priuetur feudo quod iustè tradit, sed nec requiratur alia scientia domini: quia actus, qui fiunt cũ assensu legis, possunt nedum scriptura, sed etiã per veram traditionẽ perfici: tex. est in c. j. de leg. Conrad. §. similiter. vbi propter assensum legis, quæ concedit vt vasallus possit sine assensu hominis subinfeudare, dicit litera bis, & posse feudũ dare: ergo & tradendo rem trãsferre, §. sic itaq;. Inst. de act. Quod si fortè tibi ea ratione nõ placet, qa illud dare, potest intelligi, id est, concedere, vt in authen. de æqual. dot. §. pen. cape nunc text. ineuitabilẽ in l. ista, §. callidis. vbi litera prohibet fraudulẽtas alienationes eorum, qui sub colore inuestituræ feuda vendũt, & trãsferũt: quo fit, vt hodie assensu legis istius, sincerè & bona fide. liceat nedum subinfeudare, sed etiam transferre, vt litera illa dicit: & illud transferre intelligatur verè & cum effectu, vt paulo antè super tex. demonstrauimus. hoc. n. seruamus, vt non impetretur in feudis noua licentia in tradendo, prẽterquam in sola assecuratione vasallorum, vt suo loco dicemus. Nec refert incondecens videri, vt dñs nesciat vasallũ, quia iam lex prouidet vt inæquali dare non possit, in c. j. §. similitre

Assensus qui requiritur in uenditione, non requiritur in traditione.

similiter. de lege Corra. Nec obstat, si iterũ dicas, nã nisi promittatur fidelitas, dñs non poterit habere seruitium, & saltem in hoc ei damnosum erit: qa potes tu respondere, inuestituram præcedere fidelitatẽ, c. j. quid præce. debe. inue. an fidel. & quãtum ad fidelitatem attinet, hoc deinde fiet, secundum cautelã Iser. infrà ead. l. nostra, §. illud. vendicando feudum. Secũdo verò casu principali, quãdo rex assensum sibi reseruasset, nil aliud sine assensu faceret, quia pactum ita distinctum nil aliud videtur operari, nisi quia rex, qui nullo modo compellebatur ad assentiendũ, secundum Iser. in cõsti. si quis post litẽ. & in c. j. §. quid ergo. de inue. de re alie. fac. nisi in casibus ibidem expressis, cõpellitur assentire, si modò coæquali detur, vt in ca. j. §. ex eadem. de lege Corr. Etenim qui taliter reseruando licentiam impertitus est, voluit propriũ assensum interuenire debere, vt §. in conclusione illa, de feudo dato pro se & hęred. quibuscunq;. demon straui. Sed dubitari solet, an duret perpetuò hæc licentia? Super quo Par. de Put. formatparticularẽ quæstionem in suo tracta. reintegrationis feudorũ, vbi dicit, quòd licet quidã distinguãt inter scientiam & ignorantiam dñi, & quòd

Assensus reseruatio quid operetur, quãdo dominus feudum cõcessit ita alienari nostro assensu reseruato

Tẽpus quãtum sit intra qđ uti possumus assensu.

duret anno, tamẽ Specul. & Ioan. And. in titul. de loca. §. nunc aliqua. verſic. xcviij. cum quibus concurrit, tenent, vt non finiatur anno : affert etiam notata per Bald. in l. j. C. de poſtu. quæ parum conueniunt cum terminis noſtris. Et deniq; ponderat diſtinctionem, de qua in c. ſi gratioſè. de reſcriptis. in ſexto. Tu autem dic, aut quærimus ex parte vaſalli, & gratia nedum erit firma durãte vita ſua, ſed etiam hæredis ſui, per ea quæ videbis infrà in quinta concluſione. Aut quærimus, ſi tranſit ad ſucceſſorem ex parte domini concedentis, & tunc prima diſtinctio ſit ex c. ſi gratioſè. vt videatur, quę fuerit intentio domini concedentis : & ſi conſtat voluiſſe perpetuò concedere, tunc diſtinguendum erit, ſi potuit vltra vitam, vt in ca. j. qui ſucceſſ. ten. diſtinguendo inter feuda hæreditaria & non hęreditaria, pro vt ibi Iſern. dixit. ¶ Quarta concluſio ſit, quando genericè conceſſum eſt eum poſſe vendere, vt tunc data licentia actiuè Sempronio vt vendat, iſte aſſenſus de perſona Sempronij ad perſonam Gaij, ad quem res peruenit, eam ob cauſam non extendatur : quia licentia non fuit realis, ſed perſonalis. Ita dicit Iſer. hîc per text. in d. l. ſicut. §. ſi debitor.

Data licẽtia in genere de uendendo, an extẽdatur actiuè et paſſiuè de perſona ad perſonam.

quæ

quæ concluſio non habet dubium inter extraneos: cùm ſit fundata in caſu illius §. Per quæ iam vides, neq; actiuè, id eſt, in eo qui habuit poteſtatem vendendi, neque paſsiuè, id eſt, in eo cui permiſſum eſt vẽdi, de perſona ad perſonam extraneã aſſenſus extenſionem eſſe permiſſam: & ratio eſt illa, quam ſcripſit Franciſc. de Aret. in l. gallus. §. & quid ſi tantùm. col. iij. ff. de liberis & poſthu. verſiculo, ſecundò adde. quippe, vt quãdo proprietas verborum non patitur, veriſimilis mens teſtatoris non interpretetur extenſiué. ¶ Quinta concluſio ſit, vt tametſi de perſona ad perſonam non fiat extenſio inter perſonas extraneas, tamen de perſona ad perſonam hæredem bene fiat extenſio: ita dicit Iſern. hîc per text. in d. l. ſicut. §. ſi debitori conceſſum. quia vnuſquiſque cenſetur ſtipulari pro ſe & hæredibus ſuis, l. ſi pactum. ff. de probatio. vt quod iuris eſt de aliquo authore, idem ſit de hæredibus, l. poſtulante. & ibi per Doctores, ff. ad Trebellianum. Sed certè iſta concluſio Iſern. prima facie confunditur ex alijs doctrinis ſuis. Nam idem Iſern. concludit in cap. j. col. v. qui ſucceſſ. tenea. de re ad rem haudquaquam fieri extenſionem

Extẽſio de perſona ad perſonam hæredem.

in materia assensus: sed sic est, q̃ mortuo patre non dicitur amplius feudum patris, sed filij: & alia res est, vt concludit Isern. in col. ix. & x. vbi addit vnum, quod est plus, vt super nouo consensu hæredis nouo sit opus assensu, argument. l. sicut. §. si debitor. versic. nam si nouo. ff. quib. modis pign. vel hypothe. solu. Quomodo ergo, si hæc vera sunt, & hoc aliud poterit esse verum, vt assensus præstitus in persona authoris extendatur ad eius hæredem? Quidam volentes hoc contrarium soluere, dixerunt §. si debitor. non mereri, vt allegetur in feudis: nam pręsupponit ibi Iurisconsultus, quòd licet de rigore & subtilitate iuris posset dici in illo casu esse ponderandum, si assensus respicit perso nam, vel rem, quasi considerauerit illud merum factum quid vendatur tunc, iuxta ea quæ habentur in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de leg. j. cum concordant. suis, tamen iudices has subtilitates non admittunt: sed quia in feudis consuetudine viuimus, secundum quam rigor seruari consueuit, vt Isern. dicit, nil mirum, si attento hoc rigore dicamus, vt de persona authori sad personam hæredis non fiat extensio. Et respondẽt etiam ad l. si pactum. ff. de probat.

bat. quia si cogitamus, de hæredibus plerũque est, dicit litera: ergo non semper. Nam si capiens assensum cogitauit de hærede, non sic cogitauit dominus qui dedit, vt in simili dicit Isern. in ca. j. qui succeſſ. ten. & infrà in ix. & x. col. vbi nouo assensu opus esse affirmat. Quidam verò distinguebant, vt actiuè transeat ad hæredem, vtpote si datus est assensus pro emendo feudum, vt valeat quoque filius emere, secundum doctrinam Iser. hîc: passiuè autem, si obtinuit licentiam pater de vendendo, filius virtute assensus patris super feudo patris, non possit vendere feudum suum post mortem patris, l. per procuratorem. ff. de acquir. hære. quia alia res est, & de re ad rem non fit extẽsio, licet fiat de persona authoris ad hæredem, vt suo loco infrà dicemus: itaq; intelligatur doctrina Iser. infrà col. ix. Quid dicemus? Dicam Iser. doctrinam in viij. & ix. col. veram esse, itaque passim nos iudicare: & pro concordia dic, Iser. hîc non considerasse assensum, in quãtum respicit hoc, aut illud factum: sed magis quatenus respicit ius iustè faciẽdi, dum proponit casum de eo qui habuit licentiam in genere, quod ius trãsitoriũ est ad hęredes, secundum Doctores in l. apud Iulianũ.

§.si qs alicui.ff.de legat.j.Bar.& alij in l. pater.ff. de ser.leg.quo casu non minùs consideratur factũ filij, q̃ factum patris, vt Doctores ibidem notant: & si factũ filij cogitauit,tunc illud cogitauit,quãdo res est filij:quo tempore nulla fit mutatio. Hoc tamẽ verum, nisi factum patris duntaxat fuerit cogitatum, iuxta terminos dicti §.si quis alicui. Vbi autẽ hoc cessat, videtur dominum cogitasse id quod ius vult, vt totiens Isernia per legem,quanquam.ff.de ritu nupti. dicit: à qua opinione minimè abhorret Afflictus hîc,per textum in lege, si autẽ plures. ff. de aqua pluuia arcenda. & in l. j.§.prodest. super quibus iuribus multa considerari possent circa congruitatem temporis,nolo tamẽ invtilibus argumentis ab hac æqua opinione animum tuum abducere. Nec obstat, si diceretur, pater habebat hæredem, filius non,& sic non ita de facili concessisset filio, vt venderet:quia respõdetur,dum cõcessit patri, tunc causatum fuisse ius pro omnibus,quod postea non immutatur, vt concludit Isernia in c.j.qui succes.ten.col.iij.per duas col.quia attenditur ius concessum tunc. ¶ Ex quibus notanter infero, quòdsi assensus staret sub forma priuilegij, vt concluſimus

Filia fœmina ex fœmina, nõ vtitur priuilegio matris.

suprà

ſuprà in ſecunda cõcluſione: puta, quia extra regnum eſſet habilitata fœmina, quoniã tunc aſſenſus illud factum habilitationis reſpiceret, nequaquam tranſferatur ad eius hæredem. Ita dicit Iſernia hîc & in cap. primo, de his qui feud. dare poſſ. §. ſed quia. colum. ij. in verſic. idẽ ſi mater redemiſſet. vbi vult, quòd ſi rex conſenſit cum aliqua fœmina vt redimat feudum, non videtur diſpenſaſſe cum eius hærede fœmina, ſed cum eius hærede maſculo: quia fœmina non poſſet habere iure ſucceſſorio feudum, prout habet maſculus, vt in d. c. j. §. hoc quoque. & in capit. primo, §. ad filias. de gradu ſucceſſ. & ſi aliquo modo ſuccedere poſſet, eſſet ex priuilegio: & priuilegium, quod diſpenſat in perſona matris, non extenditur ad filiam hæredem, niſi dicatur: quia priuilegia ſunt perſonalia, vti in l. ius ſingulare. ff. de legi. & in c. priuilegia. iij. diſti. & in d. §. ſi quis alicui. & l. j. ff. de conſt. princ. & l. qui tale. ff. ſoluto matr. Scribentes notant. Per quæ vides, quàm malè ſenſerit Bal. in c. quæ in eccleſiarum. col. vlt. in princip. de conſtit. quem citat Iaſon in l. ij. §. liberos. ff. de in ius voc. dũ volunt, q, ſi datur res perſonæ prohibitæ, putà, baſtardo, ſemper ſuccedat baſtardus:

de cuius veritate dicam latiùs in ca.naturalis.si de feudo fuer.contr. Illud tamen te non lateat, nempe vt nedum ex parte vasalli transeat ad hæredem, sed etiam ex parte regis. In quo nonnulli dubitarũt, si mortuo rege opus sit nouo assensu filij, contractu non celebrato in vita patris, eo quòd non ligat successorẽ, si diminueretur corona, vt dicemus infrà in versic.nec dominus. Quorum vnus ex dubitantibus in hoc regno fuit Capicius magister meus: sed non dubitetis vos, quia regnum hoc est hæreditarium, secundum Andr. in c.j. §.fin.in vltimis verbis, de inuest.de re alien.fac. & patet in constit. cùm hæreditarium. in quo ligatur successor authoritate eiusdem capit.j.qui succes.rene. si autem essemus in regno non hęreditario, tunc rectè dubitari posset: itaque distingui deberet, an ante cõtractum rex sit mortuus: quo casu dubium nõ esset, vt non pręiudicet filio regis succedẽti ex pacto & prouidẽtia in regno: aut non est mortuus antequam feudum alienetur, & virtute primi assensus partes agerent, quia actus fuit perfectus, quantum ad dominum, qui suum obstaculum substulit, & quia ex parte sua fuit pfectus, successores ligat: cap. fin. Extra. de solu.

Regnũ Neapolis hæreditariũ

de

de quo vide Iſern. in conſt. mulier quæ dotarium. & latiùs per me in dicta in c. j. an agn. ne terminos illos hîc tranſplá-
temus. ¶ Sexta concluſio ſit, vt aſſen- *Extenſio de to*
ſus extendatur de toto ad partem, ſiue *to ad partem.*
qui teneat feudum, teneat totum feudũ, & velit alienare partẽ, vt in l. ſi quis cùm totum. ff. de excep. rei iud. ſiue teneat ipſam partem dũtaxat, per l. ſi pupillus. §. final. ff. de verb. ſignificat. Itaque cum Iſer. tene, vt hanc opinionem verá eſſe affirmauerit, quicquid dixerint hîc Aluar. & cæteri, qui ponderant, aliter Iſern. loqui de æquitate, aliter de rigore. Nam quando dicit, rigor tamen, etc. loquitur in alia quæſtione ſeparata: ſatis certè fatuum eſſet dicere, in omnibus Iſern. de æquitate loquutum fuiſſe tot propoſitiones corrigendo, quas firmauerat ſuprá. Sed huic opinioni aduerſatur primò, quia nos concluſimus ſuprà, aſſenſum eſſe gratiam, & beneficium principis: ergo ſi eſt gratia aſſenſus præſtitus, in toto non poteſt extendi ad partem, cap. cui. de præbend. in Sexto. cap. quamvis. eodem titul. & c. ſuſceptum. Extra. de iudic. Secundò contradiceret text. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi mandauit. ff. de acquirend. hæred. vbi mandatum nõn adimpletur in

parte. Tertiò, quia vt argumentatur Franci. Curt. in quarta parte sui tractatus char. quadragesima octaua, columna quarta, interest domini, vt obligatio, quam habet, non diuidatur, vt notatur in l. ij. §. ex his. ff. de verborum obligatione. & in l. tutor. §. Lucius. ff. de vsuris. Quartò, quia Isern. hîc facit decem motiua pro rigore, vt non possit illud, quod est minus, facere. Et vltima ratio est, quia vtrunque erat prohibitum: &, quando vtrunque prohibetur, concesso, quod est plus, non conceditur quod est minus, vt ipse firmat per l. cùm prętor. ff. de iud. ergo eodem modo dicemus hîc de toto & parte, quoniam & totum & pars vetantur in l. ista. Quid dicemus? teneo cum Iser. cuius opinio satis firma manebit, si contraria argumenta excluserò. Non obstat primum, quia aliud est quærere, an concessa gratia de alienãdo totum feudum, poterit alienare partem: quia forma data est, vt alienetur totum. Aliud verò si roges, an data licentia de vendẽdo feudum simpliciter, extendatur ad partem: quod Ioann. Mona. & Archi. in d. c. cui de non sacerdotali. de præben. fieri posse determinarunt. Ex quib. hęc alia satis pulchra emergit sententia, vt

retenta

retenta opinione à nobis paulo antè fir mata, quippe intentionis domini non esse dare assensum in via priuilegij, & sic dispensare, dato simpliciter assensu de vendendo feudum indiuiduum, iuxta notata in §. præterea. ĩ. ea. l. nostra: hoc casu haudquaquã partem vẽdi posse, quia licet sit sua, vt in l. si quis cùm totum. non esset tamen diuidenda contra naturã feudi domino expresse hoc non dicente: quin potiùs dubitari poterit, etiã si assensus esset præstitus in parte, tacita qualitate feudi titulati, quod diuidebatur, in quo dominus non consueuit ita de facili cõsentire, vt minimè adhuc censeatur esse dispensatum, per ea quæ notantur in constit. si quis baro. in duabus gloss. quod in d. §. præterea. latiùs examinabo. Dixerim ista extra regnum, vbi non consueuerunt consentire, non aũt in regno, vbi hodie passim super feudis titulatis, & vbi viuitur iure Francorũ, Curia assensum præstat, etiã diuidẽdo feuda: ita quidem vt in regno firma hæc conclusio maneat in his, in quibus non consueuit consentire: exẽpli gratia, in diuisione iurisdictionis, aut vasallorum, quarum rerum diuisionem Curia nõ patitur, vt tunc habita licẽtia de alienando integrã iurisdictio-

nem,vel omnes vasallos,non censeatur data,quo ad partem. Non obstat secũ dum argumentum, quoniam ibi errauit,& nullus est consensus, l.si per errorem.ff. de iurisd. om. iud. Rursum damnũ ibi,si id quod minus est, fit,est mãdantis,hîc autem feudatarij:& sic termini non sunt pares. Non obstat tertium, quòd interfit domini ne diuidatur,quia in feudis diuiduis interest domini habere plures vasallos,vt in d.§.præterea. dicemus. Optimum tamen argumentum hoc pro illa limitatione esset,vt nõ possit vendere partem feudi titulati, vel alterius feudi vbi viuitur iure Francorum, quia in eo dominus dispensaret,quod non præsumitur,d. cap.cui. & c.quamvis.de præb.in vj.& c. susceptũ. de rescript. Nec te moueat,strictiùs cõstitutiones vetasse partis, q̃ totius alienationes,vt in cõst.consuetudinẽ. & in cõst.quadragenalẽ.quia illas partes volebãt præscribere,vt burgẽsaticas. Nec obstat quartũ,quia aliud est quid extendi,aliud cõprehendi:nã extẽsio fit in diuersis,cõprehensio est in eodẽ: quod Iser. respondendo ad §. si seruitus stillicidij.l.seruitutes.ff.de seru.vrb.prẽd.nõ negat. Pone.n.mentem principis hanc fuisse,vt ideo vẽdatur totum,vt ad amicum

cum ſtrenuiorem feudũ vadat: tunc certè non poterit adimpleri in parte, argu. l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit. in verſi. ibi, in contrarium. ff. quib. modis pig. vel hyp. ſolui. ¶ Septima concluſio ſit, vt aſſenſus de contractu ad contractum etiam minorem non extendatur. In qua concluſione quinque faciamus capita, per quæ omnes declarentur quæſtiones. Nam quandoque quærimus, an extendatur de contractu ſimili ad diſsimilem, vel an extendatur de contractu ad contractũ ſimilẽ aliqua ſimilitudine, vel ad contractũ omnino ſimilẽ, vel ad contractũ minorem: & denique, ſi extenditur de cõtractu minori ad maiorem. Et quo ad primum caput, de contractu ſimili ad contractum diſsimilem, vt non poſsit fieri extenſio, non eſt dubitandum: primò, propter authoritatem Iſer. hîc, & iura citata per ipſum, quoniam ſi omnes contractus ſunt per hanc l. prohibiti, vno conceſſo cæteri cenſentur prohibiti, l. cùm prætor. ff. de iudic. l. maritus. C. de procur. & l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matrim. & per ea quæ habentur in l. quicquid aſtringende. ff. de verb. obligat. & in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. eod. tit. Hanc. n. ob cauſam in ſtatutis quoque videmus,

Extenſio de cõtractu ad contractum.

Extenſio de cõtractu ſimili ad diſsimilem.

Extenſio verborum ſtatuti.

vt quicquid non est comprehensum in verbis, cēseatur omissum, vt notant Doctores in d.§.de viro. & d.l. quicquid astringendæ. Quibus vos addite tex.in l.si pupillorum.§.si prætor. ff. de rebus eorum.vbi gloss.Bal.& Angel. hoc quoque obseruant, nempe eam ob rem decretum iudicis nō extendi vltra dicta, quia est stricti iuris, sed assensus est strictissimi: ergo, etc. Quo verò ad secundum caput de contractu aliqua similitudine simili, videtis Isern. primo loco argumentum vnum proposuisse, vt ad hoc simile extendatur per l. si extraneus. ff. de condict. ob causam. confestim verò eam ob causam illud reprobasse, quia lex ista duo vetuit: & si dē gratia concessit vnum, non extenditur ad aliud, per l.prætor.ff.de iudic.& ea quæ in præcedenti primo capite dixi. Hanc enim ob rem idem Isern.in c.j.§.donare.qual.ol. feu. alien. pot.dixit, si in contractu simili esset eadem ratio, immò maior, adhuc non poterit fieri extensio ad contractum similem: quia licet assensus sit gratia, ex quo sumus in materia stricti iuris, non recipit extēsionem de vna re ad aliam, nec de vno contractu ad alium, nisi expressè dicatur, vt C.de fideicom.l.penult. l. fin.

Extensio verborum decreti iudicis.

Extensio de cō tractu ad contractum aliqua similitudine similem.

fin. C. de iur. & fact. ignor. & ibi gloss. l. asiduis. C. qui pot. in pign. hab. & de quadr. præscript. l. fin. in fine. præterquã si fieret comprehensiuè, vt ẽ. dicemus in viij. q. Et ideo dixit Bal. hîc, quòd si dominus consensit vt quis donaret, nõ donabit causa mortis, per l. filius. ff. de donat. vbi Imol. ad hoc ponderat illum tex. quẽ dicit esse singularem, tametsi contrà argumentari non dubitauerit, vt liceat donare causa mortis: in quo ea de re nimiùm pro ratione inuestiganda laborauit, quia nõ viderat Iser. hîc, dum pro ratione adducit, vtrunq; esse prohibitũ: sic enim respondere poteris his, quæ habẽtur in l. ij. in princ. ff. de verb. oblig. vt in cõtractibus sub prouisione simplicium contineatur casus mixtus, & sic vt comprehendatur donatio causa mortis, quæ mixtam naturam retinet, vt in l. final. C. de donat. causa mor. quia non loquuntur in casu, vbi vtrunque erat prohibitum in specie, & cum vno ex gratia dispensatur, vti Iser. dicit. Cui omnino subscribere obligamur, quicqd dicat Barb. in rub. de don. col. ij. & iij. præsertim cùm in fine illius tertiæ col. concludat, quòd vbicũq; donatio causa mortis nõ potest fieri sine specifica licentia, appellatione donationis

Extensio non fit à contractu donationis ad donationem causa mortis.

non comprehendatur donatio causa mortis: & ita intelligit l. filius. ff. de donat. Non quidem dubitamus, vt sine speciali assensu causa mortis donare nō possit. Pro quo faciunt etiam dicta per Soccin. in consil. xix. in iiij. & vj. colum. & per Hosti. in c. ad aures. paulo antè citato, Ancha. in consil. cxvj. & est bonus text. in c. j. de fil. presbyt. in vj. Ex quo & hoc aliud emergit, quippè vt si lex, aut homo consenserint per viam contractus inter viuos, nō possit fieri per testamentū: ratio patet, quia aut sumus in feudo ex pacto & prouidentia nō hęreditario, & ius disponendi non durat vltra vitam, c. Titius. si de feud. fuer. controu. & c. j. de succeſſ. feu. cum concor. aut sumus in feudo hæreditario, & tūc licet qui succedit, teneatur esse hęres, & sic non posset venire contra factum defuncti, l. cùm à matre. C. de rei ven. quia tamen feudum etiam hęreditarium debetur succedenti ex æquali prouidentia dantis & primi acquirentis, secundū An. in cap. j. colum. ij. de alie. feu. pat. & dispositio quæ fit per testatorem super feudo, capit vires post mortem, quo tēpore feudum est successoris, l. fin. C. de inoffic. test. dispositio quæ caret assensu super re tertij, est nulla duplici modo:

Extensio à contractu inter uiuos ad testamē tū denegatur.

do: primo, quia non contraxit, sed legauit, vt dixi: quod improbat Isern. in c. j. §. donare. col. ij. & iij. qual. olim feud. alien. po. & secundo, quia in alia re, filij, aut successoris, disposuit, & de re ad rē non fit extensio, vt j. suo loco dicemus: quam ob rem ex duplici capite actus erit nullus: quo sic stante satis licebit hæredi, vt sicut posset testator actum nullū non obseruare, vt probat Isern. in d. §. donare. col. iiij. & hîc in vlti. addit. vbi latiùs dicemus, quod ita factum est, iure proprio reuocare. Vnum tamen nō omittam, nempe vt tametsi dispositio facta in testamento non valeat, valeat tamen confessio facta in testamento, in quo confitetur inter viuos illud fecisse: ita singulariter notat Iser. in d. §. donare. in vlt. col. in versic. item quid si in testamento. quam opinionem tanquam æquam ac iuri consonam teneatis, posthabitis his quæ per gloss. in l. ex hac scriptura. ff. de donat. & per Doctor. disputantur: quoniam si non potest facere actum nullum in præiudicium hæredis, est de eo, quod aut est nullum in vita authoris, aut non potest conferri post mortem, vt præmisi: quod quidem deest in casu nostro, quia contra se potuit confiteri, & nil facit, quòd sit conferen-

Confessio facta in testamēto de re acta inter uiuos, stat ut actus inter uiuos.

dum post mortem, quinimmò actum iam perfectum in vita declarat, non tamen in fraudem hæredum, l. Titius. ff. ad Trebel. Dubium tamen remanet, si potest hoc facere in prejudicium domini, aut successoris in feudo ex pacto & prouidentia: quod determinabitis ex his quæ dicam infrà in xij.q.vbi quero, an ex cõfessione partium probetur pactum de retrouendendo? Possem equidem furto subtrahere viginti argumenta contra Iser. vt fiat extẽsio in casu simili, arguẽdo à pœnalibus, à correctorijs, & à statutis, quæ cumulantur in l.j. post gloss. C. de cond. indeb. & in l. ob æs. C. de præd. mino. & in l. res quæ. C. communia de leg. & per Salic. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. & per Iaſ. in v. col. C. de transſ. & per eundem in l. si mora. ff. solut. matr. & per Doctores in l. ij. ff. de legatis primo. & per Imol. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim. per Ioan. Lup. qui abundantissimè loquitur in repet. c.j. de donat. int. vir. & vxor. col. xxvj. xxvij. & xxviij. Feli. in c. intelleximus. col. v. Extra. de iudi. & in c. quoniam. per totum. præsertim in iij. col. vbi tibi cumulat omnes, vt lite non contest. & per Doctores in l. final. post gloss. C. de iur. & fact. igno. & in l. nam quod liquidè.

dè.§.fin.ff.de pen.lega.& in l. in his. ff. de legib.& in l.quod fauore. C. eodem tit. & per Deci. in consil. ccccclv. in iij. vol. tamen quia non intendo tractare ciuilia,nisi quatenus tangunt casum nostrum,satis nobis esse debere censeo, vt Iser.nostrũ Aurigam sequamur, qui oĩa vidit,& hoc vno & solo vtitur arg.nimirum vt cùm oĩa hæc sint vetita, si vnum concedatur,nõ possit extendi ad aliud, per l.cùm prætor.ff.de iudi. Non quidẽ inuenire tu poteris in his quæ sunt stricti iuris, vt duo sint simul & semel prohibita, si dispensatur in vno ab eo qui ex gratia suam voluntatem enunciat,& consensum prẽstat, in his quæ à sola voluntate sua dependent,vt extẽdatur ad similem.Non obstat tex. citatus à quodam minuto Feudista,in l. cùm hic status.§.similes.ff.de don.inter vir.& vxo. vbi miles qui habuit potestatem testandi,& donãdi causa mortis,si eo damnato obtinet vt testetur,donat etiam causa mortis:nam ideo illud ita est, quia restituitur ad id quo propter delictum erat priuatus,quandoquidem antea poterat vtrunque facere: nos verò illum proponimus, qui neutrum à principio facere poterat. Ad hæc,nónne exceptio in non exceptis non fir-

extensio assensus.

mat regulam, quando alia lege casus est prohibitus? vtiq; secundum cumulatos per Felin. in c. quoniam. in secunda limitatione, Extra. vt lite penden. quod si ita est, nónne eadē ratione, qui aliquid concedit, nō extendetur ad aliud, quod per aliā legem prohibitum reperitur? omninó. Hac enim ratione ductus Bald. in cap. j. §. donare. qualit. olim feud. alien. pot. dixit authen. res quę. communia de legat. non habere locum in re feudali, eò quia alia lege prohibebatur alienari: & cum ipso tenuerunt Barb. in rubr. de rebus eccl. non alien. char. xxv. col. iij. & in repet. c. Rainaldus. Extrau. de testa. col. clxiiij. Ambr. in repet. §. diui. l. filius famil. ff. de leg. j. colum. lxx. & lxxvj. & Iaſ. in d. authen. res quę. col. vij. versic. quintò nota. Alex. in consſ. xxxiij. col. ij. in ij. vol. & Soccin. in consil. xix. Quis enim poterit ab hac Iserniæ opinione abhorrere, & nō animaduertere, in dispensationibus ex maioritate rationis nullam fieri extensionem, secundū Innoc. in c. dilectus. de tempo. ordin. & alios Doctores in c. j. & ij. de fil. presby. in Sexto. Hæc tamen omnia sanè intelligas, quia si negamus extensionē, nō propterea negamus comprehensionem ex mente, vel causa, vt infrà in octaua conclusione

Intellectus Authen. res quæ. C. communia de legat.

Extensio non fit in dispensationibus.

cluſione dicemus. ¶ Quo verò ad tertium, an aſſenſus extendatur ad contractum omnino ſimilem? videtur prima facie in omni caſu hoc eſſe permittendum, authoritate gloſſ. in c. ij. Extra. de feu. quæ illud, quod dicitur in c. nuper. Extrau. de donat. inter vir. & vxor. vbi poteſt dare feudum per donationem propter nuptias pro tempore, quo poteſt ipſe retinere, extendit ad dotem, licet c. nuper. loquatur in donatione propter nuptias, propter omnimodam ſimilitudinem. Cui ſubſcribit Iſern. in c. j. col. iij. qui ſuc. tenea. Mea tamen ſententia ſubſiſtendum erit, quia licet authoritas Iſer. magna ſit, & glo. illa verum dicat, vt, quod dicitur in donatione propter nuptias, extendatur ad dotem, tamen ſi rectè ponderauerimus rẽ hanc, inueniemus procul dubio fauorẽ illum non reſpicere donationem ſimpliciter, ſed donationem in quantum fit propter matrimonium, & ſic matrimonium eſſe in cauſa, quo caſum non dicitur extẽdi, quin potiùs vt vterq; caſus ex mente cõprehendatur propter ipſum matrimoniũ, cui hoc priuilegiũ conceditur, vt j. in extenſione cauſę & mentis, in viij. concluſione, hoc latiùs videbis. Quanquam enim omnimo-

Extenſio ad omnino ſimilem contractum.

dam habeant similitudinem, non propterea idem sunt, vt dicit gloss. in verbo, naturalis. in verbo, similis. ff. de præscript. verb. Nec est omnino illud, vt notatur in l. mercis. ff. de verb. signific. & cùm sint stricti iuris, summota mente, vel causa, non extenderetur. Etenim si Isern. authore dicimus per l. si idem. C. de codi. non extendi ad id quod est minus, eò quia vtrunque reperitur prohibitum: quo modo dicemus, vt extendatur ad omninò simile, quod saltem est æquale? Et deniq;, quia ratio tex. nostri nō se fundat in damno domini, sed quia illud fit contra voluntatem domini, & aliter quàm ipse elegit, vt toties suprà diximus, per l. fin. ff. de vsu & hab. quæ quidē ratio militat etiā in omnino simili. ¶ Quo ad quartum, de contractu maiori ad minorem, vos videtis Isern. formasse septem argumenta pro parte affirmatiua, vt suprà declaraui, p̄o stea verò quatuor motiuis destruxisse omnia. Ponderat namque in primis rigorem, quo intuito, quicquid est omissum, habetur p̄ omisso, vt in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. & l. si minor. eod. tit. Cui vos hoc aliud addite, nempe vt tametsi rectè ipse rigorē sumat ex eo, quia contractus, in quantum

Extensio de cō tractu maiori ad minorem.

tum contractus est stricti iuris, vt in d. l. quicquid astringendę. alia quoque ratione rigorosus erit, quia ipsa feudorũ consuetudo regulariter respectu assensus rigorosa est, vt dicit Lud. in consil. j. col. j. gloss. in c. j. in verbo, secundum quosdam. de natu. succes. feu. & Alber. Bru. in consil. ij. col. iij. Quod quidem si nemo diceret, ex his demonstratur quę præmisimus in euidentialibus super tex. vbi rationem assignauimus, quare feuda sine vtriusque assensu alienari ne queant. In quibus illud videbis, nihil posse agere vasallum sine voluntate domini: nec quæritur, quare: sed quia sic placuit domino. Non quidem interpretamur id dominum voluisse, quod non dixit, & per legem prohibitum erat. Atqui dices, nónne multa iura in consuetudinibus feudorum habemus, quæ æquitatem sequuntur? Ego verò respondebo, nunquam illud te legisse in casu in quo cum effectu vasallus dominũ contemnit, provt esset alienando sine assensu, secũdum An. in c. j. si vasal. feu. priue. & in c. si vasallus culpam. si de feu. fue. contro. Pro hoc secundo loco affert Iser. nam si de tẽpore ad tempus non fit extensio in materia ista, quod est minimum quod fieri posset, vt

Rigorosa est ipsa consuetudo feudorum.

Æquitas iuris feudorum.

l.ſicut.§.fin.ff. quibus mod. pignor. vel hypo.ſolu.minimè dicemus, vt aliqua extẽſio maior admittatur. Tertiò affert, quia nos verba in re hac obſeruamus, à quib.regulariter, niſi cõſtet de contraria mente, nõ recedimus, vt in l.j. §. ſi is qui nauem.ff. de exerc. & ff. de leg.iij.l. non aliter. Quartò, quia nil eſt in feudis reſpectu alienationis, quod non ſit correctum, præter ſubinfeudationem rectam, vt in §. callidis. eadem l. noſtra, & refutationem quæ fit immediatè ſuccеſſuro, vt in c.j.§. & ſi libellum. de alie. feu.pat. & in c.j. de prohib.feu.alie. per Lothar. & hîc, vbi omne commercium eſt inhibitum. Vnde ſi vnum ex prædictis conceſsit aſſentiendo, magis tunc dicemus cætera prohiberi, d.l. cùm præ tor. Non quidem reperitur iure cautũ in materia cõtractuum ſtricti iuris, cùm duo in ſpecie prohibentur, vt conceſſo vno extendatur ad aliud ſimile: vel minùs, quando in verbis vel mente concedentis non comprehenditur, vt §. in ſecundo capite dixi. Pro quo poterat Iſern. qui magnus fuit obſeruator literę, allegare text. formalem in l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. ff. de rebus eorum. vbi ſi prætor iuſsit vt vendatur, non poteſt obligare, quia vtrunque eſt prohibitũ: &

Verba intuenda ſunt.

extẽſio de vno ad aliud omnino denegatur, quando vtrunque eſt prohibitum.

& ita resſponderi poteſt ad omnia quæ pro contraria opinione ponderantur per Imol. in l. filius familiâs. ff. de donat. hoc tamen puto verum, quippe vt ſi is qui impetrauit aſſenſum ſub duplici capite, primo ſuper contractu, & ſecundo ſuper obligatione bonorũ, vt fieri conſueuit, tunc ſi primus aſſenſus non tenet, putà quia falſus vel obreptitius, nõ propterea vitietur ſecundus aſſenſus reſpectu obligationis perſonalis quæ remanet firma, pro cuius ſecuritate ſunt in ſpecie obligata feuda, & ſic dictat regius aſſenſus, quoniam vno vitiato ſeparabili ab alio reliquum non per viam extenſionis, ſed quia expreſſum eſt, remanet firmum, vt notatur in c. ſi eo tempore. de reſcript. in vj. Abba. in c. cæterùm. & c. ſedes. de reſcrip. & c. ex literis. de fide inſt. Ant. de But. in c. exhibita. de iud. glo. & Ioan. de Ana. in c. querela. Extr. de ſimo. Pro quibus facit tex. in l. fin. ff. de calũ. l. ſi ex falſis. C. de trãſ. & in l. ſancimus. C. de dona. Quocirca in ſpecie dicebat Iſer. hîc pro corroboratione principalis articuli, vt is qui habuit poteſtatem de vendendo, non poſſit pignorare, ex rationibus ſ. adductis. Pro quo facit, quia licet de iure ciuili contractus pignoris poſſet dici minor,

Aſſẽſus qui nõ ualet reſpectu obligationis principalis, poterit ualere reſpectu hypothecæ bonorum.

respectu feudi erit nunc æqualis: ex quo non minùs per vnum, quàm per alium impeditur vasallus militare, quæ est causa finalis legis nostræ. Et quia contrariorũ eadem est disciplina, l. interstipulantẽ. §. sacrã. ff. de verb. oblig. rectè dicemus, vt sicut in octaua conclusione j. probabo, ex causa extẽdi posse assensum, ita ex causa debere restringi. Cuius opinionis fuit gloss. in l. ij. C. de pa. qui fil. distrax. quæ etsi rectè reprobata fuerit ab Azo. Odoffr. Cyn. Petr. Alb. & Salic. inspecto iure Ciuili, optimè tamẽ loquuta fuisset in feudis. Nam in lege j. C. de pa. qui fil. dist. vetita est pignoris datio, & venditio, sicut hîc, & vtraque materia stricta est, sed ibi in l. ij. eo. titu. non conceditur specificè vt vendat, sic enim contigit de facto: & quia causa fuit, ne fame peat, l. ij. non corrigit l. j. sed ipsam declarat, vt dicit Bart. in l. si constante. ff. sol. matr. col. vij. & declarando, vt extra causam famis non habeat locum l. j. idẽ erit in obligatione: quæ quidem causa in assensu in feudis non adest, sed nudum factum est in considerationem, vt vendat. Cumq; causa desit, nihil adest quod extensionẽ permittat: quod nota. ¶ Quo verò ad quintũ, de contractu minori ad maiorem, dicit Isern.

Assensus ita ex causa restringitur, sicut ex causa extenditur.

Intellectus l. ij. C. de patrib. qui filios dist.

Extensio de cõtractu minori ad maiorem.

Iſern. caput hoc tanquam indubitabile examinandũ non eſſe per l. ſeruitutes. §. ſeruitus ſtillicidij. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. cui pacto. ff. de ſerui. expor. & l. non debet. ff. de reg. iur. Dubitari tamẽ poterit, ſi rex aſſenſit, vt dones feudum reſeruatis fructibus quos ſine iure formato capis à manu feudatarij, vt per Bar. in l. fundi Trebatiani. ff. de vſufru. lega. prouț §. in quæſtione fructuum, in ſecunda cõcluſione, in tertio caſu, dixi, an extendatur ad vſumfructum, in quo eſt ius formatũ à principio, & capitur iure proprio, vt §. in quęſtione vſusfructus dixi. In quo articulo, quia vaſallus ſine aſſenſu diſponit de fructibus primo modo, non tamẽ conſtituit vſumfructum, ſecundũ Iſer. hîc. Dicerem cùm grauius iam inhibitum ſit, & aliud diuerſum fecit, quod ſibi non liceat. Quin potiùs vt ex cõſtitutione vſusfructus totũ annulletur, vt dixi §. in quæſtione de refutatione feudi reſeruato vſufructu. Et hoc, quando cõſtat eſſe aliud. Sed quid ſi habuit aſſenſum reſeruãdi fructus ſua vita durante, quos capere potuiſſet iure proprio, & ipſe reſeruauit ſibi vſumfructum? puto tũc non eſſe aliud ex doctrina Barto. in d. l. fundi Trebatiani. nam vis in eo conſiſtit, ſi poteſt iure proprio,

Extenſio à fructibus ad uſum fructum non permittitur.

vel à manu feudatarij fructus capere, vt ibi. Ex quibus hæc altera emergit quæstio, si dominus consensit obligationi feudi, deinde verò vasallus condemnetur actione personali, an iuxta terminos l. à diuo Pio. §. si super rebus. ita fieri possit executio, vt sine nouo assensu res vendatur? Dubium hunc articulum facit, quia sequela hæc grauior est ipso primo assensu, ad quod trahi non potest. Verùm quia articulus non minùs vtilis, quàm difficilis est, ne ex regulis generalibus alicuius pauperrimi iustitia confundatur, ad partes illum examinabo. Principiò quæstionẽ ipsam perstringes, quia non loquor in assistentia quæ eam ob rem absque dubio eidem cui feudum obligatum est, præstari debet, quia cùm rex assensit vt huic obligetur, impedimentum est sublatum, secundum Isern. in c. j. §. quid ergo. de inuestit. de re alien. fact. & in const. si quis post litem. & nihil est, quod talem actũ impediat, arg. l. j. C. quãd. ij. decre. opus non est. l. magis puto. §. si fundo. ff. de rebus eorum. & l. creditoris arbitrio. ff. de distra. pign. Loquor igitur, quando actum est actione personali, & propter assensum præstitum in obligatione bonorum petimus feudũ subhastari, vt

Extensio assensus præstiti in obligatione bonorum & personæ, an extendatur ad vendi tionẽ faciendã intra terminos l. à diuo Pio. §. si super rebus.

vt præmiſi. Et primò, quòd non poſsit ſine nouo aſſenſu vendi, moueor autho ritate Iſern. hîc, dum ait, quòd ſi dominus conſenſit pignori ſeu obligationi, non conſenſit venditioni, quæ grauior eſt, arg. l. ſeruitutes. §. ſi ſeruitus ſtil licidij. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. cui pacto. ff. de ſer. expor. l. non debet. ff. de regu. iur. l. diligenter. & l. præterea. ff. mand. & l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. Ergo non poterit virtute aſſenſus præſtiti ſuper obligatione ſine nouo aſſenſu per ſubhaſtationem vendi. Secundò, quia nos concludimus hîc poſt ea quæ habentur in l. ij. C. de pat. qui fil. diſtra. (quicquid dicat Mart.) iſtum tex. non habere locũ in eo qui obligauit feudum, & nihilo minùs habet locum in eo qui vẽdit feudum: ergo, quod licet per viam obligationis, nõ poteſt extẽdi ad venditionẽ: & ſic virtute aſſenſus primi ſuper obligatione illud vẽdere non poterit. Tertiò, quia videmus pro onere feudi obligari feudum ſine aſſenſu, vt dicit Iſern. in cap. j. col. ij. in duobus locis, in titul. an agna. in c. j. §. quid ergo. de inueſtit. de re alien. fact. & in conſt. ſi quis poſt litem. & tamen virtute iſtus obligationis quæ à lege permittitur, non

potest sine nouo assensu deueniri ad vē ditionem, secundum decretum, vel actum alienationis perpetuæ, vt est text. ibi, & Iser. in d. §. quid ergo. & in d. constit. si quis post litem. & in constit. in ali quibus. illud affirmat. Ergo cùm lex & homo vadūt à pari, l. final. C. de fideiuss. eodem modo dato assensu per hominē in obligatione, non poterit deueniri ad actum venditionis perpetuæ sine nouo assensu. Quartò, nam post tradita per Francis. Curt. in suo tractatu feudorum, char. xlix. in quarta parte ibi, si feudum sit concessum pro se, & quibus dederit. nos concludimus, quòd si dominus in prima concessione feudi dedit licentiam de alienando, in dotem dando, etc. non poterit hoc cum effectu absque domini scientia fieri. Quomodo ergo dato assensu super hypotheca, poterit deueniri ad actum alienationis quantumcunque dominus illam cogitauerit sine nouo assensu? Quinto verò loco in medium producam in regno consti. constitutionem diuæ memoriæ. ibi, nisi de speciali maiestatis nostræ licentia. per quæ verba omne illud, quod non est dictum in specie, est denegandum. Sextò arguo sic: nam aliud est me obligare ad aliquid faciendum, & aliud est

illud

illud realiter facere: sicut aliud est promissio de vendendo, quàm ipsa venditio: vt per Bartol. in l. pupillus. in princip. ff. ad legem Falcidiam. Bald. in l. j. C. communia de leg. gloss. & Paul. in l. bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loco. & gloss. final. in ca. penultimo, de electio. in Sexto. Ergo cùm sint diuersa, nõ extenditur ad alterum non dictũ. Septimò, nónne vasallus debet esse cognitus domino? vt in c. primo, de duobus fratribus. vnde hîc Isern. in col. iij. dicit, quòd contra voluntatem domini fit, si alia persona eligitur, & sibi damnosum est, per l. final. ff. de vsu & hab. Nónne in c. primo, §. fin. an ille qui interfe. fratr. domini sui. in additione, & in §. præterea. de capit. Corrad. in fine additionis, idem Iser. dixit, etiam q, si melior persona detur, adhuc non posset alienari? Vnde licet dominus cõsensum suum præstiterit huic habenti hypothecam, cui ex hoc consensu causatum est ius in re, vt dixit Cyn. in l. cùm res. C. si res alien. pign. dat. sit. per l. in noxalibus. ff. de noxal. actio. & l. fi. C. de rebus alien. non alien. quo mediante & agere etiam posset, vt in l. j. & ibi gloss. ff. de pignor. actio. cum concord. Tamẽ ista venditio quæ fit postea per §. si super rebus. non

fit cum persona istius cui dominus con cessit feudum posse obligari, sed cum alio licitante. Et tunc considerat, quòd si nos concludimus hîc cum Isern. col. iij. in eadem persona non fieri extensionem de contractu ad contractum, multò fortiùs in diuersis personis non fiet extensio de contractu ad contractum: quia in hypotheca, cui dominus à principio assensit, scit personam, & contractum, hîc autem quando venditur iuxta §. si super rebus. ignorat personam & contractum, quod non est ferendum. Octauò ad idem affertur, quia Isern. in specie tenuit in constit. si quis post litem. in verbo, feudalia. & in cõst. in aliquibus. in verbo, quintumdecimum. col. vj. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. non habere locum in feudis, sicut nec secundum decretũ. ¶ Pro contraria parte in medium producitur doctrina Isern. in const. in aliquibus. in illa quæstione, quomodo succurratur sorori pro paraggio, si frater alienauit feudum? dum vult, quòd licet onera feudi transeant contra eos ad quos vadunt feuda, vt C. sine cens. vel rel. l. j. & ij. ff. de vsufruct. l. hactenus. & l. quæro. non tamen dicit, nos posse agere actione reali contra feuda, sed actione personali, quæ

Onera feudi transeunt cõtra eos, ad quos uadunt feuda, nõ tamen datur actio in rem contra feudum.

quæ erit ad instar actionis in rem scriptæ, vt ff. quod metus causa. l. metum. §. cùm autem. ff. ad exhibend. l. adeo. §. fin. ff. de oper. noui nunc. l. penult. & l. final. cum concordan. Rursum, quia idem concludit in constitu. comitibus. in ij. lectura, in vita & militia. vt tametsi vita & militia sequatur rem, vt habetur in quadam litera, quæ est inter capitula regni, quæ incipit, Alienationis actus. actio tamen quæ datur, est personalis, vt dicit Isern. ibi. Per quæ satis apertè Iser. videtur intellexisse, vt l. à diuo Pio. §. sic quoque. habeat locum in feudo propter onus feudi, vbi agimus actione personali: ergo multò magis erit dato assensu per hominem, per quem pro maiori securitate actionis personalis accessit expressa obligatio realis, vt in l. j. §. fin. ff. de pign. act. nec intellexit Isern. Dicebant hi, qui hoc argumento vtebantur, cum nouo assensu super subhastatione: quia hoc non dixit, nec illud principale omisisset, si ita intellexisset. Sed attende, quia hoc argumentum sic suprà formatum non me mouet in aliquo, in quantum intellexerunt Iser. voluisse, vt pro onere feudi possit exequi cótra corpus feudi, provt tenuit Iac. de Ardiz. in sua summa, quia hoc modo nõ

Vita et militia sequitur rem.

intellexit, vt infrà ex reſponſionibus ad argumenta contraria, præſertim ad octauum argumẽtum, videbis. Secũdò, quia dum volumus determinare quæſtionem hanc, nec aliquid determinatũ à iure feudorum habeamus, capimus argumenta à iure Ciuili & Canonico, arguendo etiam à decreto iudicis, vt in l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. ff. de rebus eorum. & ibi Bal. & in l. ſi. C. de præd. cur. in decreto autem iudicis fit iſta extẽſio, vt decretum ſuper obligationem extendatur ad venditionẽ, quæ inde ex neceſſitate cauſatur, eo quòd magis quędam ſequela primæ obligationis dicitur, q̃ noua venditio, ſecundũ Bal. in d. l. ſi pupillorum. §. ſi pupillus. quem ſequũtur cumulati per Afflict. in d. conſtit. ſi quis poſt litem. quibus addite vos cumulata per Apoſt. Alexan. in l. denique. §. ſed vtrùm. poſt glo. ibi, ff. de mino. & tradita in l. tutor rerũ. ff. de adminiſt. tuto. Cyn. & Bal. in l. inuitus. C. de procura. & in l. ita demũ. & in l. cùm nõ ſolùm. §. neceſſitate. ff. de bo. quę lib. Angel. in cõſi. clxxvij. incip. Ad euidẽtiã. Bal. in l. pactũ quod dotali. C. de colla. glo. in l. iij. C. de cõtr. iud. tut. & in rubrica C. de pac. & allegata per Ludo. in conſil. cclxxx. ac cumulata per Iaſon. & alios in l. j. ff.

de

de acquirend. poſſ. & in l. à diuo Pio. §. ſic quoq;. ff. de re iudicata. ita quidem, vt ſequela hæc minimè alia res, ſed potiùs eadem res dicatur, vt ff. de inſt. l. quicunque. §. penult. quibus ſic exiſtentibus, eodé modo dicemus, vt aſſenſus ſuper obligatione extẽdatur ad alienationé neceſſariã, vt in d. §. ſic quoq;. & §. ſuper rebus. præſertim cùm decretũ debeat ſeruari ad literam, vt in d. §. ſi prætor. non autem conſenſus hominis, vt declarat Bartol. in l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſolu. & ſi in decreto fiunt iſtæ extenſiones, multo fortiùs fieri debent in aſſenſu regis. Porrò quid dominus conſentiendo cogitauit? id quod ius vult, l. ſi cui. ff. de ſer. & l. quanquam. ff. de ritu nupt. Ergo ſi illud principale conceſſit, omnem neceſſariam ſequelã etiam conceſsit, l. cùm principalis. ff. de regulis iuris. & l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. vti in ſimili dicimus, quòd ſi dominus conſenſit, præiudicat ſibi pedum tunc, ſed perpetuò, vt firmauit Iſern. in cap. j. qui ſucceſſ. ten. col. iij. ibi, alij dicunt non irrationabiliter. & in cap. primo, §. final. in quibus cauſis feud. amitt. & licet loquatur extra regnũ, idem tamen tenuit in ſpecie idem

Extenſio nõ fit ad ſequelã, ſed magis eadẽ res dicitur.

Aſſẽſus in quo differat à decreto.

Iſern.in regno, in conſtitut.fratribus.in verbo,ſorori.vbi vult,vt rex qui conſen tit matrimonio, conſenſiſſe videatur vt feudũ obligetur pro ipſo matrimonio & dote. Nec illud conſiderare velis, quippe hanc ſequelam non eſſe omnino neceſſariam, ſiquidem poſſet ſoluere,quia pupillus quoque in l.ſi pupillorum.poſſet ſoluere, & tamen ipſam ſequelam eam ob cauſam neceſſariam no minant, quia neceſſarium tunc conſide rant reſpectu obligationis præteritæ eo non ſoluente, vt in l. Lucius Titius. ff. qui potio.in pignor.habe. Quid dicemus? huic poſtremæ opinioni ſubſcribo,quę ſatis firma remanebit, ſi rectè cõtraria argumenta ſoluerimus. Non obſtat igitur primum argumentum, quia qui poteſt obligare, non poteſt vendere voluntariè,ſecus autem ex neceſsitate, vt dixi: nam illi ſunt diuerſi contractus,ſequela verò ſtat,vt idem l. quicunque.§.penult.ff.de inſtit.vt ſuprà firmauimus. In ſecundo argumento partis affirmatiuæ, cuius argumenti rationes omnes pro huius argumenti ſolutione in medium produci poſſunt, nõ obſtat ſecundum: quia ſicut quis non poteſt vendere tradendo, ita neque obligare poteſt feudum illud tradẽdo, vti ſuper

Extenditur aſſenſus præſtitus ſuper obligatione ad uenditionem neceſſariam.

text.

text. dixi: nullo enim modo hæc duo inter se differunt. Non obstat tertium, quia errant hi qui tenent, pro onere feudi posse obligari feudum, vt suprà in quæstione pignoris, si feudum sine assensu pignorari potest, in quarta limitatione probaui. Hanc enim ob rem recta ratione dicimus, vt sine nouo assensu directi domini secundum decretum non cõcedatur, quia licet pignus iudiciale contrahi posset, ita vt perpetuò rem teneat p onere feudi, vt declarat Federicus in suo regestro, cuius meminit Isern. in cõstit. in aliquibus. in verbo, quintumdecimum. col. x. & in c. primo, §. donare. in princip. additionis, col. j. & ij. qualit. ol. feud. alien. pot. in constit. fratribus. & hic, dum loquitur de dote: tamen non causatur ius in re, vt perpetuò teneat iure dominij vtilis, & faciat fructus suos, sed donec sibi satisfiat, quia fructus exte nuant sortem principalem, secundum Isern. ibi, & in constit. in aliquibus. col. vij. in fin. & principio octauæ, per textũ in l. j. C. de pignor. actio. præterquam in viro, qui illos compensat cum oneribus matrimonij, non autem quòd iure feudatarij fructus ipsos faciat suos, secundũ Iserniam ibi per notata per Innocẽtium in c. salubriter. Extra. de vsu. Subsiste

Decretum secũdum an possit concedi sine nouo assensu.

paululum quæso, ne malè intelligendo doctrinas Iſern. in dicto §. quid ergo. & in conſtitution. ſi quis poſt litem. tuum ingenium confundant, dum vult, quòd dominus compellatur conſentire : eſt enim hoc, quia nullum ius eſt cauſatum ſine ſuo aſſenſu in feudo, & partes impetrare volunt ſecundum decretum : quo caſu ad hoc, vt poſsit concedi, neceſſe eſt vt præcedat aſſenſus, & deinde ſequatur decretum. Sic enim Iſern. loquitur in caſu, quando nulla præceſsit obligatio : quia tunc pro oneribus feudi propter conſuetudinem regis, qui in hoc caſu ſolet conſentire, compellatur de nouo conſentire : & ſi conſenſerit, iudex quoque compellitur ſecundum decretum concedere : non autem loquitur, quando præceſsit hypotheca cum aſſenſu, vt in caſu noſtro. Confirmant profectò doctrinæ contrariæ opinionem iſtam, quia ſi iudex poſtquam princeps conceſsit aſſenſum, compellitur præſtare ſecundum decretum : ergo ſemper præcedente hypotheca cum aſſenſu illud præſtare compelletur, & omnis ſequela iudiciaria admittēda erit. Fatuum quidem eſſet dicere, vt præſtetur aſsiſtentia, & non præſtetur ſecundum

cundum decretum, & per consequens, vt subhastari quoque possint: quia si ex mente in assensu sit extensio, vt infrà in propria quæstione demonstrabo, omnia hæc fuerunt in mente domini concedentis, argument. l. quanquam. ff. de ritu nupt. & l. si cui. ff. si seru. vend. provt hoc argumento milies Isern. noster Auriga vtitur. Nec illud omittam, quippe vt tametsi Isern. in §. quid ergo. videatur velle, vt prō onere feudi detur secundum decretum sine alio assensu, illam non esse opinionem Isern. quia refert verba Iacob. de Ardiz. in sua summa, qui hoc tenuit, vt pro onere feudi obligetur feudum, & malé: nam è vestigio Isern. posuit suam opinionem ibi, sed venditio, etc. vbi expressè vult, vt secundum decretum non interponatur sine assensu principis: quia qui patitur quòd interponatur secūdum decretum, videtur rem habere pro derelicta, secundum gloss. in l. prætoris. in verbo, capere. ff. de dam. infect. Qua de re non potest interponi contra eum qui rei suæ dispositionem non habet, secūdum Doctores ibi, & in feudis perspicua res est, neque vasallum posse rem regulariter derelinquere: vt notatur in capit. j. §. final. de

cap. qui cur. vendi. neque feudi commercium habere, vt in l. noſtra. Hoc ſatis apertè confirmauit Iſern. in conſtit. ſi quis poſt litem. vbi omnia, quæ nos diximus, dilucidauit. Et cum Iſern. tenent Bartol. Paul. Alexand. ac cæteri communiter in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect. de iure communi quoque nedum in regno, vbi de hoc eſt caſus in d. conſtit. ſi quis poſt litem. Non obſtat quartum, quia licet ſint opiniones, ſi quando dominus à principio conſtitutionis feudi dedit poteſtatem alienandi, requiratur aſſenſus de nouo, vera concluſio eſt, nullum requiri aſſenſum, neq; ſcientiã, vt infrà in nona concluſione demonſtrabimus, & ſuprà in tertio etiã diximus. Non obſtat quintum, quia vox illa, ſpeciali. non negat aſſenſum poſſe dari in genere, vt Iſer. hîc in princip. iij. col. confirmat: & quod dicit de ſpeciali, etc. dic tu, id eſt, de gratia ſpeciali, quia dominus nõ tenetur conſentire, & ſpecialem gratiam facit regulariter conſentiendo: cumque hoc modo conſenſiſſe affirmauimus, ſatis illud ex ſua ſpeciali gratia habemus, vt ſuprà in tertia cõcluſione diximus. Non obſtat ſextũ, quia licet aliud ſit, tñ vtrumq; ex eadem authoritate primi aſſenſus

in

in obligatione præſtiti adimpleri poteſt, iuxta tradita per Iaſ. in l. j. §. item acquirimus. col. ij. ff. de acquir. poſſ. præter ea quæ ſuprà in ſecundo argumento dixi. Non obſtat ſeptimum, quòd dominus debeat cognoſcere vaſallum: quæ erat ſecũda & maior difficultas, qa dominus non debet habere vaſallum quem ipſe non elegerit: quod quidem verum eſt. Sed iſta electio poterit fieri dupliciter: primo modo in ſpecie, conſentiendo Titio, & tunc ſi conſenſit Titio, non poteſt contrahi cum Gaio, quem dominus non elegit, vt firmat Iſern. hîc colum. ij. & iij. & nos diximus in lectione pręcedenti per l. cùm ita datur. & per l. cùm ita legatur. ff. de condi. & demon. & poterit fieri etiam in genere, dando licentiam vt vnicuiq; vendat, vt hîc dicit Iſer. col. iij. Tunc. n. quia certus eſt dominus vaſallum non poſſe vendere, niſi æquali, & non inimico, vt in c. j. §. ex eadẽ. & §. profectò. de lege Corrad. hoc caſu nil aliud quærimus, nec de hac vel illa perſona curamus: quia tunc dominus curat de perſona, quando illam eligit: ſed quando ſimpliciter cõſentit, ipſius electionem ſpecificã remiſit vaſallo, vt ſ. in tertia concluſione declaraui. Etenim ſi dede-

Dominum debere cognoſcere vaſallum, cui feudum alienatur, quomodo intelligendum ſit.

ris dominum cogitasse, vel cogitare de buisse, posse feudum subhastari, & consensit, non curauit amplius de persona, in qua tu adeo laboras, & ideo in hoc primo capite, quãdo assensus super obligatione reali venit vasallo supplicante domino regi, vt præstet assẽsum quatenus bona feudalia tanguntur, contra illum qui se obligauit personaliter ad aliquid dãdum vel faciendum, quia nil aliud venit nisi vt assecuretur is qui contraxit, dum hoc expressit, quòd præstet assensum huic hypothecę, debuit dominus assentiens considerare quòd creditoris erat eligere vnam vel aliam viam, & ita ei concessit vt ius vult, l. si cui. ff. de serui. & l. quanquam. ff. de ritu nupt. quia hoc, quod volebat, fuit apertè dictum, scilicet feudi assecurationẽ vltra obligationem personalẽ, & dum dominus tali petitioni suũ assensum præstitit, omnia iuris remedia quæ eidem cõ petere possent, cõcessit: aliàs necessum esset omnem iuris dispositionem & totum corpus iuris in omni contractu inserere: quod est ridiculum dicere. Non obstat octauum, quia nos fatemur id, quod dicit Iser. vt sicut secũdũ decretũ nõ potest interponi in feudo, quãdo nõ præcessit assensus etiã in onerib. feudi,

ita

ita etiam nō procedatur ad actus cōtentos in l. à diuo Pio. §. si pignora. & §. si super rebus. Sed non minùs dicimus, vt sicut quādo præcessit assēsus, deueni mus ad secūdū decretū, ita deueniatur ad contēta in §. si pignora. in quæstione proposita, quando feudum est obligatum cū assensu, & intellige sanè etiam in casu de quo loquitur Ilern. ibi, ne videatur sibi ipsi cōtrarius, vt quidā pōderāt, qa postea in fine in onere feudi, vbi nō est ius ad rem, vt suprà diximus, cōcludit vt in feudo habeat locum lex, à diuo Pio. §. sic quoq;. quia nō ꝓpterea dixit vt capiat feudū, sed præsupponit illā executionē fieri in subsidiū, vt in l. ij. & pen. C. quando fisc. & iuxta terminos d. §. sic quoq;. & intelligēdo vt fiat in subsidiū, intellexit vt ius vult: quo casu, vt est cōis cōclusio in l. cōmodis. ff. de re iudi. executio prædicta fiet respectu fructuū, & nō in corpore feudi, causādo ius in feudo, nisi precedente assēsu fiat, vt paulo antè dixi §. in quæstione fructuū. Quod viua ratione patet, qa non potuisset in plus fieri executio cōtra hunc possessorem respectu nominis transmissi, quàm contra principalē qui verè obligatus erat, & clarum est cōtra principalē, vt ibi diximus, nō concedi

executionē in corpore feudi. Sic enim iudicarem, si casus occurreret, vt etiam in oneribus feudi sine assensu nullum ius causaretur in feudo, sed sola immissio in subsidium super fructibus pręstetur, iuxta terminos l. commodis. ff. de re iud. Cum qua videtur se conformare Federicus, provt suprà respondēdo ad tertium argumentum dixi: vbi verò prę cessit assensus, in obligatione omnia se qui possint & assistentia, & secundum decretū, & remedia l. à diuo Pio. Huic sanę opinioni, non tamen his medijs, subscripserūt decis. cclxxxv. prope medium, & decis. cccxxxv. & Socci. in cōsil. lxxx. in iiij. vol. ac Deci. in consilio ccccclviij. dum allegat tex. in l. tutor rerum. ff. de admin. tuto. Sic quoq; peritissimi consiliarij iudicarūt in causa dominæ Mariæ de Geuara, matris Galeoti Caraffæ, vt assensus sup capitulis matrimonialibus, in quibus fiebat mentio cōtractus mutui, vt extenderetur ad cō tractum mutui postea celebrādum: illa sola ratione moti, quia dum erat expressus cōtractus mutui in capitulis, & erat quędá sequela capitulorum, trahi potebat ad illud nouum factum sine alio assensu. Per quæ vides insuper, an & quando l. final. C. de iure domi. impet.

locum

locum habeat in feudis, quãdoquidem si in parte haberet assẽsum, quia tñ nõ habet in toto, sequela quã habere posset in parte, non poterit extendi ad totum, argum. c. j. qual. olim feu. alie. pot. Et vltimò, si hæc sequela admittitur, & etiam ex mente fit extensio, vt in sequẽti conclusione dicam, hæc alia quæstio ex his decidi poterit, vt dato assensu super promissione de vendendo, sine alio assensu ipsa venditio perfici possit. Pro quo præter ea, quæ suprà diximus, ponderate cumulata per Iason. in l. j. §. item acquirimus. colum. ij. ff. de acqui. poss. Rursum, si rex assensit procurationi factæ ad vendendum tale castrũ, hoc aliud dicamus, nempe vt genericè videatur dedisse potestatem vendendi tale castrum, prout suprà in tertia conclusione de ipsa generica potestate dixi. Et tanto fortiùs, quanto quòd in constituendo procuratorem non requiritur assensus, eo quòd nulla lege feudi hoc videtur, argumen. l. præcipimus. C. de appella. & sic assensus ille, vt aliquid operetur, iuxta l. si quando. ff. de legat. j. ipsam alienationem potiùs, quàm procuratoris constitutionẽ respiciet. Hanc enim ob causam dicimus, si est præstitus assensus super obligatione feudi,

L. fin. C. de in re dom. impet. an locum habeat in feudis.

Extenditur assensus præstitus in cõtractu procurationis, ad contractum qui postea fit deponendo rẽ.

Procurator ad vendendum feudum potest constitui sine assensu.

Extenditur assensus præstitus super obligatione feudi, ad dationem in solutum.

vt censeatur etiam præstitus in datione in solutum, secundum Baldum in l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de rebus eorum. per illum textum. & in l. postquam. C. de hęred. vel act. vend. Bart. in l. iij. §. sed vtrùm. ff. de mino. & in Decis. Sacri consilij cclxxxv. Pro quo allego optimam gloss. in l. si minor viginti annis. C. de præd. mino. vbi prædium minoris non potest sine decreto iudicis dari in solutum pro debito, & tamẽ datur secundum gloss. ibi, quando prædiũ venit in obligatione præcedenti. Pro quibus bene faciunt dicta per Soccin. in consil. lij. in iiij. vol. dũ ait, solennitates quæ requiruntur in alienatione rerum minoris, vel ecclesiæ, requiri in cõ promisso, & tamen si interuenerunt in cõpromisso, non requirantur in sententia. Faciũt dicta Deci. in cõs. ccccclviij. & facit multum ad hoc tex. in l. Lucius. ff. qui pot. in pign. hab. Qua de causa, ne super sententia censeatur præstitus assensus, quando præstatur in compromisso, regentes in assensu dicere solent, ita tamen vt ante prolationem sententiæ arbitri referant, quid inde determinare volunt. Sed aduerte ne erres, quia multotiens vidi, quòd dum mulieres Neapolitanæ haberent assensum capi-

Compromissũ non fit sine assensu.

tuli

tuli Neapolitani pro dote recuperanda in feudo viri, vel illius qui recepit dotes, mortuo viro recipiunt pro dote ali quod feudum emptũ à filio, sine assẽsu: de qua re consultus dixi, ea ratione talẽ dationem in solutum non valere, quia non est soluere & dare rem obligatam: nam sicut assensus hominis super feudo patris non extenditur ad feudum filij, secũdum Iser. hîc, colum. ix. infrà, in addit. ita assensus legis super feudo patris vel aui recipientiũ dotes, nõ extendetur ad feudũ emptum per filiũ. Et vltimò dicamus, quòd licet separatorum separata debeat esse ratio, proindeq; cõ sensus vno modo præstitus, vel cũ vna qualitate, ad aliá non extẽdatur, c. cùm inter. Extra. de elect. & l. de pupillo. §. si in plurib. ff. de ope. noui nun. nõ esse verum in annexis, secundũ Iser. in c. j. qui suc. ten. col. ij. in fin. & principio tertię, ea ratione, quia iudicantur vt vnum capitulum, cum singula. de pręben. in vj. in prin. & de elect. c. dudum. eod. lib. cũ concor. quę satis ad huius articuli decisionem conferũt. Ex quibus hoc quoq; colligo, quòd licet Afflict. dicat, assensum super obligatione non extendi ad pœnam & interesse, itáque iudicatum esse asseueret hîc in xij. notab. quæstio.

Extensio fieri non potest ab assensu præstito super bonis patris ad bona filij.

Extendi nõ potest assensus præstitus cum una qualitate, ad rem aliam sine illa qualitate.

Asstẽsus in annexis.

viij. illud intelligẽdum esse, in eo quod non venit à natura obligationis rei, & stant vt separata, ita vt aliud sit principale, quàm pœna, vt tunc assensus præstitus in vno non extendatur ad aliud, argumen. l. ij. §. item si in facto. ff. de verb. obligat. & l. apud Celsum. §. Labeo. ff. de doli exception. secùs autem, quando stant vt vnum, vtpote in dote & interesse dotis, quando non soluitur, vel quid simile: quia cùm hæc sequela cum principali stet vt vnum, l. quicunque. §. penultim. ff. de instit. dominus consentiens cogitauit, quod ius vult, d. l. si cui. ff. de ser. vt suprà in secundo argumento dixi: & cogitando dotem, cogitauit interesse à iure permissum: ita in specie tenet Isern. in constit. in aliquibus. in verbo, quintumdecimum. col. vij. in fine, & principio octauæ, dum vult, vt pignus quod viro conceditur pro paraggio ex prouidẽtia illius constitutionis, in aliquibus. non inducat, vt vir ita teneat rem feudalem, vt fructus excomputentur in sortem principali, iuxta l. j. C. de pign. act. sed vt faciat fructus suos, provt ius vult, arg. c. salubriter. & ibi Innocen. Extra. de vsu. Bartol. in l. videamus. ff. de vsu. sic enim, vbi datur pignus per legem re

extensio assensus an fiat quo ad pœnam, vel interesse.

spectu

spectu rei principalis, respicit lucrũ fructuũ, vbi à lege illud consideratur. Quãdo aliud est interesse secundum iuris dispositionem esse debitum, aliud pœnã pacto hominis esse promissam, aliud & tertiò esse quoddam accessorium ad ipsum principale, vt in consuetud. Neapol. de vsufruct. dotium: & antè fati potest poni exemplum, pro quo bene etiam faciũt dicta per Aret. in l. cùm lex. ff. de testa. & Cald. in titulo, de consan. & affinit. consilio primo, quippe vt quãdo verba comprehendere possunt casum, fiat extensio etiam in pœnis. Nec obstat, quod cumulauit Bald. Nouellus in tractatu de dote, in sexta parte, in septimo speciali, cui placuit, obligationem & hypothecam fideiussoris nõ extendi ad interesse, iuxta tradita per Bar. in l. Lucius. ff. de alimẽ. leg. & in l. quæro. ff. loca. cum concordan. ab eodem per tres columnas ibi cumulata, quia dimissis ciuilibus, quorum materiam non tractamus, dicam paucis communem opinionem determinasse contrarium, vt Doctor. in l. si cùm dotem. §. sin autem. ff. solut. matrim. concludunt. Quam meliùs, quàm quivis alius, examinauit doctissimus vir Niguſantius in tractatu de pignor. in quarto

membro, in ſeptima ampliatione, numero liiij. vſque ad finẽ ampliationis, vbi loquitur in viro, & reſpondet ad omnia obiecta Bald. maximè ad d.l.quęro. poſt Iaſonem in l. centum. ff. de eo qđ certo loco. Nec obſtat, ſi quiſpiã ſubtilis Feudiſta diceret, quòd Niguſantius & communis opinio loquantur in contractibus bonæ fidei, non autem in actibus ſtricti iuris, in quibus dicũt non venire intereſſe: & quia aſſenſus eſt ſtricti iuris, aliter dicemus in aſſenſu, quia hunc in modum facilè reſolui poterit. Nam certum eſt à domino nihil tranſferri, ſed tolli tantùm impedimentum, vt ſuprà in prima quæſtione in materia extenſionis dixi: ergo, vt obligetur, vel non, dependet à contractu feudatarij, ſecundum Iſern. hîc, col. vj. ibi, ſed ſi vẽdebatur. & col. vij. ibi, quamvis conſenſus. quod ſi ita eſt, continuò dicemus, vt ſicut ſtipulatio aſſumit naturam actus ſuper quo ponitur, vt latè declarat Iaſ. in rubrica ff. de verb. oblig. quæſtione v. eodem modo aſſenſus aſſumat naturam actus, ſuper quo interponitur: nam beneficium eſt, quod latiſsimè interpretatur, ſecundum Iſern. hîc col. iij. in princip. & quia actio de dote eſt bonæ fidei, vt Inſtitut. de action. §. fuerat-

Aſſenſus aſſumit naturam actus ſuper quo interponitur.

idem

idem dicamus de assensu, ita quidem vt assensus reguletur à contractu, nō autem contractus ab assensu, in eo quod dominus expresit: quod nota, quia minuti Feudistæ hoc ignorant. Octaua conclusio in eadem materia extensionis sit, vt ex mente comprehensiua fiat extensio. Ita Iser. hic colum. iij. per text. in l. j. §. si is qui nauem. ff. de exerc. & idem Iser. in c. primo, colum. fin. de feu. non hab. propr. nat. feu. Confirmatur hoc per text. in l. si ita facta. ff. de iniusto, rupt. & irrito test. vbi in materia odiosa, prouisio casus simplicis extenditur ad mixtum ex mente, vt dicunt Iaſ. & cæteri in l. ij. in princip. ff. de verb. obligat. col. v. vbi plura pro hac conclusione ab eodem aceruantur. Mentis autem interpretatio, quæ ex varijs figuris causatur, prout res expostulabit, dignoscetur. Et ratio erit tunc, quia casus ille non determinabitur per viam simplicis extensionis, sed per viam comprehēsionis, vt in l. gallus. in prin. ff. de liber. & posthu. Quapropter sicut canis leporis vestigia sequitur, ita verba assensus nos sequi debemus, funditùs petitionem & concessionem ponderātes, vt dicit Isern. qui multis rerum argumentis hoc docet in c. j. qui succeſſ.

Extensio ex mente compre hensiua.

Verba assen- sus ita sequi de bemus, sicut ca nis leporis ue stigia sequitur.

tene.colum.iij.ibi,hoc verò apparebit, etc.& infrà,dum quærit, an ſimpliciter conſentiendo videatur remiſiſſe ſeruitia? Non tamen ita credas ex verbis mẽtem perpetuò comprehẽdendam eſſe, quin plerunque ex diuerſo verba ipſa à tacita mente regulentur, vt per Iſern.in col. vj.à verſiculo,iſta opinio non poſſet ſubſtineri.vſque ad verſiculum, ſed an vicarius in tribus locis.quia quando de mente cõſtat tacitè,vel expreſsè, ab illa regulantur verba, vt ibi cum Iſern. dicam. Hinc planè videmus text.in c. nuper. de donat. inter vir. & vxor. qui loquitur in donatione propter nuptias, propter quam permittit feudum poſſe obligari, extendi per Iſerniam in cap.primo, qui ſucceſſ.tene. columna iij.etiam ad dotem,non propter omnimodam ſimilitudinem, quaſi à Doctoribus exæquata, in authentic. dos data.C.de donat.ante nuptias. & authen. qualitas.C.de pac.conuen. (nam text. in d. cap. nuper. facit differentiam inter dotem & donationem propter nuptias,vt patet etiam in l.aſsiduis. §. fin. C.qui potio.in pign.hab.)ſed quia pro matrimonio conſenſit lex, & hæc fuit mens intrinſeca, & ſi cauſa ipſum matrimonium eſt, licet caſus loquatur in donatione

Verba plerunque à mente tacita regulãtur.

Extenditur aſsẽ ſus datus ob unam cauſam, ad omnia quæ ſub illa cauſa poterunt comprehendi.

donatione propter nuptias, mens quæ respicit ipsum matrimonium, habebit locum ita in dote, sicut in donatione propter nuptias. Hanc enim sententiam nos sequi obligamur, quicquid dixerit Ioan. Lup. in repetit. rubric. de donat. inter vir. & vxor. vbi multorum Doctorum authoritate suam falsam distinctionem nititur probare, vt c. nuper. loquatur in donatione propter nuptias, capitulum verò primum §. donare. quaeliter olim feu. alien. pot. in dote, quemadmodum paulo pòst in articulo dotis dicam. Hinc quoque videmus, vt licet quando demonstrata est persona, assensus hominis, vel legis, ad illã restringatur per l. cùm ita legatur. & l. cùm ita datur. ff. de cond. & demonst. vt in secũda conclusione commonstraui, tñ si assensus non respicit personam, sed obligationem, vel actum quẽ permittit, nõ fit ista restrictio, vt dixit Isern. in consti. quàm plurimũ. vbi, quod est statutum in filia & sorore, eam ob rem extenditur ad amitam: quia causa, quæ dat dotes sorori & filiæ, eadem dat amitæ exclusæ: & idem tenuit gloss. in constitut. vt de successionibus. ibi, communis patris, idem communis matris. quibus addere poterimus ea, quæ Moderni

Extẽsio de persona una demõstrata, permittitur ad alias nõ expressas.

Neapolitani hic in xiij. nota. col. x. dicunt, nempe vt constit. fratribus. quæ loquitur in fratre, habeat etiam locum in patre, vt pro dote posit obligare seu dum, quia personæ non sunt in mente, sed causa: & personæ quæ enumerátur causa frequẽtiæ, vel propter casum qui tunc occurrit, enarrantur, vt dicit Isern. in locis suprà dictis: pro quo allego text. formalem in l. si ego. §. si res. ff. de iure dot. vbi priuilegium concessum doti trahitur ad virum qui aliàs eo non gaudet: ex quo priuilegium prælationis, de quo in l. assiduis. C. qui pot. in pignor. hab. non trahitur ad virum, vt in l. j. §. & vt pleniùs. C. de rei vxo. actio. quod quidem nulla alia ratione est, nisi quia priuilegium conceditur doti, nullo habito respectu ad personas. Et ideo aliàs dicebam, assensum capituli Neapolitani, per quod vxor sine alio assensu habet obligata bona viri in subsidiũ, iuxta l. si ego. ff. de iure dot. §. j. locum si bi vendicare etiã in bonis soceri: quia assensus cõsiderauit obligationem pro dote in bonis illius, qui recepit dotes, & non qualitatem personarum: & si ex presit de viro, hoc propter frequẽtiam fuit, vt in authen. cassa. C. de sacrosanct. eccles. & in l. j. in verbo, simulat. C. de

his

his qui ad eccleſ. confu. Hac etiam de cauſa dicebam, quòd licet capitulum Neapolitanorum, per quod datur aſſenſus mulieribus contrahentibus pro dote, ne remaneant indotatæ, loquatur de contractibus factis in ciuitate, extendē dum ſit ad contractus extra ciuitatem, quia perſona, & non locus fuit in cauſa vnà cū qualitate dotis ne remaneat indotata, & ſi loquitur de ciuitate, non loquitur taxatiuè, ſed propter frequentiam ſic ponitur. Hinc etiam dicebam, vt tametſi capitulum Neapolitanorum velit, quòd eadem die celebretur contractus mutui, ad hoc vt ſuper mutuo dependente à dote præſtetur aſſenſus, quod ſi diuerſo die fiat, nō minùs propterea cenſeatur præſtitum eſſe aſſenſum, quia capitulum non reſpicit tēpus quod cauſa frequentiæ ibi taxatur, ſed reſpicit dotes quæ hoc modo conſeruantur, & non tempus: & illa cauſa fuit in mente, quæ apprehendit omnia, vt paſsim abſque ſcrupulo ſemper iudicamus. Hac etiam ratione dicebam, vt c.xx. Neapolitanorū, quod loquitur in dote de præterito, vt infrà in vndecima concluſione demonſtro, & c. xxj. quod loquitur in matrimonijs contrahendis, vt patet ibi, ad qual ſi voglia dōna ſi

Intellectus c. Neapolitanorum.

maritasse. quam ob rem non extendere tur ad maritatas: quòd si præcesit matrimonium, non autem instrumentum dotale, quia post capitulum fuit confectum instrumentum dotale, vt ea de re casus iste sub capitulo comprehendatur, quia mens respexit futuram obligationem dotis, & non matrimonium futurum, vel præteritum. Et ita hac ratione iudicauimus in causa Gasparis de Monforte contra do. Antonium de Ifcera, & regiũ fiscum in anno M. D. XXXVIII. Hinc etiam dicebam, vt omissa disputatione Ciuilistarum, de qua per Bart. & reliquos in l. si constante. & in l. si quis sic. ff. sol. mat. quos prolixiùs etiam vnà cum consulentibus referunt Apost. in d. l. si quis sic. & Moderni repetẽtes c. j. de don. inter vir. & vxo. vnà cum Campegio in suo tract. dotium: an facta stipulatione per fideiussorem in omnem casum restituendarum dotium, teneatur in casu assecurationis dotiũ? Vbi distinguũt inter stipulationem habitam cum ipsa vxore vel cũ extraneo, & inter obligationem præcedentem & sequentem: quæ omnia Ciuilistis relinquimus, vt non solùm habeant locum in repetitione dotis, sed etiam in assecuratione, maximè in regno, vbi propter illam

illam clauſulam, quæ in inſtrumentis apponi ſolet, quòd vir promittit dotes conſeruare, habet ſemper locum ſtipulatio, etiam in aſſecuratione, ex quo nō conſeruauit, prout in cauſa Comitiſſæ Mureoni, & multis alijs iudicatum fuit, præſuppoſito quòd de iure Ciuili vir hoc caſu obligetur: multi tamen in feudis voluërunt aſſenſum regis, qui in caſu reſtitutionis dotium fuit præſtitus, non extendi ad aſſecurationem, quia aſſenſus eſt ſtricti iuris, authoritate Bartol. Paul. & aliorum cumulatorum in dicta apo. d.l. qui ſic. Egō verò poſthabito, ſi obligatio præceſsit, aut non, vel ſi ſtipulatio ſit concepta cū ipſa vxore, aut non, vel ſi opinio aliorum tenentium partem contrariam ſit verior, quos Moderni Mediolanenſes in d.l. ſi conſtante. vnà cum apoſt. in d. l. qui ſic. coaceruarunt (Ciuiliſtis hæc relinquo): illud tandem concludam, vt cùm apertiſsimi iuris ſit, bona viri ſtatim obligari vxori ſoluenti dotes, vulgata l. vnica. §. ſed vt pleniùs. C. de rei vxor. actio. Rurſum, eò vergente ad inopiam, dari aſſecurationem, l. vbi adhuc. C. de iure dot. & non ſolùm in morte, verùm etiam in alijs caſibus, vt toto titulo ff. ſolut. matr. ac etiam in morte

ficta, vt in l. quisquis. §. vxores. C. ad legem Iuliam maie. si in feudis contingat virum, qui recepit dotes, etiam se obligasset expressè, in his quæ promisit, quia non minùs tacitè se obligauit in his in quibus à iure obligatur, eo quòd prouisio hominis in casu prouisionis legis non facit cessare prouisionem legis fauore dotis, secundum gloss. & alios in l. fin. C. de pac. Con. cũ concor. duas tũc considerãdas esse prouisiones: alteram, ex parte viri se obligantis: alteram verò, ex parte regis generaliter per capitulum Neapolitanorum consentientis in regno, quod simpliciter cõseruat dotes vxori, vbi remaneret sine dote: ob quod capitulũ frustrà disputamus, quia mens principis non fuit, hũc, vel illum casum cõsiderare, sed omnẽ casum, per quẽ vxor quo quo modo remaneat indotata, in quo id cogitauit, qd̃ ius vult, vt s̃. authoritate Iser. in c. j. qui suc. tene. ponderaui: & si hunc, vel illum casum expressit, causa frequentiæ, & consuetudinis notariorum fuit, qui semper etiam apponere consueuerunt illas clausulas, super cõseruatione dotium. quas suprà ponderauimus, subtulit ergo dominus omne obstaculum per suum assensum, in quo vxor remaneret sine do-

te,

te,si certum modum restitutionis non taxauit. Quo fit,vt magis quęrere debeamus,si vir est obligatus, cùm vltra obligationē nil operetur assēsus,quàm vt quæramus, an assensus extēdatur ad obligationem viri. Hac enim ratione multæ assistētiæ in hac rebellione obsidionis Lautrech sunt pręstitę,quas ne quosdam rebellionis macula notem,silentio prętereūdas esse duxi.Hac enim de causa si quæ extensiones considerāturin casu l.ij.C.de patr.qui fil. distra.à lege permittuntur:itidem in l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus eor. vbi admittimus illam sequelam, de qua in præcedenti cōclusione dixi.Hinc quoque videmus, quòd si mulier est prægnans,institutio posthumi intelligitur ad omnem posthumū,ex quo mēs fuit generalis,vt bene declarat Paul.post alios,in l.placet.ff.de lib.& posth. quod quidem non est ex speciali iure, sed de iure ordinario, secundū notata p Doct. in l.si cognatis.ff.de rebus dub.Hinc etiam videmus,quòd licet Soc.in consil. cclxxviij.velit in feudis,quorum materia est stricta, indefinitam non æquipollere vniuersali,per notata p Bald.& Alua.in c.j. de feu. cog. & per Gemi.in c.quāvis. el primo,§.j.de præben.in vj.

Indefinita an æquipolleat uniuersali in feudis.

per Doctores in l.ſi pluribus.ff.de lega. ij. & per Bartolum, & alios in l. ij. ff. de lib. & poſthu. tamẽ Iſer. quem in feudis tanquam Aurigam ſequimur, in ſpecie dixit in c.j.colum.ij.de cap.qui cur. vend. quòd ſi quis vendidit baroniam, omnia vendidiſſe cenſetur, quia indefinita æquipollet vniuerſali comprehenſiuè in eo quod expreſsit. Et ita eſt de mente Bald. in cap. j. §. quod nos. de pact. colum. iiij. & Iſern. hîc colum. iij. per l. fin. ff. de conſtitut. princ. Nam ſi iſta æquipollentia venit ex interpretatione mentis aliorum iurium, per text. in l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrban. præd. quot mentis interpretationes videmus in feudis? quot quoque iuris Ciuilis & Canonici ad feuda adducimus interpretationes? Rectè ergo loquitur Iſern. & Soccin. pecuniæ amore tunc errauit, quia quando nihil exprimitur, tunc feuda in c. in generali. ſi de feud. fuer. controu. non comprehenduntur, ſed in expreſſo hæc omnia toleramus. Et quòd vbi habet locum cauſa, habeat locũ aſſenſus comprehenſiuè: rurſum, vbi deeſt cauſa, reſtringatur, allego vobis caſum in terminis in l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit. ff. quibus modis pig. vel hypo. ſolui. Nam ſi cauſa, quare conſenſit creditor,

tor, fuit vt ipsi quoque res expediat, in telligendo text. illum, id est, ipsi debitori, vt succurat necessitatibus suis, & eximatur à tanto onere creditorum, tunc ex eadem causa si habuit assensum de vendendo, non poterit donare. Et retento eodem themate poterit dare in dotem, non quòd dare in dotem sit vẽdere, vt dicit Ioann. Lup. in rubrica, de don. inter vir. & vxor. colum. xxvj. sed quia causa adimpleta est. Vides etiam, quòd si deest causa, deficit assésus: nam in maiori summa minor inest, l. j. §. sed si stipulanti. ff. de verb. oblig. Et tamẽ propter eandem causam, vt prædixi, si concesit vt res vendatur pro decem, non poterit vendere pro quinque: quia non eximitur pro quinq; ab onere creditorum, sicut per decem: & ideo tunc nihil facit, vt in d. §. sed si permiserit. Et ex diuerso, vt is qui habuit licentiam vendendi pro quinque, possit vendere pro decẽ, quia pinguiùs adimpletur, vt ibi. Et eadem ratione vides in d. §. sed si permiserit. quòd si causa, quare permisit donare, fuit, vt daret cuidã suo amico, non potest vendere, quia deest causa: quod aliàs sine illa causa admitteretur, vt ibi patet. Hanc enim ob rem dicebat Bartol. in d. §. sed si permi-

serit. quòd licet assensus de vendendo non extendatur ad permutationē, quia alius contractus est: si tamen non poterat vēdere proprium feudum, sed illud quod pro pmutatione habuit, quia cōstat de mente, vt ex rebus vendēdis satisfiat creditoribus, erit comprehensus contractus permutationis, quo mediante fit venditio, & in alia re: ita quidē vt assensus præstitus in vna re, quæ nō extēditur ad aliā, cōstito de mēte patiatur extensionē de re ad rem ex mente comprehēsiua. Hac pręterea de causa restringitur capitulū Neapolitanū, vt non habeat locum in antè fato, quia etsi regulariter dos & donatio ,ppter nuptias eisdem gaudeāt priuilegijs, authē. dos data. C. de do. ante nupt. & authē. ęqualitas. C. de pac. conu. tamen quia causa finalis illius capituli fuit, ne remaneant indotatæ, dum loquitur in dote, nō extendetur ad donationem propter nuptias, propter deficientiam causæ: per quæ iam vides, haud quaquam illam omnimodam similitudinem, cuius meminit Iser. in c. j. col. iij. qui succeſſ. ten. considerari, sed causam concesionis. Nec obstat capitulum xxj. Neapolitanum expeditum in ciuitate Sagouiæ, quia non loquitur in antè fato, sed in dote

Antè fatum.

dote sub eadem causa. Nec obstat capitulum octauum, quia decretatio ibi expedita hoc non comprehendit: ex quo in nullo capitulo Neapolitanorũ hoc de antè fato concesserat, & rex se remittit ad decretationes aliàs factas, quæ non apparent. Loquor hæc pro causis de præterito, quia hodie etiã pro antè fato Cæsar concesit, vt censeatur præstitus assensus. Subsiste tamen, cùm extenditur ad causas de præterito, vt intelligatur in his quæ sunt penes viros suos, non autem penes tertios: quia in præiudicium illorum sine nouo consensu solus rex non consentiret, vt infrà vnà cum An. dicemus. Rursum, vt nec contra ipsum regem præsumatur consensisse in his quæ iam incorporata sunt, secundum Bald. & Iaſ. ac reliquos ab eo aceruatos in l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offer. pro hac conclusione facit gloss. in l. de quibus. in gloss. j. ff. de legi. vbi vult, vt id, quod dicimus mancum, non succedere in feudo, habeat locum in debilitato, non per viam extensionis, sed per viam comprehensionis, vt dicũt Doctores ibi: quia si ideo priuatur, quia nõ potest militare, militia fuit in causa, & nõ modus ægritudinis. Hac quoque ra-

Assensus regis sibi non præiudicat in rebus, quæ incorporatæ sunt.

tione motus Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de loca. §. j. versic. quid si colonus. quem citat Ias. in d. l. quicquid astringendæ. colum. pen. ff. de verb. obligat. dixit rusticum, qui promisit de vinea plantanda quartam partem fructuum, teneri etiam de alijs fructibus extra vineam: quia causa prestationis non fuit qualitas vineæ, sed quia in suo plantabat, quæ causa omnes plantationes cõprehendit. Neque aliam ob causam dicimus, assensum super toto comprehẽdere partem, vt suprà in sexta conclusione: vel extendi de persona authoris ad hæredem, vt suprà in conclusione quinta. Aliud est ergo, quid comprehendi in causa & mente, vel finali ratione, quod nos approbamus, vt tunc in illo assensus censeatur præstitus, vt in l. regula. §. fin. ff. de iuris & fact. ignor. vt declarat Aret. in l. cum lege. in primo nota. de testam. & latiùs Ioann. Lupus in repet. c. j. de donat. inter vir. & vxor. §. xvj. quia donec durat causa, durat cõsensus, d. l. sicut. §. sed si permiserit. ff. quibus modis pign. vel hypoth. solui. pro quo allego communem sentẽtiam in feudis ad hoc à nemine ponderatam in c. primo, de benef. fratr. & in c. primo, §. & quia, de his qui feud. dare poss.

ac

ac aliqualiter per Ilern. in capitulo, propterea. quibus modis feu. amit. vbi concludunt, quòd frater non succedit fratri in feudo empto de pecunia communi, nisi rex sciuisset pecuniam esse communem, quia tunc succederet: & hoc quidem illa ratione esse potest, nisi quia in mente domini videtur vterq; casus comprehensus, provt ius commune intelligit, argum. l. si cui. ff. de ser. ergo assensus domini hoc modo extenditur ex mente de persona ad personam, licet sit stricti iuris: super quo nos tantum suprà laborauimus. Sic enim lex in fauorem pupilli perpetuò interpretatur, l. iij. ff. de reb. eo. Aliud verò quærere erit, an verè extendatur? quod eam ob rem negauimus expressè, quia vtrũque est prohibitum. Possem equidem multa in medium producere, de quibus in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. noui nunciat. & l. filium. ff. ad Macedon. & in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. vbi de virtute declaratiua, extensiua, & expositiua, & de extensionibus statutorum ex mente & ratione, agunt: sed quia feuda, non autem Ciuilia tractamus, vobis legenda illa relinquimus. Memores tamen estote, provt casus occurrerit, casum amplia-

Mens, non verba, intuēda est.

re & restringere, postquam vides, non semper nos stare verbis legis, vel hominis, etiam in hac materia strictissimi iuris, sed mentem comprehensiuam pro obiecto nos habere, vt in l. semper. ff. de regulis iur. & l. si seruus plurium. ff. de leg. j. nam esse potest, vt verba propriè vnum significent, & mens contrarium demonstret, vt declarat Bartolus in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufructu leg. post tradita in l. cogi. ff. ad Trebellianum. mens tamen non percipietur ex inclinatione & affectione iudicum, sed provt infrà Isern. dicit colum. ix. in illo articulo, an post mortem saltem in præiudicium domini consentire possit, hoc est, vt verba debeant esse apta, vt ostendant mentem domini, argum. l. nunquam. ff. de acquirend. rer. domin. super quo, quando mẽti sit standum, vel verbis, & quo modo, & ex quibus percipiamus mentem, videre Iacob. But. & alios in l. non dubium. C. de legi. quia, etsi confitemur mentem omnia suprà dicta comprehendere, ipsa tamen mens secundum regulas iuris nobis constare debet, vti Isern. noster Auriga, magistrorum magister, nos hodie docet. ¶ Nona conclusio ex doctrina Isern. sit, vt nec de tẽpore

Mens secundū regulas iuris cōsiderāda est.

pore ad tempus extẽdatur assensus, argumen. text. in l. sicut. §. penult. ff. quibus modis pign. vel hypot. solu. vbi tax ato certo tempore, assensus non recipit extensionẽ vltra illud tempus. Et ita in simili tenuit Bald. in l. obseruare. §. fin. in iij. q. de offic. proconsul. & in l. liberti libertæque. C. de oper. libert. col. v. in l. ordo. C. de except. rei iudic. in c. licet. col. j. de supplen. neglig. prælat. & cumulati per Iason. in authen. quæ supplicatio. C. de precib. Impera. offeren. & meliùs in l. quo minùs. ff. de flu. q. xxj. vbi multa & pulchra cumulauit. Et ratio est, quia tempus non ponitur ad benè esse, sed pro substantia & forma, vt in dicta authen. quæ supplicatio. habetur, vbi Papienses quoque notant, & sic provt statutum est, seruari debet, secundum cumulata in decis. cccxxxv. Nam videmus assensum præstitum super contractu faciendo, non extendi ad contractum factum: vel contrà, provt dixit Pau. in l. si quis filio exhæredato. ff. de iniusto, rupt. & irrito testam. §. irritum. & in l. si mulier. & ibi Socci. ff. de condi. & demonstrat. & per Paul. & Soccin. in l. si iam facta. eod. titu. vbi multa de hoc, & Alexand. in consilio cxlvj. in quinto vol. Quia

Extensio de tempore ad tẽpus.

Assẽsus de futuro an trahatur ad præteritum.

licet assensus retrotrahi possit ad præterita, vt in l. final. C. ad Macedonianum. & quandoq; dirigatur ad futura, vt vnà cum Iser. infrà dicemus, nõ tamen hoc verum erit, vbi taxatur tempus eo modo, quo dixi suprá. Quam ob rem iterũ animaduerte, quòd si assensus dirigitur in præteritum, vel futurum, & taxatur certum tempus, non verificaretur id quod fieret, nisi in tempore taxato: quia non sufficit quid esse præteritum, vel futurum, si modò contra voluntatem domini sit, vt non sit tale præteritum, vel futurum: quia non vult contemni dominus, vt quicquã eo inscio fiat, secundũ Iser. in c. j. §. necessitate. qual. olim feu. aliena. por. eo quòd in specie eius voluntas seruanda est in tempore statuto, argumen. l. sicut. §. penult. ff. quibus modis pign. vel hypoth. solu. duo nanque dixit, Præteritum nimirũ, aut futurum tempus, & tali tẽpore præterito, vel futuro, argumen. l. cedere diem. ff. de arbitr. itáque teneas posthabitis his, quæ aceruauit Iaso. in l. quo minùs. ff. de flu. q. xxj. quem sequuntur Hippoly. in l. penult. de quæstio. in rubrica, de fide. & in sua Practica in gloss. ij. q. lj. Deci. in consilio ccccclv. in tertio vol. & in consil. cxliij. in primo vol.

Crot.

Crot.in l.frater à fratre.colum.xj. ff. de condi.indebiti. Lupus in cap. per veſtras.§. x. Extra. de donat. inter vir. & vxo.ac de alijs Modernioribus, qui eadem recitando cumularunt, dum concludunt,aſſenſum de futuro retrotrahi ad actum de præterito: quia loquuntur vtplurimùm in actibus, in quibus à principio actus non fuit nullus, vt declarat Imol.in d.§.irritum.quem Iaſon in d.l.quo minùs.q.xxj.in finalibus verbis ſequitur. Item,quia nos ſumus in materia ſtricta, in qua has extenſiones eam ob rem non admittimus, quia in hac materia ſtricta Iaſ. in loco paulo antè citato,verſicul.ſed aduerte.& iura & Doctores aceruauit, qui hãc partem tenent:& idem firmauit Aluar.in c.moribus.ſi de feud.fuer. controuerſ. in fine. Propter quæ rectè iudicauit ſacrum Conſilium in deciſ.cccxxxv.vt aſſenſus de futuro non trahatur ad præteritum: tractant namque fabrilia fabri: quocirca minimè à carrotio Feudiſtarum diſcedendum erit. Et tertiò non minùs me mouet, quoniam & in præteritum & in futurum hoc erat prohibitum, & vtroque tempore actus fuiſſet nullus: vnde ſi ex gratia conceditur vnum, dum ambo erant prohibita, ad reli-

quũ extẽdi nó poteſt, vt latè ꝓbaui ſ. in cõcluſione de extenſione cõtractus ad cõtractum, ex eadẽ ratione, vbi cõcluſimus, q̃ licet adſit eadẽ ratio, quia tñ vterq; erat ꝓhibitus, & de gratia vnus cõceſſus eſt, nõ fit extẽſio de contractu ad cõtractum etiã ex maioritate rationis, licet gratia aliter extendi poſſet, ſecundum Gemin. in c. j. de fil. presbyt. & in c. at ſi clerici. §. de adulter. Extra. de iudic. cuius veritatem habebis infrà in concluſione xiiij. in iiij. dubio principali. Et quartò, quia in hac materia aſſenſus non curamus, an realiter interſit domini: quia conſideratur duntaxat intereſſe voluntatis, arg. l. fin. ff. de vſu & hab. quam ſemper ad hoc Iſern. ponderauit. Et quintò, quia Iureconſultus in d. l. ſicut. §. ſi debitori. non ſe fundat ſuper intereſſe, ſed in limitatione temporis. Et poſtremò, quia concurrunt in hoc caſu duo: alterum, quia cõtractus in ſe fuiſſet nullus, vt in l. iſta: alterũ verò, quia pro pœna feudum acquireretur domino: quod non eſt in iuribus cõtrarijs, quando trahitur ad prę-teritum, ex quo actus illi fiunt ſine pœna, vt ponderat Pau. in d. §. irritum. quẽ ſequitur Alex. poſt cumulatos ibi in d. cõſi. cxlvj. in v. vol. nam ratione pœnę, quæ

quæ acquireretur domino, non præsumitur, vt in damnum suũ velit alsésum de futuro retrotrahi ad præteritum: siquidem feudum alienatum sine consensu domini pro pœna applicatur domino: quo fit, vt minimè dicendum sit, per assensum futurum voluisse conuali dare præterita, argumen. l. si verò. §. si post. ff. mand. quos post Ang. & Bald. in locis allegatis ibidem sequitur Ias. in d.l. quo minùs. vbi vult, quòd mandatum semper procedat secundum naturam suam. Prædicta tamen conatur limitare dominus Loffred. hîc post cumulatos per eum, vt non procedant in regno: quoniã si ea ratione tẽpus futurũ nõ trahitur ad pręteritũ, secundũ Paul. & Alex. quia p actũ de pręterito in pœnam feudũ acquireretur dño, in regno cessat hęc ratio, qa nõ perditur feudũ p alienationẽ sine assensu, vt in cõst. constitutionem diuę memoriæ. ergo cessat lex, & sic secũdum eũ in regno assensus p tẽpore futuro validabit contractũ factum de pręterito, cõtra decisionẽ sacri Consilij cccxxxv. Sed attendite quęso, quia cum instantia suprà tot cumulauimus rationes, ad hoc vt hac submota non minùs ex alijs rationibus idem dicamus: & si hæc falsa esset, cæteræ

remanerent firmæ. Sed demus rationem hanc esse solam? adhuc cum reuerentia tanti viri & ante ipsum præclarissimi doctoris domini Antonij de Alexandro, cuius hæc fuit originalis opinio, vt patet in apostilla sua super Isern. suo, vbi formalia verba, quæ hîc per dom. Loffred. ponuntur, sunt descripta. Dico, quòd eorum opinio non procedit etiam in regno, quia si respicimus nullitatem contractus, fortiùs est nullus in regno, quàm extra, vt in dicta constit. patet: si verò attendimus, quòd feudum in pœnam applicetur domino, & statim, vt super text. dixi: eodem modo applicatur fisco in regno statim, sicut extra regnum: sed hoc duntaxat est speciale in regno, quia alienans potest reuocare contractum factum ante quàm fiscus reuocet, vsque ad litis contestationem, secundum gloss. & Isern. in dicta constit. sed non propterea cessat pœna amissionis feudi. Nec refert certo tempore dominum non reuocare in regno, quasi irreuocabiliter non aperiatur in pœnam, quia & de iure communi certo tempore ipse idem, qui alienauit feudum, alienatum sine pœna mox reuocare potest, licet statim & ipso iure feudum fuisset apertum domino,

Alienatio feudi sine assensu ita est nulla in regno sicuti extra regnum.

no, vt ſuprà in illo articulo ſuper text. de eo qui vendidit & mox recuperauit, declaraui. Ex quibus vides, quo modo prædictæ authoritates corruunt, & ſacrum Conſilium rectiùs determinauit, vt in feudis aſſenſus de futuro ad tempus præteritum non trahatur, tum maximè, quia ſi ceſſaret hæc ratio, non ceſſarent aliæ, vt præmiſi. Non quidē conſiderarunt do. Antonius de Alexandro, & dom. Loffredus differētiam inter ius commune & regni, hanc eſſe, quia de iure communi vaſallus, qui alienauit feudum, reuocat ante quàm dominus conqueratur: de iure regni, ante q̄ lis conteſtetur, aperiretur ſtatim ipſo iure. Sed quid ſi eſſet dictū, reſeruato aſſenſu domini? Hoc caſu ea de re omnia ceſſarēt, nec opus eſſet diſputare, quia non eſſet apertum feudum in pœnam domino, & per conſequens ceſſat præſumptio mentis, an dominus preſumatur voluiſſe illud relaxare, tam in regno, quàm extra regnum, quia vtrobique eodē modo feudum aperitur domino ipſo iure reuocabiliter, vbi ſimpliciter ſine reſeruatione aſſenſus fit alienatio, vel nullo modo aperitur, quando aſſenſum reſeruauerunt. Nam ſi extra regnum videtur noluiſſe remittere pœnam, vel vo-

luisse remittere, idem erit in regno. Sed animaduertite quæso, quia licet fuerit dictũ, reseruato assensu domini, & non aliter. quo casu nulla est pœna, adhuc assensus de futuro eam ob causam non trahitur ad præterita: quia non est hæc ratio sola & finalis, vt propterea, quia feudum aperitur domino, non extendatur ad præteritum, quia & aliæ rationes concurrunt, quæ etiam cessante pœna locum habent. Nec silentio prætereundum est Capicio hîc col. clxxij. placuisse, vt in regno, vbi non sufficit tacitus consensus domini, prout in proprio articulo dicam, assensus præstitus pro contractu de præterito non extendatur ad futurum, ad quem aliàs extendi posset extra regnum, per textum in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. versiculo, quid si vt petat. ff. de acquirend. hæred. quasi voluntas domini, per quam vult vt actus teneat, non possit verificari in actu faciendo. Sed bona venia præceptoris, nec extra regnum hoc dicemus: quia si ibi illud toleratur, id eò est, quia assensus patris nihil poterat operari de præterito, eo quòd iussus nunquam potest sequi, vt in eadem l. §. iussu. quo fit, vt dum pater sibi vult acquirere

Assensus de futuro an trahatur ad præterita.

acquirere, intelligatur, vt acquirat in futurum: ita in ſpecie tenet Franciſc. de Aret. ibidem colum. penultima, ibi, dic ergo meliùs. quod quidem non eſt in caſu noſtro, quia poterat conualidare actum de præterito, & tollere obſtaculum ſuum, nec aliquid in mente domini fuit pro futuro, nec vlla fit extenſio, vbi de mente non conſtaret: aliàs ſic, vt in præcedenti quæſtione dixi, quia & præteritum & futurum erant prohibita. Neque hoc aliud omittam, nempe vt videamus, an in caſu in quo aſſenſus dirigeretur ad præterita: exempli gratia, cùm fiunt capitula matrimonialia, in quibus ſolet fieri obligatio bonorum feudalium viri pro reſtituenda dote, fit quoque inſtrumentum, vbi promittitur reſtitutio dotium, in quibus caſibus capitulum Neapolitanorum præſtat aſſenſum obligationi factæ in inſtrumento. Si obligatio non fuit facta in inſtrumento, ſed fuit facta in capitulis, requiratur copulatiuè, quòd præceſſerit obligatio, & quòd fuerit facta in inſtrumento, ita quòd non extendatur ad tempus capitulorum, ſed ad tempus duntaxat inſtrumenti? Dic poſtquam tempus eſt præteritum, ſufficere quocunque

tempore fiat, & in quacunque scriptura: quia capitulum se fundat super obligatione facta quandocunque facta, & si expressit de obligatione quæ fit in instrumento, hoc propter frequentiam fuit, prout in simili Isern. in const. quàm plurium. & in constit. vt de successionibus. dicit, & nos latiùs suprà in octaua conclusione demonstrauimus. Sed illud pulcherrimum dubium attentari posset, quid si nulla præcesserit obligatio feudalium, sed tantùm dos numerata fuit, an sufficiat tacita hypotheca legis, de qua in l. vnica. §. & vt pleniùs. C. de rei vxo. act. vt capitulum Neapolitanorum assentiat tacitæ obligationi legis? Et videtur dicendum, eam ob causam posse extendi, quia Isern. in c. j. qui succeſſ. ten. vult, quòd assensus cóprehendat tacitum subauditum à lege, argum. l. si cui. ff. de seruit. & l. quanquam. ff. de ritu nupt. quasi magis respiciẽda sit numeratio dotis vera, quàm obligatio de restituendo. Sed contrarium est verum, prout in specie tenuit Bald. in l. ij. C. communia de legat. & Alex. in consi. ij. in iiij. vol. incipiente, Ex narratis. in themate, vbi volunt, quòd debeat præcedere obligatio specifica hominis. Nec obstat doctrina Isern. quòd assensus extendatur

Assensus præstitus super obligatione facta, an cõprehẽdat tacitam hypothecam legis.

tendatur ad tacitũ: quia est verum in eo quod depẽdet ab expresso: putà, cõtraho ego, & capio feudũ pro me expresse, subintelligitur illud tacitũ, pro hæredibus. sed si nihil sit dictum, non entis nullæ sunt partes, vulgata l. Sæię egressę. ff. de testament. tuto. Ex quibus infero, quòd licet etiam in casu consuetudinis, dos & quarta mulier, cui in capitulis fuit promissa restitutio dotium, possit agere ad interesse non confecto instrumento dotali, vt declarat Salicet. in l. si quis argentum. §. final. de donatio. non tamen aget contra feuda non obligata. ¶ Rursum, quia dubitari posset, an quia in dict. l. sicut. §. penultimo, ff. quibus modis pign. vel hypothe. solui. tempus est taxatum à creditore, hîc verò tempus taxatur à domino, si tempus taxaretur à vasallo, vt quotidie fit, cùm in assensu dicitur, & cum pacto de retrouendendo, infra certum tempus à partibus statuendum, tunc videatur commissum partibus, vt possint pluries tempus hoc statuere? Huic quæsito ita respondendum est, aut partes volunt de nouo, elapso primo tempore, aliud tempus statuere, & sic alium contractum facere: & hoc non possunt in virtute primi assensus, quia licet vasal-

Assensus comprehendit tacitum, quando pẽdet ab expresso ab homine.

Assensus præstitus pro certo tempore taxando à parte, an comprehendat prorogationem actus, uel secundum actum renouatum.

lus ſtatuat tempus, intelligitur de prima taxatione, l. bonæ. §. hoc ſermone. ff. de verbor. ſignific. vt ſuprà in iij. concluſione dixi. Aut volunt facere in via prorogationis, ante quàm labatur primum tempus: & tunc maius eſt dubiũ, quia prorogatio quæ fit ante lapſum termini, vnica eſt cum primo termino, & idem, non aliud, vt in l. ſed ſi manente. ff. de precar. Per quæ Bartol. in banno & in excommunicatione & in iuramento illud permittit, in l. j. §. & poſt operis. ff. de operis noui nunciat. Etenim ſi vnicum eſt tempus, idem erit aſſenſus, & actus, & in virtute primi aſſenſus videtur prima fronte, quòd prorogatio fieri poſsit. Sed reſponde, quòd ſi illud ibi fit, ea ratione eſt, quia nil aliud facit, niſi diſponere de iure ſibi competenti ſalua iudicis authoritate, & pœna, quæ in conſequentiam venit: at hîc, dum vult in ſuo vtili dominio hunc vel illum vaſallum commutare, res non eſt tota ſua, ſed etiam directi domini, cuius commercium reſpectu iſtius commutationis eſt ſibi omninò interdictum in l. iſta: quo fit, vt nihil agat etiam prorogando ſuper re tertij, quemadmodum ibi dicit Bartol. per textum in l. iuris gentium. §. ſi paciſcar.

ff.

ff. de pactis. cum concordan. cumque quæsitum sit ius domino, vt hũc habeat vasallum qui emit, non potest aliquid facere, per quod se eximat à vasallagio in præiudicium suum, vt in cap. primo, §. final. de capit. qui cur. vend. Ipse ergo consentire debet huic prorogationi, quia damnosum est ei quod contra voluntatem suam fit, l. final. ff. de vsu & habit. nec vult ita contemni dominus, vt aliquid eo inscio fiat, provt dicit Iser. in capitulo primo, §. necessitatem. qualiter olim feud. alien. pot. Hanc enim ob rem ab alijs iuribus ad assensum haudquaquam argumentamur: quin potiùs rigor, qui seruari consueuit, seruatur, & nulla prorogatio sine assensu admittitur. ¶ Vnum superest hîc explicare, quod suprà in articulo de refutatione feudi pollicitus sum vobis explanare: vtrùm, si rex dedit licentiam genericè de vendendo, & postea dum vasallus contrahit, non dicit se contrahere virtute assensus primo loco concessi, sed contrahit reseruato assensu Regis, & non aliter, nec alio modo, an sit opus tunc nouo assensu, quasi se direxerit ad nouum assensum impetrandum? Vel rectiùs dicamus, vt postquam illo assensu

Dominus non vult contemni, ita vt aliquid eo insscio fiat.

Quid si is, qui habet assẽsum, contrahit reseruato assensu?

non egebat, hæc expreſsio non vitiet actum, argumen. l. j. C. de rei vxo. actio? Poſſem equidē pro determinanda quęſtione iſta vobis recitare omnia dicta per Scribentes, & Iaſon. in l. edita. col. ij. & iij. C. de edend. in l. ſciendum. col. ij. ff. de verb. oblig. & per Felin. in c. dilecti. col. iiij. de iudic. & in c. cum ordine. col. j. ij. & iij. de reſcriptis. & in cap. qualiter & quando, el primo, notab. ſecundo, de accuſ. per Ioann. Rainal. in l. j. col. vij. & ibi per Decium de iuriſdic. omn. iudic. & per Angel. in tractatu maleſic. chart. xliiij. colum. j. recitando vobis ſigillatim argumenta omnia, quæ prò & contrà ex eorum dictis reaſſumi poſſent. Sed quia eſſet ingenium confundere, illud tandem pro baſi huius ędificij ponam, quod Felin. in d. c. cum ordine. colum. j. prope med. vult, vt in dubio, ſi id, quod venire non debebat, venit, & ineptè, non vitiet actum: quia quando vitiatur, ſemper ex aliqua ſpeciali cauſa fit, eo quòd regulariter non præſumitur quis eligere viā impugnatiuam actus, quem gerit, l. iij. ff. de mili. teſtam. Super quo fundamento ædificantes, hunc in modum diſtinguamus; aut conſtat eum voluiſſe ſub nouo aſſenſu contrahere, & res ſatis perſpicua

eſt

est, quia si illo caret, actus nō validatur ex præterito, l. non codicillum. C. de testamen. vt suprà firmauimus in illo articulo, de refutatione feudi: aut dubitamus, & in dubio sequamur Felin. vt nō videatur recessisse ab eo quod poterat, ex antecedēti assensu iustè facere. Nō obstat, quòd dixerit, saluo assensu regio, nec aliter, nec alio modo: quia istud potest ita verificari in assensu impetrando, sicut in impetrato: experientia namque hoc nos docet, dum passim videmus, notarios, quando volunt contrahere sub virtute assensus impetrati, perpetuò dicere, saluo assensu domini impetrato, & non aliter, nec alio modo. Dixerim hæc, vt videas inconueniens haudquaquam esse, vt eadem reseruatio fiat super eo quod iam est impetratum, præsertim cùm multi Doctores fuerint, quibus placuit, vt semper ista clausula ponatur, etiam quòd assensus esset iam præstitus propter honorem domini. Partes itaque si omnino volunt contrahere in virtute assensus impetrandi, mea sententia apertis verbis hoc exprimere debēt, addendo verbū illud, Impetrandi. quo casu non dubitaremus, vt in illo articulo de refutatione feudi suprà diximus, ad quæ

Assensu regio saluo. & non aliter.

me remitto, ne bis idem repetamus, aliàs vt ad præteritum assensum obtentum referatur. Hanc enim ob rem pro cautela notarij vt has disputationes tollant, illam addunt clausulam, videlicet saluo assensu regio impetrato, vel impetrando, vt vtrumque comprehendant: semper tamen animaduertendum est, si sumus in casu, in quo prouisio hominis non facit cessare prouisionem legis, de quibus per Bald. & reliquos in l. fin. C. de pac. Const. ¶ Decima conclusio sit, vt nec de re ad rem fiat extensio, vt declarat Isern. in ca. j. qui succeſſ. ten. col. v. ibi, eadem ratione. & hîc in additione, vbi concludit, nouo opus esse assensu, etiam super eodem feudo quod postea est effectum filij, quia etsi eadē res est, non tamen est eiusdem hominis, vt ibi vnà cum Isern. dicemus, ne omnia hîc cumulemus. Vide tamen pro nunc, quæ aceruauit Decius in consi. ccccclv. in iij. vol. qui licet videatur tenere contrarium, multa tamen pro hac conclusione affert. Ex quibus illud determinari posset, quòd si vir obligauit bona sua feudalia, & rex assensit, aut etiam capitula Neapolitanorum, de quibus in octaua conclusione dixi, consentiūt, non poterit extēdi ad bona futura viri, quia

Extensio de re ad rem.

alia

alia feuda sunt. Sed in hoc distinguamus, quia aut vir obligauit certa bona, aut obligauit bona indefinitè, aut dixit, omnia bona, aut obligauit oĩa bona, præsentia & futura. Primo casu ex dictis per Ifern. in cap. j. qui succeſſ. ten. & ibi per alios, res clara eſt, quòd non extendatur vltra conceſſa. Secundo verò casu, obligando indefinitè, & res indefinitè concedendo, nequaquam dubium eſt: quia omni ex parte, tã ex̃ parte viri, quàm ex parte domini, indefinita iſta æquipollet vniuerſali, per iura producta ſuprà in octaua concluſione ibi, hîc videmus, quòd licet Soccinus, etc. Aut obligauit oĩa bona, & iſto tertio caſu, omiſsis friuolis argumẽtis, illud in medium afferã, quippe in aſſenſu duo conſideranda fuiſſe: alterũ, quod homo exprimit: alterum, quod ex mente expreſſum comprehẽdit, aut ius intelligit. Et ſi in mente comprehenditur, vide quanta iamdudum enarrauimus, vt extẽdantur ex mente cõprehenſiua, §. in octaua concluſione. Si verò à iure ſubintelligitur, Iſer. & cumulati per Modernos, & Moderniores Neapolitanos in c. j. qui ſucc. ten. abſq; dubio determinãt, vt illa tacita comprehẽdatur, maximè ſi illud tacitum refert ſe ad ius, quod oĩa bona,

& præsentia & futura, viri obligat vxori, vt in l. vnica. C. de rei vxo. actio. argu. l. final. C. qui res pign. oblig. po. Aut & quartò, vir obligauit omnia bona, præsentia & futura: & tunc distinguendum est, quia aut Rex consensit, etiam eodem modo super omnibus bonis, præsentibus & futuris, & non habet dubiũ: aut vir tantùm expresit de omnibus bonis, præsentibus & futuris, sed rex simpliciter consensit: & isto casu quidam dubitare consueuerunt, an extendatur ad futura, eo quòd alia res est, l. si ita legatum. ff. de auro & argento lega. Sed iudicio meo super re indubitabili dubitarunt, quia si secundum Iserniam in dicto c. primo, qui succeſſ. ten. & cæteros suprà adductos, quando simpliciter indefinitè, vel per signum vniuersale Rex consentit, videtur omnem iuris casum cogitare, & lex tacitè statim obligat mulieri bona viri etiam futura, vt in d. l. vnica. cum concordant. absque dubio dicemus, vt ita rex videatur consensisse, vti ius vult. Nam obligatio expressa viri, vel tacita legis, omnia comprehẽderet, etiam feudalia, nisi adesset quoddam extrinsecum impedimẽtum, assensus domini, vt in prima quæstione suprà dixi. Cumque hoc sit sublatum,

quia

quia genericè dominus contentus remansit, vt bona viri obligentur genericè, in omnem casum à iure cogitatum consensisse videtur, per ea quæ latè suprà in tertia conclusione dixi. Nam de propria natura assensus est, vt extendatur ad futura, vt suprà in iij.vij.& ix.cõclusionibus latissimè probaui. Quę tanto magis militarent, quando rex simpliciter referret se ad capitula matrimonialia, aut ad instrumentum dotale, per tradita in l. asse toto. cum vulg. de hæred. instituend. & cumulatos per Socci num in consil.lxij.col.iij.in quarto vol. quia licet natura verborum attenta, à quibus regulariter non recedimus in assensu, argument.l.quicquid astringendæ. ff. de verb. obligat. præsentia non comprehẽdant futura, l. si ita legatum. ff.de auro & argen.lega.tamen text.ille subdit hoc ita esse, si modò aliud comprehensum non sit: quæ vox, Comprehensum. verificatur ita in comprehensione mentis, sicut in comprehensione verborum, vt ibidem notat Iurisconsultus, põderans vocabulum illud, Meum. quo submoto aliud determinasset. Intellige tamen hoc, vt extendatur ad bona futura eiusdem obligantis, non autem ad bona futura hæredis, secundum

Assensus extẽditur ad bona futura authoris, non autem ad bona futura hæredis.

Alb. de Rosa. in l. ij. C. communia de succ. Frãc. de Aret. in l. si hęredis seruus. ff. de leg. j. Ioan. Fab. Institu. de actio. §. fuerat. & Alexand. consil. lxx. in v. vol. de quo vnà cum Andrea dicemus in illo articulo, si mortuo contrahente possit impetrari assensus. Limita tamẽ hãc principalem conclusionem non habere locum, quando constaret quòd dominus omninò volebat vt ex pecunia aliquid fieret, & feudatarius non poterat vendere rem illam, sed poterat permutare, & ex re permutata pecuniã consequi: nam tũc ei istud permittitur, secundum Bartol. in l. sicut. §. sed si permiserit. ff. quibus modis pign. vel hypoth. sol. Quod nota, quia & si verba desunt, mens comprehensiua supplet in feudo, licet Bartol. loquatur in re burgensatica.

Assensus super venditione, an comprehendat permutationẽ.

Extensio de casu ad casum.

¶ Vndecima conclusio erit, vt nec de casu ad casum fiat extensio. Ita concludit Isern. per iura citata per ipsum in cap. moribus. in vltima col. in fine, si de feu. fuer. controuer. Et pro hoc est text. quem ipse non ponderauit in c. primo, de cler. qui inuest. fec. ibi, quid si purè, etc. Confirmat hoc Alex. in consilio primo, col. xj. in quinto vol. ibi, aliàs autẽ. Pro quo videte decis. Ro. cccevij. in nouis, vbi dat intellectum ad capitulum, susceptum

fuſceptũ.de reſcriptis. in Sexto.& quo caſu intelligendum ſit, videte quoque Aluar. & alios in c. moribus. ſi de feud. fuer.contro.in fine. Nec obſtat, quòd ius ſuperueniens poſsit conualidare actum, vt in locis cumulatis per Imol.in l.cùm vir.col.iiij.ff.de vſucap. cum concordan.quia illud eſt,quando ſimpliciter fit actus,& non exprimitur ſpecialis caſus,vt in quæſtione noſtra.Videte inſuper dicta per Hoſtienſ.in c. ad aures. & quæ continentur in c.primo,de filijs presbyt. in Sexto. à quibus regula hoc, & non à cõſilio Decij ccccclv. in tertio vol.per ea quæ dico ſuprà,an de contractu ad contractum fiat extenſio:vbi concludimus , aliud eſſe vt extendatur ad nõ vetitum , vel quòd ambo ſint vetita, & ex gratia vnum concedatur. Videte denique Ioan.And.in regula, quæ à iure.de regul.iuris.in Sexto. Non tamen illud omittam, quòd ſi aſſenſus nedum exprimit certũ caſum , ſed certam qualitatem,ſubmota illa qualitate,nil præſtet aſſenſus . Ita dixit Iſern. infrà col. iiij.verſic. qui ergo concedit in vno.argument. l. commodiſsimè. ff. de lib.& poſth. & l. ſi cùm dotem. in princip. ff. ſoluto matrimonio. & eorum quæ cumularunt Bar. & cæteri in l.non ſolùm.

Aſſenſus an cõualidetur ex iure quod ſuperuenit in futurũ.

Aſſenſum qualitas ſubmota impedit.

§. sed vt probari. ff. de noui oper. nunc vbi si quæ conceduntur cum vna qualitate, illam qualitatem non habent, censentur prohibita. Quod notate pro concessionibus, quæ hodie fiunt per barones, dum tamen teneatur feudum ab eisdem, & feudatarius impetrauit assensum regis, ita vt immediatè teneat à rege: nam tunc neutrum tenet, quia nec qualitas, vt teneatur à barone, nec illa, vt teneatur immediatè à rege, adimpletur: & sumus sub regula l. non codicillum. C. de testam. sic iudicauimus hoc anno M. D. XL. in causa feudi bazani in regia Camera in fauorem Illustr. Ducis Luceriæ contra fiscum, quicquid sentiat Afflict. in constit. constitutionem. & in constit. post mortem. Obseruate ista quæso, quando subreptitiè est aliquid impetratum exprimendo qualitatem quæ deinde non verificatur, vt notatur in l. præscriptione. C. si contra ius. & in c. cùm dilecta. de rescript. per Hostiens. in cap. postulasti. eodem titu. & per Abbat. in c. super literis. & in ca. cæterùm. eodem titulo. vbi volunt omnino esse exprimẽdas qualitates, quæ inducerent, vel non inducerent ad consentiendum: vel quando assensus præstatur ex duplici causa, vt si vna non te-

Baro si cõcedit rem ut teneatur ab ipso, rex uerò assentit ut teneatur à rege, neutrum tenet.

net, ex alia iuſtificetur, iuxta tradita in l. qui teſtamento. ff. de excuſ. tut. & per Alexand. conſi. lxxxviij. in ij. vol. niſi ſit doloſa ſupplicatio, vt infrà dicemus. Sed quid ſi aliqua qualitas in fraudem tacetur, quæ ſi expreſſa foret, dominus non conceſsiſſet aſſenſum, vel ſaltem cum maiori difficultate? Vide poſt ea quæ hîc dixi, quæ diximus ſuper text. in verbo, ſub colore inueſtituræ. & in illo articulo, an ille qui conſentit, det? vbi cõcluſimus, quòd ſi pater alienauit feudum in ſecũdogenitum, vt fraudaret nepotem ex primogenito, tacito nepote, non valet. Nam licet habuiſſet aſſenſum etiam in feudo hæreditario, ſi tamen tacuit, quòd aderat filius ex primogenito, propter quẽm rex, vel non conſentijſſet, vel ſaltem difficiliùs, talis aſſenſus non valet. Et licet Affict. in cõſtit. vt de ſucceſsionibus. hoc firmet in feudo ex pacto & prouidẽtia antiquo, idem erit in feudo nouo, vel etiam in hæreditario antiquo: quia ſi potuit pater nocere filio, vel nepoti ex filio, per l. cùm à matre. C. de rei vend. prout latiùs ſcripſi in c. j. an agna. non tamẽ poteſt illud facere ſine aſſenſu, vt in l. iſta, & quia aſſenſus deeſt, ſi ſubreptitiè impetratur, vt dixi, ſicut ipſe idem patet

Obreptio uel ſubreptio annullant aſſenſum.

posset reuocare, eodem modo poterit & filius, secundum Iserniam hîc in vltima additione, vbi dicemus. Nam non tenet consequentia, est res hæreditaria, ergo pater indistinctè nocet: quia debet nocere cum assensu domini, vt patet in legitimatione, quæ fit tacito quòd aderat nepos ex filio: vel legitimus, vbi legitimatur bastardus, vel quid simile: nam tunc ex capite subreptionis gratia legitimationis non tenet, vt concludit Ioann. Crotus, & cæteri ibidem cumulati in l. gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthu. post Francis. de Aret. in consilio clxvj. colum. penultim. versicul. circa filios. quem omninò legas vsque ad finem. Nec iudicio meo maior subreptio dari posset, quia regentes regiam cancellariam indistinctè nõ præstant assensum, quando pater vellet excluso primogenito donare feudum hæreditarium secundogenito. Nam vix consentiunt, quando tria habet feuda, vt de tribus donet vnum, arg. constit. siquis baro. vbi lex consentit, quãdo sunt tria feuda, in vno posse constitui dotarium: ad cuius similitudinem consentire solent, nõ vt ex illa constitutione compellerentur. Sic enim sacrum Consilium his meis

Legitimatio bastardi.

meis vigilijs lectis hoc anno M.D.XL. iudicauit in causa Caroli Buzuti, cui ego subscribo, quicquid deinde, tãquam iudex compromissarius acutissimi ingenij vir Dominus Franc. Reuerterius deinde iudicauerit, cui isthæc ostensa haudquaquam fuerunt propter meam absentiam à regno. Bene tamen animaduertendum puto, vt omninò constito de dolo, aliter iudicemus subreptiones exponentes aliquid quod non est, aliter subreptiones in quibus tacetur aliquid quod est, vt ponderat Felin. in c. sedes. colum. ij. versicul. limita secundò. de rescriptis. quoniam primo casu omnia corruunt, si illud dedit causam omnibus, vt ibi Felin dicit. Itidem si constaret de dolo, secundum communem conclusionem Doctorum in c. super literis. eodem titul. obripiendo secundum Felin. & alios in d. c. sedes. in quarta limitatione. Sed tunc quæri posset, an præsumatur dolus? Cui quæsito respondet Innocen. in c. accedés. de crimin. fal. & in c. dilecto. de rescriptis. vbi videtur velle, quòd præsumatur: meo tamen iudicio doctrinæ illæ procedunt in subreptione exprimendo falsum, vt tunc præsumatur dolus. Nam si aliquid expressit, nõ est prę̃sumptio iu-

ris,& de iure,vt dicit Felin.in c. ſuper literis.in quinta limitatione. quanto fortiùs quando aliquid non expreſsit, dolus non eſt præſumẽdus,niſi conſtet de ſcientia? Nam regulariter dolus non præſumitur,l.quotiens. §. qui dolo. de probat. quæ ſufficiant vobis quo ad aſſenſus ſubreptiones. Cætera ſupplete ex doctrinis Felin. & Modernorum in dictis locis,vti Obertus in c.primo, de feud.cognit.docet. Et quia principalis quæſtio noſtra hæc eſt, an aſſenſus datus in vno caſu, vel ſub vna qualitate,comprehẽdat alium caſum,vel qualitatem alteram:abſonum nõ erit quærere, an aſſenſus regis Catholici, quem per capitulum Neapolitanorum dat veris dotibus, extendatur ad dotes cõfeſſatas? Nam capitulum loquitur in dotibus veris,& ſine fictione conſtitutis, & confiteri ſe recepiſſe dotem, eſt per actum fictum, nec vera eſt dos, vt Longo.conſil.xxij.hoc nititur probare Loffred.Et quia deeſt qualitas veritatis dotis,deficit aſſenſus, argumen.l. ſed ſi hac.§.ait prętor.ff.de in ius voc.argum. eorum quæ dicit Innocen. in c. cùm in generali.de foro competenti.& in cap. Romana.eodem titulo. Tu autem omiſsis argumentis Loffredi, quæ ſatis

Capitulũ Neapolitanorum, pro uxoris dotibus, an habeat locum in dote confeſſata.

vana

vana sunt & grossa, vt ita loquar, considera capitulum illud non se fundare super vero, vel ficto modo probandi, sed an dos ipsa fictè, vel verè, sit constituta seu soluta, vt in simili dicit Bartol. in l. si is qui pro emptore. in v. q. princ. ibi, & ista sunt notabilia ad multa, ita vt vox, fictè. non intelligatur, id est, si per actum fictum, sed potiùs si in fraudem cõtra veritatẽ, vt notatur in l. in rebus. C. de iure dot. Et quia quando præcessit promissio dotis, confessio receptionis sequens præsumitur sine fraude, vt notant Doctores in l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de non num. pecun. vt tenuerunt glos. ibi, Petr. Cyn. & Pau. quicquid dixerit Salice. ibi, & Soccin. in l. j. ff. sol. matrim. qui ab hac opinione tandem non recedit, & cumulati in d. consil. xxij. & per Bal. Nouellum latiùs in tractatu de dote, quæstione decima, versic. septimò fallit. quia isto casu non quærimus, si id quod habet locum in casu vero, habeat locum in casu ficto? de quo in cap. cùm dilectus. & in c. ad audientiam. Extra. de cleric. non resi. sed magis an præsumenda sit fraus, nécne? Non quidem quid nouum esset, vt per actum fictum probaretur dos vera, vti dicimus, quòd per constitutum,

qui est actus fictus, transfertur possessio vera, l. quod meo. ff. de acquir. poss. vt latiùs suprà in articulo Constituti ostendi. Nec obstat, si diceretur, quòd ei qui habet causam anteriorem, non obest confessio dotis, etiam præcedente promissione præambula, vt notant Doctores in d.l. assiduis. & in l. prima, ff. soluto matrimonio. & dominus feudi semper dicitur habere causam anteriorem, quia à principio generationis feudi reseruauit sibi fidelitatem, vt in capit. primo, §. final. per quos fiat inuestit. in c. primo, de noua form. fidel. & in c. j. §. fin. in quibus cau. feud. amit. quia verum est in his, in quibus per suũ consensum creditor, vel debitor, non præiudicassent sibi. Ita hoc argumentum format & soluit Isern. in c. j. col. ij. in fin. & princ. iij. si vas. feu. priue. versi. tunc videtur dare agnatis, etc. vbi probat, in feudo hæreditario hac lege dominum directum feudum omnibus in infinitum dedisse, nimirũ donec vnus sit rebellis: quo casu in præiudicium omnium domino in recompensam suæ iniuriæ aperiatur, vt in c. pen. quæ fuit prim. cau. quasi eatenus duret concessio, quatenus in eodem statu durauerit res, l. cùm qs. ff. de solu. & ff. de iur. dot. l.

Dominus præiudicat sibi, licet anterior sit, quando consensum præstitit.

Rebellio sequentibus omnia aufert, etiã in feudo ex pacto & prouidentia.

l. stipulationem. Itidem & in feudo ex pacto & prouidentia, quia etsi ex propria stipulatione, quasi ex nouo & separato consensu domini sequens feudum capit, tunc illud erit, quando ex antiqua causa ad dominum non reuertatur: antiqua, inquam, quia ab initio concessionis ita sequentibus dedit, donec antecessores fideles essent: quo fit, vt eo qui tenet feudum, effecto infideli, ab omnibus auferatur. Ita probat Isernia ibi, & in capitulo primo, qui succeff. tenea. & in §. quid ergo. de inuestitura de re aliena fact. cum concordant. Pro quo faciunt dicta sua in capitulo primo, an agnat. in capitulo primo, de alienat. feud. pater. in capit. Titius. si de feud. fuer. controuers. & in §. sed & res. per quos fiat inuestit. cum concord. Erit igitur anterior in ipsa infidelitate, non autem in cæteris, quæ cum suo consensu fiunt. Vnde sequitur, vt eodem modo in casu nostro, si per legem dominus consensit, non aperiatur domino, sed ei in cuius fauorem consensit, sicut si in specie illi concessisset, cùm lex & homo vadant à pari, vulgata l. final. C. de fide. Factum ergo domini ei nocet, vt huic mulieri opituletur

assensus habentis causam anteriorem, non obstantibus præmissis. Nec refert, quòd capitulum Neapolitanum non videatur consensisse, nisi in dotibus veris & sine fictione, quia huic motiuo satis responsum est suprá. Rursus cogitate, clara voce omnes in d.l.j.ff.solut.matrim.cum concor. dixisse, cófessionem etiam geminatam non nocere habenti causam anteriorem, & dum quærimus de ratione, dicunt quòd in habente causam anteriorẽ, ratio est solius damni, per l.id quod nostrum.ff. de reg. iur. in præiudicium verò habentis causam posteriorem, vt sola confessio nó noceat, propter præsumptionẽ fraudis, ne constante matrimonio donaret vxori, vel aliter creditores fraudarentur, vt in d.l. j. notant. Quamobrẽ ad tollendá hanc fraudẽ concludũt, quòd si præcessit vera promissio, & sequitur postea confessio, secundum glos. communiter approbatam in l. in contractibus. §. penultim. C. de non numerata pecunia. cesset præsumptio fraudis. Quibus hunc in modum explicitis, ad rem redeuntes dicemus nos, si consideramus damnum, tunc non esset considerabile, quia facto suo qui concessit capitulum Neapolitanis, illud patitur, dicta l.id quod

quod noſtrum. à contrario ſenſu, vt in ſimili dicit Felin.in cap.quia gu.de iudic. columna quarta,in principio. Si verò intuemur fraudem, ſicut conſiderando cauſam poſteriorem, quando præceſsit promiſsio, & ſequitur confeſsio, ceſſat præſumptio fraudis, ita & in cauſa anteriori: ex actu verò promiſsionis & confeſsione receptionis dotis ante delictum ceſſabit præſumptio fraudis, poſtquam de ſola fraude tractamus. Nam ſi præceſsit inueſtitura,non tamen præceſsit delictũ,quin immò confeſsio antecedit delictum,& poſtquam tractamus de fraude delicti, niſi intercedat aliqua coniectura, de quibus per Bartolum & Doctores in l.poſt contractum. ff. de donat. & in l.ſi priuatus.ff.qui & à quibus. vel alia conſimilis, provt eſt ſola confeſsio ſine promiſsione dotis contra habentem cauſam poſteriorem, tunc ei obeſſe non poterit:quia ſubmota fraude actus iam eſt perfectus cum aſſenſu capituli,& fraus ex iam dictis ceſſat. Hac enim ratione paſsim iudicatum eſt, vt capitulum Neapolitanum habeat locum in dote confeſſata,ſi præceſsit promiſsio:quia ceſſat fraus: & hæc fuit vera & intrinſeca mens illius capituli,

provt eadem Camera vnita cum ſacro Conſilio per hæc quæ tunc in medium afferebã, in cauſa Caſparis de Monforte iudicauit, etiam contra tertium & fiſcum, propter confeſsionem factam tẽpore quo nulla fraus præſumi poterat, ex mente eiuſdem Iſern. in c. j. §. donare. qual. olim feu. alie. pot. in vlt. col. in verſic. & hoc. Nam per ſuum conſenſum dominus ſubſtulit obſtaculum vt actus valeat, vt in prima concluſione dixi, & ita ſubſtulit, vt omni modo quo congruo tempore lege permittente illud feciſſe probetur, actus valeat: quod notate maximè pro limitatione eorum quæ dicam in ſeq. xij. q. Nam vbicunque poſſunt habere locum verba, habet locum aſſenſus, etiam in actu ficto, vt dixi in illo articulo, an vendens & tradẽs per conſtitutum, perdat feudum? in vj. reſponſo ad ſextum argumentum. Quę omnia multo fortiùs procederent, quãdo tranſiſſet tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, vt in l. final. C. de don. cau. mor. nam tunc verè dotis vices repræſentat, eodemq; priuilegio gaudet, quia vera numeratio probaretur, ſecundum notata per Doctores in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & ibi Bart. col. ij. ff. de verb. obliga-

Fictio.

in

in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum pet. & in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. Soccin. in consil. clxxj. incip. diu profectò. in ij. vol. & Franc. in consil. lxxxvj. incipien. diligenter cõsideratis. col. ij. ac in d. l. j. ff. sol. matr. vbi cumulant reliquos hanc partẽ tanquam veriorem tenentes. Nec refert, quòd quidam, quos allegant Doctores in locis prædictis, præsertim Alex. in d. §. si quis ita. teneant, istam numerationem probari per modum fictum, quia huic motiuo satis suprà responsum est. Idemq; & multo fortiùs id ipsum dicerem in casu in quo expressè renunciatũ esset exceptioni nõ numeratę dotis, per tradita in d. l. j. ff. sol. mat. & p Bart. in d. l. assiduis. Bene verũ puto, vt cõfessio hæc debeat fieri in constantia matrimonij, quia aliàs non esset dos, sed patrimoniũ filij, vt in d. l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. & in l. j. C. de dote caut. & in l. iij. C. de iure dot. Quia quãtumcunq; verba significarent numerationẽ de præterito, traheretur ad tẽpus cõtractus, vel paulo antè, secundũ cõem Doctorum opinionẽ in l. post dotẽ. ff. sol. mat. & in d. §. Chrysogonꝰ. cũ cõcor. ni si esset clausula in instrumẽto, quę diceret, diuersis vicibus & tẽporib. recepis-

se: quia ex hoc constaret, dotem non fuisse solutam tunc: quo casu debet præsumi, vt tempore congruo sit facta solutio iuxta promissionem iuratam, ne præsumamus eundem fuisse periurum, per notata in gloss. iuncto text. in l. ij. C. de pet. hæred. & in l. meritò. ff. pro socio. Nam etsi hæc qualitas est probanda, vt tempore congruo interceſſerit, iuxta notata per Bartolum in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de operis noui nunciat. quia tamen constat ex his verbis, quòd nõ fuit soluta tũc: quo casu poterit interuenire solutio tempore congruo & incongruo, præsumitur tempore congruo, ne præsumatur periurus, vt dixi. Nam in ambiguo fauẽdum est doti, l. in ambiguis. ff. de regul. iur. Et denique obseruemus rogo, an capitulum Neapolitanorum xx. de quo suprà disputauimus, habeat locum in his tribus casibus, quando hæc requisita, vt suprà diximus, præcessissent. Nam illud capitulum loquitur in dote verè numerata de præterito, vt patet ibi, sono state maritate, & hanno consegnate le loro dote. & ibi, benche habbiano lo instrumento dotale. Quo fit, vt cùm capitulum illud loquatur in casu vero & præterito, virtute illius capituli

Capitula Neapolitana.

pituli haudquaquam decidantur casus futuri, sed ad alia recurramus capitula, quæ in octaua conclusione explicaui. Non tamen te latêre volo, vt habita hac conclusione pro vera, quòd capitulum Neapolitanorum extendatur ad dotes præteritas, intelligatur propter verba prædicta, & alia in eisdem capitulis apposita in matrimonijs præteritis, quæ tempore confecti capituli non erat soluta: quia si in vnum casum se restringunt capitula, non extenditur ad alium, vt suprà plenè probauimus. Sic enim sæpè iudicatum fuit tempore quo dominus Antonius de Ianuario erat protonotarius & præsidens in S. R.C. Et hoc quidem rectè, quia tunc aut feudum erat apertum fisco, quo casu oportebat in assensu hoc exprimi, si quidem hoc tempore non esset consentire, sed verè donare, vt firmat Isern. in penultima & vltima columnis hîc, vbi dicemus: aut feudū erat apertū tertio, & ei nocere non debet dominus, vt infrà dicam examinando intellectum l. si ego. ff. de iure dot. Quanquam enim capitulum vigesimum, dum dicit, che alcune ne sono state, & al presente ne sono maritate. propter illa verba, ne sono state maritate. percipimus etiam

matrimonia dissoluta illud capitulum complecti, tamen quia hæc fuit supplicatio partium, & rex consensit in decretatione vt nullum generetur præiudicium partibus, ex hoc habes quòd sine nouo consensu habendo noluit cõsentire, tametsi per l. si ego. potuisset fortè hoc facere, vt infrà suo loco dicemus, non tamen fecit, eamque ob rem passim iudicatum est, vt ad matrimonia dissoluta non extendatur. ¶ Duodecima conclusio sit, vt assensus præstitus in actu principali extendatur ad cõ comitantia & annexa apposita in eodẽ contractu. Pro cuius veritate primò videndum est, vtrùm dato assensu super contractu venditionis extendatur ad pactum de retrouendendo? Par. de Put. in suo tractatu feudorum distinguit: Aut super hoc fuit supplicatum principi, aut non. Si fuit supplicatum, tunc verba sunt inspicienda, quia sicut canis leporis pedes persequitur, ita nos verba in assensu attendere debemus, vt dicit Isern. in cap. primo, qui succes. tene. arg. l. semper. ff. de reg. iur. & in l. sicut. §. si debitor. & §. sed si permiserit. ff. quibus modis pign. vel hypoth. solui. Si verò hoc non fuit supplicatum, & tunc iterum est distinguendum: quia aut

Extensio ad cõ comitantia & annexa.

Assensus de uẽdendo an extẽdatur ad pactũ de retrouendendo.

aut hoc pactum est appositum in eodem cõtractu, & fuit ostensus totus cõtractus: aut in diuersis cõtractibus. Primo casu, si ponuntur in eodem contractu, & tunc, quia assensus præstatur contractui * eo viso, censetur præstitus in omnibus connexis, secundum Bald. per illum textum in l. iij. §. sufficit. ff. de contra. iudic. tut. & idem in l. clemens. de hæred. instituend. Bartol. in l. si legatarius. §. post. ff. de legat. iij. & per ea quæ habentur in l. etsi fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minoribus. & in l. cùm actum. ff. eodem. Ad quod affert etiam ea quæ habentur in l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de rebus eorum. Pro quibus faciunt ea quę dicuntur per Ludouicum & alios contra Bartolum in l. vsusfructus. ff. solu. matrimonio. vt assensus præstitus super datione rei feudalis in dotem, extendatur ad eius restitutionem soluto matrimonio per mortem viri: quia considerauerunt id quod ius vult, scilicet vt eadem res à viro restituatur, l. secunda, in principio, ff. soluto matrimonio. l. in rebus. C. de iure dotium. & in lege, etsi dotis. eodem titulo. Faciunt quoque ea quæ diximus suprà in materia extensionis in assensu præstito super

Assensus præstitus uni contractui, omnibus connexis præstitus uidetur.

* in vno, forté: vel, vni,

Assensus præstitus super dotem extenditur ad restitutionem dotis,

obligatione, vt extendatur ad ſubhaſta tionem, per l. ſi cui. ff. de ſeru. & l. quanquam. ff. de ritu nupt. Nam iſti actus connexi, in effectu vt vnum iudicari debent, ita vt præſtito aſſenſu in vno, comprehendat alium, argumen. l. cùm antiquitas. C. de teſtam. & ff. eodem, l. hęres palàm. l. Titia. ff. de verb. oblig. l. patris & filij. ff. de vulg. & pupill. l. item quia. ff. de pact. l. ſi quis ex argent. §. initium. & Extra. de electio. cap. officij. Et cum iſta opinione nihil dicens de Paride, & diminutè ipſum referens trãſit Afflict. hîc. Quo autẽ ad ſecundum caput, vbi diuerſæ ſunt ſcripturæ, aliud ſentiunt: quod non examino, quia ex infrà dicendis veram deciſionem habebitis. Quid dicendum? Duo dicam: alterum, hæc ante Afflictum & Paridem ponderata fuiſſe ab Alexandro conſilio xcj. in iij. volum. incipiente, Viſo themate. deinde verò à Iaſ. de quo mentionem non faciunt, in l. j. §. item acquirimus. ff. de acquirend. poſſ. & in l. fin. colum. clxxiij. de iure emphyt. C. alterum, bona tãtorum Patrum venia, eos in hoc articulo punctũ nõ tetigiſſe. Errant planè in primis, dum volunt intelligere Iſern. in c. primo, qui ſucceſſ. ten. dixiſſe, quòd in cõnexis aſſenſus loquens

quens de vno extendatur ad aliud, per tex.in c.nuper. de dona.inter vir. & vxor. quod quidem falsum est, quia ex mente potiùs comprehenditur, quàm extensio fiat, vt dixi suprà in octaua cõclusione. Secundò ipsi ponunt casum super indubitabili, quòd assensus sit præstitus super instrumento ostensa tota serie instrumenti. Nos autem quærimus, quando apparet assensus super vẽditione, & nil aliud apparet, vtrùm extendatur ad retrouenditionem, quæ fit sine assensu? Qua in re nequaquam distinguendum est, vti ipsi faciunt, si in vna, vel pluribus scripturis apponatur hoc pactum: quia quando plura instrumenta statim celebrantur, & correspectiuè vna scriptura respicit aliam, vnica censetur scriptura, secundum Bal. in l. si mulier. ff. soluto matri. & in l.j. C. de bonis quæ lib. & in l. petens. C. de pact. sicut ex diuerso, quando plura pacta distincta ponuntur in eadem scriptura, plures censentur stipulationes, & non vna, vt in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. Vera igitur conclusio erit, vt distinguamus, an pactum de retrouendẽdo fiat statim, id est, respectu eiusdem venditionis, aut ex interuallo, non ex præcedenti conuentione? Quia si statim

fit, nullo modo valet vnum sine alio. Et ratio est, quia licet possit diuidi ipsa vẽ ditio à contractu retrouenditionis, & stent vt diuidua re & scriptura, tamen in intellectu, quia venditor non vendidisset sine illo pacto de retrouendendo, vt est casus in l. final. & in l. cunctę. C. de pac. inter empt. & vend. tunc stant vt indiuidua. Ita dixit Bartol. in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuss. col. j. quem communiter sequuntur ibi, & in §. Cato. ff. de verbor. obligation. Et tunc, quia est pars cõtractus, l. fundi partem. ff. de cõtrah. empt. immo & pars pretij, vt notat etiam Bal. in rub. C. de vsu. quẽ sequuntur Roma. & Clau. in l. si quis cùm aliter. ff. de verbor. oblig. dum eis placuit cessare remediũ l. ij. C. de rescindend. vend. in vẽditione facta cum pacto de retrouẽdendo: quia nõ est deceptus, eo quòd pactum illud est pars pretij. Qua etiã ratione in l. ij. C. de pac. inter empt. & vend. dicimus, quòd agit ex vendito. Tunc enim licet in ordine scripturæ priùs steterit pactum venditionis, quàm retrouenditionis, tamen in ordine intellectus priùs stat pactum retrouenditionis, quàm ipsa venditio, secundũ Bart. Cepol. in tractatu simula. in verbo, secũdo casu. Quamobrẽ nõ po

terit

terit vnum ſtare ſine alio. Sed ſubſiſte, ne fortè me hoc dixiſſe putes, nẽpe vt vtrunq; valeat, quia licet ſic ſteterint in mente contrahentiũ, non tamen ſic ſtabant in mente domini, qui de ſola venditione cogitauit, & cætera omiſit, l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cauſam. quin potiùs vt vtrunq; corruat: ex quo in indiuiduis, prout hæc erant in mẽte contrahentiũ, ſecundũ tradita per Bart. in l. Grẽcè. §. illud. ff. de fideiuſ. vtile per inutile vitiatur, vt in c. j. §. profectò. de lege Corra. prout in articulo de refutatione feudi latiùs demonſtraui. Nõ quidem hoc eſt ex ſimplici forma aſſenſus, quia in ſe quo ad principalẽ venditionem, de qua loquitur, perfectus fuit, ſed ex alio capite, videlicet quia partes nõ cõtraxiſſent ſine pacto de retrouendendo, in quo pacto deficit aſſenſus: & ſic, quia non eſt præſtitus aſſenſus à domino, ſicut partes cõtraxerunt, in nullo iuuat, & vtrunq; caput ipſius contractus deinde corruit, vt dicit Bald. in l. petẽs. col. xj. in lect. Paduana, C. de pact. Nec obſtat text. in l. j. §. final. cum l. ſequent. ff. de reb. eorum. vbi vnum valet, & reliquum reijcitur, quia ibi contrahitur cũ perſona minoris, quæ non poterat habere in intentione niſi res ſuas agere,

id est,acquirere, & non alienare: & sic non possumus dicere,vt ex cõsensu partium non valeat,quia quod nos firmamus,habet locum vbi contractus non posset claudicare, sed cũ minore claudicare potest, l. Iulianus.§. si quis à pupillo.ff.de actio.empt. Non enim licet pupillo alienare, & ideo in eo contractus claudicat: nam si alienatio non esset, vtique pupillus fidem seruare tenetur,dum non est in damno,per tex.in l.his qui.§.sed si minor.ff.de manu.Nec dicas ibi esse speciale fauore libertatis, cùm textus se fundet in damno pupilli, & non in libertatis fauore. Nam idem dicimus,si actus est consumatus contra fiscum,in l.Iuliana. eod. tit. & idem in seruo qui liber reputatus est,in l.Gaius. eodem tit.regulariter ergo aut vtrunq; valebit,aut neutrum. Nec obstant omnia considerata suprà, quia si quæ extensiones fiunt ex mente,in his fiunt in quibus ab aliquo verbo vel ratione expressis comprehenduntur. Secundo verò casu, quando ex interuallo fieret hoc pactum de retrouendendo, magis dicetur pactũ de vendẽdo, quàm de retrouendẽdo,& dũ cessat illud indiuiduum Bart.in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuss.dicemus,quòd venditio vtiliter facta

cta cum assensu teneat, pactum verò de retrouendendo separatum, tanquam inv tile, annulletur, l. j. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig. cum concor. sicut in simili dicit Isern. in c. j. §. si verò. de controuer. inuest. quòd si datur vnum castrum pro dotario, & legitimè fit, si postea volunt permutare, ista permutatio sine assensu est nulla, quia debuit tunc fieri. Nouo ergo opus est assensu, quem habere procurent. Bene tamen verum puto, quòd si assensus est præstitus super contractu cum pacto de retrouendendo, licet tũc fiat contractus venditionis, poterit in virtute illiusmet assensus fieri pactum de retrouendendo ex interuallo: quia dum videmus quòd assensus retrotrahitur, vt dicemus cum Iser. per l. fin. C. ad Macedon. si non taxatur tempus, poterit illud fieri, quando vult etiam ex interuallo, vt in l. sicut. §. fin. ff. quibus modis pig. vel hyp. sol. & eo interuallo hoc pactum poterit facere, quo principalẽ venditionem potest perficere. Sed de illo dubitari potest, quid si constaret pactum de retrouendendo esse factum simul & semel cum principali contractu venditionis, tunc concludimus ambo stare vt vnum. Ponamus de contractu vẽditionis cõstare per instrumentũ,

Confessio partium an habeatur loco contractus, super quo accedit consensus.

sed pactum de retrouendendo nō appa rere, nisi per cōfessionem partium, quæ confitentur à principio fuisse appositū, an stetur tunc tali confessioni, sicut sta- remus scripturæ? Et in hoc videtur pri- ma fronte dicendum, vt tametsi instru- mentum & testes æqualem habeant po tentiam, l. j. C. de fide instrumen. maior tamen potētia confessionis est, quia v- bi prædictæ probationes reijciuntur, il la admittitur, secundum gloss. in §. illū. in authen. de æqual. dot. & in l. in con- tractib. in verbo, nullo modo. C. de non numer. pec. Sed dic istud verum esse, quando rem talē gererent, quæ à nuda voluntate sua procederet: quod non est in casu nostro, vbi sine assensu dominī nihil agerēt: & ideo, ne stemus assertio ni eorum vt contrahant vel distrahant, dicemus, quòdsi admittimus hoc pos- se probari per testes vel instrumenta, non tamen probabitur per eorum con- fessionem: nam sic cōfitendo in effectu distraherēt, quod sine assensu facere nō possent, secundum Iserniam in d. §. si ve rò. in j. & ij. col. Et ita in simili conclu- dunt Bal. in prælud. feu. in iij. diuisione, & in l. alia. vers. attende. C. de his quib. vt indig. notatur in l. & si fortè. ff. de ca- stren. pec. & in l. si donatione. C. de col.

Card.

Card.in prælu.col.v.& Lau.col.v.Crot. in repetitione l.re coniuncti.ff.de leg.j. & Paris in tractatu reintegrationis feudorum char.ccxliij.versic.si baro. Francis.de Aret.in l.si certis annis.col.fin.C. de pactis.& in authen.si quis in aliquo. col.iij.C.de edend. Quę multo fortiùs militarent,vbi aliqua fraus cogitari posset,iuxta tradita per Isern.in c.Titius. si de feu.fuer.controuer.& in c.j. §. sed & res.p quos fiat inuest.&p Doctores in l. post contractũ.ff.de donat. Cautela ergo erit,vt per scripturas, vel testes illud probent,vti Bal.in d.iij. diuisione dicit, quia si expressè hoc vellent,ex facto proprio sine assensu domini ei non præiudicarent,vt in lege ista,& in const. constitutionẽ diuę memoriç. Nõ tamẽ negamus,si cõfessio esset facta tẽpore quo celebrabatur cõtractus,itaq; cõtraxisse statim cõfessi fuerint,talẽ confessionẽ factam tunc,per testes probari posse,quia omnis fraus excluditur per ea quæ dixi in vndecima cõclusione,& in septima, in hac materia extensionis. Sed quid ex diuerso,si Rex dat assensum super pacto de retrouendendo,an per hoc cõfirmet ipsam venditionem? Distingue sic:aut vẽditio non apparet, & quærimus,si ex verbis principis probetur ille contra-

Assensus super pacto de retrouendẽdo, an confirmet uenditionem.

ctus,& isti non sunt termini nostri, sed vide in authen.si quis in aliquo.C.de eden.& in c.inter dilectos. Extra.de fide instr.& in Clemen. vnica.de probatio. in l.sciendum.ff. de verb. oblig. & in c. cùm dilecta. de confirm. vtil. vel inutil.Aut quærimus, si consentit pacto de retrouendendo, & apparet contractus venditionis, sed non apparet assensus super vẽditione. Et tũc,si ex verbis colligitur,quòd rex velit vt retrouendatur stante vẽditione primo loco facta, pro vt in simili dicit Isern. in c.j.qui succeſſ. ten.non minùs censebitur pręstitus assensus in ipsa venditione, quàm in ipso pacto de retrouendendo. Hoc enim ea ratione perspicuum est,qa si quod meũ est,iterum meum effici non potest,vt in l.iij.§.ex pluribus.ff.de acquir. poss. ad hoc,vt iterum meum iustè fiat, oportet hoc necessarium antecedens esse confirmatum,argumen.l.cui iurisdictio. ff. de offic.eius.cũ concor.& sic vtrũq; perficitur,vt meũ, licet nõ hac ratione,suprà dicti Neapolitani tenent. Et vltimò,si in annexis habeat locum extensio assensus,ne bis idem dicamus,repete hîc quæ diximus suprà in conclusione septima,in vltimo articulo,in finalibus verbis,& in sequẽti. ¶ Tertiadeci

ma

ma concluſio ſit, vt id, quod dicimus in materia extenſionis aſſenſus, nõ ſolùm cõcedatur, quãdo verba ſunt aperta, ex quibus mens ipſa colligitur, verùm etiã quando per verba æquipollẽtia hoc fieri poteſt. Ita Iſern. in c. j. qui ſucceſ. ten. col. iiij. ibi, ſed concedere emptori. per text. in l. mulier. §. j. ff. ad Trebel. l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. & l. ſi ita eſſet. ff. quãdo dies leg. ced. & apertiùs idem Iſern. in c. j. col. ij. de capi. qui cur. vend. ita quidẽ, vt tametſi non poſsit aſſenſus adimpleri in æquipollenti & in minori, quemadmodũ paulo antè diximus, tamen ipſe aſſenſus, qui conceditur per verba æquipollentia, admittatur. Vnde & hoc emergit, vt tametſi p verba ęquipollẽtia ea quæ ſunt regalia, nõ veniãt, niſi ſpeciali conceſsione cõcedantur, c. in generali. de offi. vica. in Sexto. in conſtit. ea quę ad decus. & in cõſtit. dignũ. ac in c. generali. ſi de feu. fuer. cõtro. tamen per ęquipollentia verba, quę illud in effectu ſignificant, comprehendãtur, vt dicit Bald. in §. hoc quod nos. col. iij. in verbo, inueſtituram. de pac. Conſtã. Nam hoc modo ſic in verbis & mẽte cõprehẽdi dicemus, vt extenſio quę in puris terminis extenſionis denegatur, per viã cõprehenſionis ex mẽte cõcedatur,

An fiat extenſio ex uerbis æquipollẽtib.

vt suprà latiùs scripsimus. Pro quo faciunt dicta Alb. in l. fin. C. de iurisd. omn. iud. Sed quid si hodie hoc aliud in medium producam? nempe, vt non modò ex verbis principalibus apertis, vel æquipollentibus, mens percipiatur, sed etiã ex verbis executiuis, hoc est, in clausulis, quę in priuilegijs apponi solent. Ita Curt. Iunior in consilio iij. col. ij. & Deci. consil. clxxxv. in quinto vol. & Alb. Brun. in consil. xxxix. Sunt enim cõnexa, in quibus fit extensio, secundũ Isern. in c. j. qui succeſſ. ten. ibi, nisi sit connexum. Finge enim supplicantem multa petijsse, regem verò pauca cõcessisse, deinde verò aliqua in clausulis sequentib. addidisse, per quæ reliqua quæ fuerunt supplicata, vel ex vi verborũ, vel ex mẽte cõprehendi possunt, num concessa dicantur? exempli gratia, si cõfirmauit omnia & singula enarrata, vel omnia & singula suprà dicta: tunc enim hæc clausula non debet referri ad concessa duntaxat, sed etiam ad omnia enarrata. Ita Alexan. in consi. xvij. in iij. vol. post allegatos per ipsum ibi, quibus subscribo.

Assensus etiã præstatur ex his quæ continentur in clausulis executiuis quæ in priuilegijs apponi solent.

extensio ad cõnexa.

Assensus super testamento ad quæ extẽdi poterit.

¶ Quartadecima conclusio sit, qui consensit testamento, an videatur consensisse donationi causa mortis? Qua in re plura sunt facienda capita: Primum, an si

si quis concesit potestatem disponendi in vltima voluntate, possit tunc facere testamentum, codicillos, & legata? Secundum, si potest donare causa mortis? Tertium, si potest facere contractū inter viuos, qui in ipso testamento perfici potest? Quartum, si potest substituere, vel fideicommittere, & præter primam dispositionē plures dispositiones facere? Quintum, vtrùm si eodē modo data potestate specifica de testādo, possit facere codicillos? Sextò, si data potestate donandi causa mortis, virtute eiusdem assensus hæc omnia facere possit?

Testari & codicillos facere, an possit is, qui potest in ultima uoluntate disponere.

¶ Et quo ad primum, si data potestate disponēdi in vltima voluntate, poterit & testari, & codicillos facere? de hoc nō dubitamus, quia omnia hæc sub vltima volūtate cōprehenduntur, vt notatur in l. j. C. de sacrosan. eccl. in l. tā his. ff. de donat. causa mortis. cū concor. aceruatis in rubrica, & in l. ij. ff. de leg. j. Dubiū tamē est, si nō fit vsus verbo illo, In vltima voluntate. sed verbo, Testari. an quia vox, Testari. largo modo cōprehendit fideicōmissum, l. iij. ff. de leg. j. & codicillos, l. cōficiūtur. §. si post. ff. de iure codicil. & ibi glos. si in assensu stricti iuris cōprehendantur? quia tamen expressum est, largissimè in expresso in-

terpretatur, l. fin. ff. de constit. princ. secundum Isern. hîc col. iij. in princ. omne dubium cessat. ¶ Quo verò ad secũdum, omissis subtilibus ponderationibus & argumentis, quę de iure Ciuili afferri possent, si data potestate testãdi extendatur ad donationem causa mortis? quæ cumulantur per Barto. Pau. Raph. Alex. Fran. de Aret. Iaſ. Hercul. ac cæteros in l. ij. ff. de verb. oblig. dum disputãt, si sub prouisione simpliciũ comprehendatur casus mixtus? & in l. ij. ff. de legat. j. in l. tã his. ff. de donat. causa mort. & in l. cùm hic status. §. similes. ff. de donat. inter virum & vxor. Quia intentionis nostræ non est vanis acclamationibus circulorum satisfacere, sed pro decisionib. causarum laborare, illud ponderate, vt cùm communis conclusio omnium sit, vt in materia stricta sub simplici potestate attributa non comprehendatur mixtum, per l. si ita scriptũ. in princ. ff. de lib. & posth. & in l. vim passam. §. præscriptione. ff. de adul. iuncta l. mariti. §. quinquenniũ. eodem tit. frustrà dubitemus, an data potestate disponendi in vltima voluntate, possit donare causa mortis, cùm dare causa mortis aliud sit, quàm in vltima volũtate simpliciter disponere, vt notatur in l. fin. & ibi per

Donare causa mortis an is possit, cui testandi potestas data est.

Doctores

Doctores, & in l.ij.ff.de leg.j.eo quòd ipsa hæreditatis aditio, cui tantùm fauemus, non ita facienda est in donatione causa mortis, sicut in cæteris vltimis voluntatibus, secundum Bal.in l. et si mortis.in princ.C.ad leg.Falcid. Quamobrem voluerunt Andre. Siculus in consil.xij.lib.j.& Alex.in consil. xxvj. incipiente, Viso & considerato.in ij. vol. vt vir prohibitus à statuto relinquere vxori, non prohibeatur donare causa mortis, quia diuersa sunt. Sed quid dicemus, quando quis est prohibitus aliena re in testamento, vtrùm prohibeatur in codicillis alienare? Cui quæstioni respondet Angel.in consil.vij. vbi nil boni allegat, quin potiùs in finalib. verbis dubitat. Itidem & Ias. qui ipsum citat in rub.ff.de leg.j. sed audacter illum sequitur Soccin.in l.j.§.quanquam.ff. ad Trebel. & rectè, quia in odiosis, & in his quę strictam recipiunt interpretationē, facilè non recedimus ab eo quod est expressum, vt hìc & in vij.q.suprá. Ad rē tamen redeuntes, animaduertite quæso, qa in testamento donatio causa mortis potest fieri dupliciter: vno modo simpliciter, donando causa mortis in ipso testamēto, & hoc modo non loquimur nos, qa tūc vltima est volūtas, secundū

Prohibitus alienare in testamento, an censeatur prohibitus in codicillis?

Bal. & alios in l. hac consultissima. C. q̃ testa. fac. pos. & sapit vim fideicommissi, secundū Bart. in l. j. ff. de donat. causa mort. & ibi Pau. Imol. & Rom. per text. in l. si donatio. & ibi Bar. C. de donatio. Alio modo absq; testamẽto, vel in ipso testamẽto per viã stipulationis: quo casu stat vt contractus, secundum Salic. & cumulatos per ipsum in l. j. C. de don. cau. mor. in j. col. & per Franci. de Aret. in l. ij. ff. de leg. j. Pro quo faciũt dicta p Imol. in l. vt hæredib. ff. de lega. j. & hoc secundo modo loquimur nos, quia si in contractu simplicis donationis non admittimus extensionẽ ad donationẽ causa mortis, vt suprà in vij. conclusione diximus, multo fortiùs talem extensionẽ de vltima voluntate ad contractum nó extendemus. ¶ Quo ad tertium, an possit in ipsa vltima voluntate virtute eiusdem assensus facere contractũ inter viuos? perspicua res est in testamento celebrari posse contractum inter viuos, vt concludit Bart. & cæteri in l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. iij. glos. & Bart. in l. hęredes palàm. §. fin. ff. de testa. & Roma. in cons. clxxj. qui dicit hãc esse communem opinionem. Quia tamen contractus ipse nõ stabit, vt vltima voluntas, sed vt contractus, secundum

Testandi potestas an extẽdatur ad contractum inter uiuos, qui fit in testamento.

Bart,

Bart. in d.§.codicillis.Bal.in l.si auia.in prin.C.de iure delib.& Oldr.in consil. cxiiij.eamq; ob rem secundũ Alex. & Imol.in l.nemo potest.ff.de leg.j. ad probationem ipsius contractus non requiruntur septem testes, vt in testamento, sed sufficiũt duo,hac de re cùm nõ stet vt vltima volũtas,sed vt cõtractus,de vno ad aliud minimè extensionem fieri posse concedemus.Nõ quidẽ esset pars testamẽti,sed cõtractus separatus. Illud tamen animaduertendum est,vt tũc verba stent in vim contractus,quando aperta sunt,& cõstat voluisse cõtrahere,non autẽ quando verba sunt ambigua: quia tunc nõ videtur per contractũ hoc fecisse.Ita Isern.in c.j.§.donare.col.iiij.vers. quid ergo.in tit.qual.olim feu. ali. pot. vbi de proprietate verborum tractat, & an deducant actum in vim contractus, aut in vim testamenti, vel annulletur in totum.Quibus denique addam, vt tametsi is qui potest facere actum inter viuos, non possit eundem actum in testamento facere,poterit tamẽ per testamẽtum(si in testamento id confitetur) probare inter viuos rẽ sic esse gestã. Ita Iser.fauore mulierum determinat in d. §.donare.in vlt.col.cui subscribo per ea quę suprà in septima quęstione,in mate

Confessio facta in testamento probat contractum factũ inter viuos.

ria extenſionis, dixi. ¶ Quo verò ad quartum, ſi poteſt virtute eiuſdem pote ſtatis teſtandi facere ſubſtitutionē, vel fideicommiſſum? In hoc articulo tria eſ ſent facienda capita: Primum, quando dominus directus expreſſè cōſentit teſtamēto, ſi extēditur ad fideicómiſſum. Alterū, ſi conſentit aliqua lex particularis, ſiue conſuetudo. Tertium, quid in regno Siciliæ per capitulum, volentes. Quę omnia ſpecificè determinabimus, ſi iſtius tertij capitis materiā primò diſcutierimus. ¶ Et primò, q̄ capitulū, volentes. nō inducat poteſtatē fideicommittendi, arguo ſic: Quęlibet diſpoſitio loquens de aliquo actu faciendo, intelligitur de primo, l. bonæ. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſign. l. hęc cōdictio filiæ meę. ff. de condi. & demonſt. cū concor. acer uatis ſuprà in tertia cōcluſione principali. Secundò, quia aſſenſus præſtitus per capitulum, volentes. non fuit aſſen ſus pręſtitus in genere cum hac, vel illa pſona, vel ſuper hoc, vel illo feudo, ſed fuit aſſentire p̄ viā legis corrigēdo antiquas cōſtitutiones, q̄ alienatiōes feudorū in eodē regno vetabāt, vt dicit Pern. ſuper interpretatione illius capituli: quo hūc in modum pręmiſſo, arguo ſic, qui alienat cum aſſenſu legis, ſtrictiùs diſponit

An qui poteſt teſtari, poſſit ſubſtituere.

Intellectus capitulo lentes.

Conſenſus legis differt à cō ſenſu hominis.

disponit, quàm qui alienat cum assensu hominis: patet ex doctrina Isern.in c.j. qui succeſſ.ten.col.iij.& iiij.vbi concludit, quòd si quis alienat lege cõsentiente, resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, c.rursus. quibus modis feu. amitt. sed si homo consentiret, resoluto iure datoris non resoluitur ius acceptoris: quia valet perpetuò, ita quidem vt aliter iudicemus, si sola lex assentit, q̃ si homo quoque assentiret: vt etiam eandem distinctionem ponit Isern.in c.j.in titu. Imperator Lothar. sed dispositio prędicta est licita authoritate d.c.volentes. & sic per assensum legis: ergo strictiùs intelligenda est, quàm si cõsensus fuisset præstitus ab homine. Ex quibus infertur, quòd si licet facere testamentum, non licet vlteriùs progredi, & facere substitutionem, vel fideicommissum. Tertiò, nam vos videtis, quàm strictissima fiat interpretatio & extensio in materia assensus, vt Iser. hic dicit, maximè lege consentiente, vbi nec ex maioritate rationis extenditur, vt dicit Iser. in §. donare.qual. olim feud.alien.pot. & in c.j.qui succ. ten. & totiens in præcedentibus conclusionibus ponderauimus. Ergo id quod dicitur de testamẽto, non extẽdetur ad fideicommissum. Pro quo

Resoluto iure datoris, quãdo in feudis resoluitur ius acceptoris.

illud primo loco ponderemus, quia in ſtatutis, vbi ſtricta ſit interpretatio, appellatione hæredis intelligitur de primo, ſecundum Alexan.in conſi.xxxvij. in primo vol.inci. in cauſa mota per Angelum. in iij. col. & in l. antiquitas. C. de vſufruct. & quemadmodū videmus in diſpenſationibus, quia ſtricti iuris ſunt,& odioſæ,vt de vno caſu ad alium non extendantur etiam ex maioritate rationis,vt in c.j.& ij. de fil.presb.in vj. & in c.j.de transla.præla.& ibi per Doctores: ſtricta ergo erit diſpoſitio c. volentes.vt intelligatur de teſtamento, & non de fideicommiſſo.Quartò eundem tex.in d. c.volẽtes.pondero,dum dicit, q; in vnam perſonã licet teſtamẽtum facere, ergo non in diuerſas: quia ſi cum vna perſona licet contrahere, non poterit cum alia, vt ſ. in ſecunda concluſione principali diximus: ex quo dum dixit, vni,dixit etiam, & non alteri,ſecundum Spec.in tit.de arb.§. ſequatur.verſic. quid ergo. Quæ quidem tum maximè procedent,cùm in eodem tex.c.volentes. non ſolùm litera dicat, in vnam perſonã, ſed vtitur his verbis,videlicet, in vnã tantùm eãdemq; perſonam:nam per vocem, tantùm. cætera prohibuiſſe cenſetur, l. ob æs. C. de præd. mino.&

per

per vocem, Eandem. quandam vnitatẽ perſonæ & actus prę ſe fert, l. nemo eſt qui neſciat. & ibi glo. & Doctores, ff. de duobus reis. & l. quod Nerua. ff. depo. cum concor. Ergo non licebit cum diuerſis perſonis, & plures actus facere. Quintò pondero eundum tex. dum inquit, quòd alienatio in ęquè dignã perſonam fiat: nam iſta ęqualitas ita debet conſiderari, vt tũc tẽporis dignoſci poſſit, quando fideicommiſſum facit, quia qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundum tẽpus verbi, l. Titius. ff. de milit. teſt. vt declarat Bart. & Doct. in l. ex facto. col. ij. ff. de vulg. & pupil. cum cõcor. provt videmus in c. ſi eo tẽpore. de reſcrip. in vj. & in c. ei cui. de præb. eod. lib. & per Abb. in c. dudum. el j. de elect. vbi volunt, quòd ſi mandatum eſt quòd beneficium conferatur alicui idoneo, illa idoneitas (vt ita loquar) debet eſſe tempore electionis, & non ſufficit, ſi ex pòſt facto efficiatur idoneus, ſed quia hæc qualitas in fideicommiſſo non poſſet verificari tempore quo fit, ergo fruſtra diſputamus, ſi virtute illius cap. poſſit fieri fideicommiſſum. Sextò, nam quãdo quis eſt prohibitus alienare extra familiam, & eſt ei permiſſum vt alienet vni ex familia, ſi vnus de familia eſt

Qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundũ tempus verbi.

inſtitutus hæres, non poteſt grauari onere fideicommiſsi, ſecundum Bar. per illum text. in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundũ. ff. de leg. ij. & ibi Bald. & Cuma. ergo, etc. Septimò, nam in his quæ ali qua prouidẽtia nobis debentur, poteſt pupillariter ſubſtitui propter honorẽ qui fit pupillo vt moriatur teſtatus, vt not. in l. ex tribus. C. de inoff. teſta. Non autem poteſt fieri fideicommiſſum, in quo grauatur, l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pup. provt hæc omnia habẽtur in l. ſi arrogator. ff. de adopt. & ibi per Bar. & Scriben. ſed ſic eſt, quòd ſiue cõſideremus feuda ipſa ex pacto & prouidentia, illa habemus ex ſpeciali prouidentia dantis, vt not. glo. & Iſer. in c. j. §. cùm verò Corradus. de his qui feud. dar. poſ. in c. j. an agna. & in c. j. verſic. & olim. de ſucce. feud. ſiue conſideremus feuda hæreditaria, quę adhuc ex prouidentia nobis debentur, vt declarat Iſer. in c. j. in princ. de alien. feud. pat. provt latiùs in c. j. an agn. in j. q. declaraui: ergo ſequitur, vt in eis nullum fideicommiſſum fieri poſsit. His planè argumentis Moder. Siculi vltra Farum vtuntur ad oſtendendum, quòd virtute c. volentes. qui poteſt teſtari, non poteſt fideicommiſſum facere. Sed attẽdite quæſo

ad

ad ea quę pro ſolutione præcedentium argumẽtorum afferam, quoniam ſimul & ſemel contraria ſoluam, & articulum pro contraria parte determinabo. Ex quibus non minùs & reliquos duos articulos, quãdo homo conſenſit, vel alia lex ſpecialis non ita qualificatè aſſenſum præſtitit, concludam. Et pro ſolutione primi argumenti præmittam, teſtamentum eſſe vnum, licet in eo ſubſtituatur, fideicommittatur, & legetur, vt eſt text. in §. igitur. Inſt. de pup. ſubſt. vt declarat Socci. in rub. de leg. j. quoniam teſtamentũ eſt quid incorporale, & vnũ, provt indiuiduè morientis mentem repræſentat, licet ſcriptura corporalis ſit, vt dicit Bar. in l. j. in fin. ff. de teſtam. & ibi per Scriben. & in l. ſi quis. eod. tit. & per Doct. maximè Imol. ibi, & in rubr. ff. de leg. j. quæ mens non minùs ineſt partibus ſubiectiuis, quàm in ipſa hęredis inſtitutione. Et ideo ſi quis conceſsit quòd teſtamentum fiat in eo quod expreſſum eſt, larga fiet interpretatio in partibus ſuis, ſecundum Iſern. hîc col. iij. arg. l. fin. ff. de conſt. princip. Vel ſaltem hoc idem dicemùs, quia ratione connexitatis ſtant vt vnum, vt ſuprà in vij. & xiij. conclu. in vltimo artic. in ſimilibus verbis probaui. Ac etiam

ex alio capite illud affirmare possumus quia indefinita æquipollet vniuersali, vt in præcedenti xiij. conclusione diximus. Quapropter si quis consensit testari, omnia quæ in testamento continentur, inspecta dispositione iuris communis comprehensa esse iudicemus: maximè quia in fideicõmissaria substitutione succedimus testatori, & non instituto, l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pup. Quod quidem multo fortiùs procederet, si primus institutus esset filius, cum quo refutando feudum non erat opus assensu, vt in §. etsi libellũ. de alie. feu. pat. quia tunc vt aliquid operetur, istud operabitur, l. si qñ. ff. de leg. j. præsertim si assensus diceret, quòd liberè disponat, secundum Bal. in c. quę in ecclesiarum. de consti. col. ij. prout tenuit & consuluit Aret. in consi. lxxvj. incip. diligenter visis. vel etiã in casu, in quo verba assensus non simpliciter dicerent, q, possit aliquem de feudo instituere, sed quòd posset feudum dimittere, tunc fideicõmissum faciet, arg. tex. in §. si quis naturale. in authen. de eccle. tit. Et non minùs inspecto tenore illius c. volẽtes. hoc idem affirmabimus, quia text. non dicit, q, possit testari duntaxat, sed expresse dicit, in vltimis voluntatibus relinquere

Assensus quòd possit liberè disponere, quid importet.

linquere, seu legare, & quolibet aliena tionis titulo transferre. per quæ verba expressa omnia cõprehensa esse non dubitamus. Et ideo respondendo dico, q, dum in eodem testamento plura fecit, hęc oĩa stant vt vnum, & prima vice oĩa feciſſe dicemus, §. igitur. Inſt. de pupil. ſubſtit. Nec refert, q, ſucceſsiuè ex eadẽ prouiſione diuersi effectus ſuccedãt: qa ſi hæc prohibita eſſent, vtiq; virtute eiuſdem c. non poſſent habere, niſi vnicũ hæredem & primum: quod negamus, vt ĩ. respondendo ad tertium argumentum principale dicemus. Non obstat secũdum argumentũ, quia ego accepto maiorem, vt vbi conſenſit lex, resoluto iure datoris resoluatur ius acceptoris: quod non eſt, ſi conſenſit homo, quo casu valet perpetuò, & sic strictiùs operatur lex in hoc caſu, quàm homo, vt ſ. in text. in verbo, ſub colore inueſtituræ. dixi. Item accepto minorem, quòd aſſenſus, qui præſtatur per c. volentes. ſit aſſenſus legis: quia etſi homo eſt, qui legẽ condidit, lex tamen eſt, quæ ſemper loquitur. Et accepto conſequentiam, ſed nego illationem, quam ex toto ſyllogiſmo facere intendunt, eo quòd termini ſunt diuersi. Nam ſi lex in illo caſu non dedit, vt perpetuò valeat, ea ratio-

ne est, quia consentiendo vnusquisque dedit totum quod habet, vt s̃. in prima principali quęstione, in materia extensionum, dixi: & lex dando totum quod poterat, illud tãdem dabit, vt actus non fiat contra ipsam legem, quæ, quod vetuerat, permittit. Homo autẽ, quia lex dixit actum esse nullum, nisi ipse cõsentiret, consentiendo hoc impedimẽtum substulit: & qa hoc amplius in eo erat, quippe quia poterat, quod suum erat, dare, hoc est, vt ei non aperiretur iure datoris resoluto, hoc dedit, vt non aperiatur. His planè verbis rectè intelligẽti vtitur Isern. in c. j. qui succeſſ. ten. Sed quòd ex hoc concludamus, vt rex qui virtute c. volentes. regnicolis concessum assensum genericè præstitit, non vt homo & dominus viuens, sed quasi lex mortua consentiat, hoc perpetuò eam ob causam negabo, quia siue c. volẽtes. stet vt lex, siue vt priuilegium, & gratia specialis regno facta, vti mens mea fert, & per legem, & per priuilegium speciale, princeps gratiã suam exprimit, quæ in expresso latissimè interpretanda est, l. fin. ff. de const. princ. secundum Isern. hîc col. iij. Non quidem minùs lex dat omne id qd̃ potest, quàm homo, sed si minus dat, id eò est, quia minus habet:

aliter

aliter verò pinguiùs succurreret lex, quàm homo, secundum Cynum in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. quem sequitur Fel. & cumulati per ipsum in ca. fin. de treug. & pac. Sic enim iudicarē, præsertim per ea quæ in pręcedenti respondo aceruauimus, vbi omnia concessa esse per dictum capitulum, volentes. demonstrantur. Non obstat tertium fundamentum: nam si, quæ diximus super octaua principali quæstione, ponderabis, illud videbis, nempe aliud esse vt casus extendatur, vel vt comprehendatur in verbis claris, vt ibi dixi, vel in æquipollentibus, vt in præcedenti xiij. conclusione principali probaui, vel quid esse annexum, vt in septima principali cō clusione deduxi: quia extensionem negamus, & omnia suprà dicta via cōpressiua ex mente admittimus. Vnde reassumendo dicta nostra respondeo, fideicō missum comprehendi sub testamento, per ea quæ suprà respondendo ad primum argumētum dixi, non autē quòd extendatur: etsi Alexan. in citato consi. dixit, vt de primo hærede intelligendum sit, illud erit in casu, vbi à natura rei hæres non dabatur, vt in d. l. antiquitas. C. de vsufruct. & in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. quod qui-

Lex cur minus dat quàm homo.

Hæredis appellatione quādo intelligatur de primo.

dem non est in feudo, vbi successio datur in infinitum, vt in c. j. §. hoc quoq; de his qui feu. dar. poss. & c. j. si vas. feu. priuet. cum concor. Patet hoc, quod dico, satis apertè, quia quando daretur repugnantia contra priuilegium concessum, vel contra naturam rei, non intelligitur de primo hęrede, vt dicit Felin. in c. ij. Extr. de treug. & pac. col. vltima, in finalibus verbis. Quo fit, vt si quis assentit, videatur assentire pro se & hæredibus in infinitũ, l. si pactum. ff. de probat. & c. j. de duobus frat. Et hoc non minus est, quando assentit lex, quàm si assentiret homo: quia non dicit lex, quòd resoluto iure primi hæredis resoluatur ius omnium sequẽtium, sed quòd resoluto iure datoris resoluatur ius acceptoris, ita quidem vt si mille extarent hæredes ex parte acceptorum, nunquã resoluatur ius eorum. Sic enim intelligitur c. rursus. quibus mod. feu. amit. & similia. Non obstat quartum argumẽtum, quia si text. dicit, quòd in vnam personam fiat alienatio, illud fuit, ne feudum totum, vel quota pars quæ ab vno possidebatur, inter plures diuideretur: non quidem cogitauit litera multiplicationem personarũ ordine successiuo, sed in via diuisionis; in quo non est opus

Intellectus c. rursus. quibus mod. feud. amitt.

disputatione, quia litera clara est ibi, feudum integrum, vel quotam partem. & meliùs in fine c. ibi, & feudo ipso indiuiduo & integro perdurante. Aliàs sequeretur vnum, quòd non excederet personam, in quam primo loco disponitur, si debet esse vna: quod ridiculum esset dicere, per ea quæ in præcedenti respõsione diximus. Non obstat quin tum argumentum, vt qualitas æqualitatis debeat dignosci tempore alienationis: nam hoc ante illud c. volentes. de iure communi statutum erat, vt si qua alienãdi potestas feudatario datur, illa in coęqualem faciẽda sit, c. j. §. ex eadẽ. & §. profectò. de lege Corra. Quæ si ita strictè attendenda esset, nullum fideicõmissum ab initio concessionis feudi in ipso feudo fieri posset, cùm nati tũc nõ erant, & tamen semper Isern. dicit in c. j. de eo qui sibi & hæred. suis. & in c. primo, an agnat. & in c. j. de alie. feu. pat. in §. & si libellum. in c. Titius. si de feu. fuerit controu. in §. sed & res. per quos fiat inuest. & in c. j. versic. & olim. de succe. feud. quòd feuda subiacent restitutioni tanquam per fideicommissum necessarium. Item nequaquã posset institui hęres aliquis posthumus, ex quo tempore testamẽti non dignoscitur illa qualitas.

Vnde in feudis Ilern.hoc vtitur ſemone in locis ſuprà dictis, præſertim in dicto verſicul. & olim. quòd ſi qui tunc, quando actus fit, incapaces ſunt, ſufficiat ſuo tẽpore capaces effici, arg.l.ſi ita quis.ff. de leg. ij. & rectè, quoniã in his in quib. de iure feudorum deciſionem nõ habemus, ſtamus deciſionibus iuris Ciuilis, arg.c.j.de feu.cogni.quod ius ita conſiderat illam æqualitatẽ eorum qui tunc illam habere nequeunt. Non obſtant ſextum & ſeptimum argumẽtum, quia aut nos quærimus, ſi ſucceſſores poſsũt grauari, & tunc diſputandum eſt de intellectu l.ſi arrogator. ff.de adopt. & de doctrina Bart. in l. vnum ex familia.de quibus in c.j.an agna.latè diximus. Aut quærimus, ſi contractus, in quantum cõtractus, ſine aſſenſu directi domini eſt nullus, nécne? & de hoc loquimur, in quo fruſtra fiunt hæc duo vltima argumenta, quæ tendunt circa prẹiudicium agnatorum, interea dum nos loquimur de contemptu domini, vt dicit Ilern.in c.ſi vaſallus culpam.ſi de feud.fuer.con trouer. & fuit de mente Corn.in conſil. cxcix.in ij. vol. col. xxiij. qui multùm laborauit, vt hunc intellectum d.c.volentes.explicaret. Ex quibus omnia argumenta ſuprà dicta corruunt: quibus

ſubmotis

submotis, iam paret, vt data potestate testandi, possit & fideicommissum fieri. Quod tãto magis vobis persuadere studeo, quanto quòd capitulũ illud etiã secundum eos qui tenẽt contrariã partem, continet gratiam, eo quòd dispensatio, quantumcunque correctoria, gratia est, secundum Aret. in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. iij. Extra. de iudic. post Abbatem in c. ad aures. col. fin. de rescriptis. quocirca extendenda est, secundum Abba. in d. §. de adulterijs. & Gemi. in c. j. de filijs presby. Nec refert, quod dicitur per ipsos, vt etsi gratia, in quantum gratia, latè sit interpretanda, quia tamen materia, super qua concedi tur, stricta est, ideo & gratia restringatur, secundum Ioann. And. & Abb. in c. fin. de simo. Gemi. in c. quamvis. de rescript. Felin. in c. postulasti. de rescript. Dec. in d. §. de adulterijs. & Oldra. in cõsil. clij. incip. factum tale. Nam triplici ratione dicendũ est, vt gratia restringatur: primò, cùm assẽsus sit stricti iuris, l. quicquid astringendę. ff. de verb. oblig. provt s. toties diximus: secũdò, quia tractamus de re tantùm præiudiciali, eo q, tractatur de eximẽdo vnũ à potestate regia, & alterum ipsius loco subrogando: quod quidẽ ipsi reipublicę nocere pos-

Gratia semper est dispensatio ipsa.

Gratia an propterea in feudis restringẽda sit, quia assensus est stricti iuris.

set,vt in l.ista,& in l.j.de prohi.feu.alie. per Lotha.& tertiò, quia c.volentes.est exorbitãs à iure communi, dum legem hanc & l.j.de prohib.feud.alie. per Lotha.ac cætera vlterioris Sicilię capitula & constitutiones corrigit:vnde restringendum est c.quæ à iure communi. de reg.iur.cum cõcor.Nam huic ponderationi respõdemus,vt gratia,quę conceditur super materia stricta,restringatur, sed restrictio fiet in cæteris non expressis, in expresso autẽ latissimè interpretabitur. Ita Iser.hîc in assensũ concludit col.iij. Sed quia exprimẽdo vltimas voluntates,vti tex.in c.volentes.expressit ibi, & in vltimis voluntatibus relinque re.ergo hoc expressũ semper gratiosum erit,quia nedum istud sufficit,qñ de vltimis voluntatibus loquimur,sed si de solo testamento dixisset,vt s.primo respõso firmauimus: in eo ergo quod expressit,sibi præiudicauit.Nam si cætera iura corrigit,facto suo illa correxit, & in expresso nocuit: itaq; nocuit,vt tanquam in materia fauorabili in expresso fiat ista extensio ex mentis comprehẽsione, secundum Iser.hîc. Faciat itaque testator vnicum suum testamentũ, quod primum & vltimũ est, l.j.C.de sacros.eccl. Nec disputemus, an primus, vel secun-

Gratia in feudis restringitur in nõ expressis

du-

dus actus sit, provt ipsi laborant: nam vnicum dicetur, plures partes integrales, vel subiectiuas continens, vt in d. §. igitur. patet cum alijs in solutione primi argumẽti in mediũ productis, præsertim doctrina Socc. in rubr. de leg. j. qui optimè loquitur. Illud tamẽ non lateat, quòd licet c. volentes. mandet, vt in æqualẽ fiat alienatio, vnde masculus non venderet fœminę, vt in c. profectò. de lege Corrad. & propter multas qualitates, quę insunt masculis, & nõ fœminis, quæ habẽtur in l. fœminæ. ff. de reg. iur. & in proprio casu nostro, per Corn. in consil. cxcix. in ij. vol. col. xij. ponderantur: tamen masculus refutaret sorori quæ immediatè esset successura, feudũ quod ipse tenet: & ratio est, quia nullum ius de nouo transfertur, sed dum masculus retrocedit, mulier iure proprio feudum caperet, cap. j. de eo qui fin. fec. agna. & ibi Isern. & in c. j. §. & si libellum. de alie. feu. pa. vt latiùs suprà in articulo de refutatione feudi demonstrauimus, quod per c. volẽtes. quod venit ad augẽdum, non est hodie sublatũ, l. quod fauore. C. de legi. & arg. l. sciendum. ff. qui satisd. cog. iũcta authẽ. offeratur. de lit. cõt. & l. p̃cipimus. C. de appe. Reliquas ipsius c. volẽtes. partes hîc

non examino, cùm magis congruant in c.j. an agna. vbi & in aliquo ſatisfaciam ingenioſiſſimis Siculis, præſertim diſcipulis qui feuda à nobis per vices audierunt, ne ab antiquioribns, qui feuda in dicto regno profitentur, in multis, quæ nos non recipimus, decipiãtur. ¶ Quo ad quintum, ſi data poteſtate teſtandi poſsit facere codicillos? quamvis appellatione teſtamenti largo modo veniant codicilli, vt dicit gloſſ. in l. ij. ff. de leg. primo. tamẽ in materia ſtricta aliter dicimus, quippe vt appellatione Teſtamenti non veniant codicilli. Ita dicit Angel. in conſil. vij. & Iaſo. in rub. ff. de lega. j. Soccin. in l. j. §. quanquam. ff. ad Treb. & in conſil. xiij. in primo vol. Vnde, quia in aſſenſu ſumus in materia ſtricta, videtur quibuſdam, vt is, qui habet poteſtatem teſtandi, non poſsit codicillos facere, argu. l. ſi idem. C. de codicil. Tu autem diſtingue, quia aut codicilli ſtant vt pars teſtamenti, vt notatur in l. conficiuntur. ff. de iure codicil. & hoc caſu, quia concluſimus ſuprà in ſexta concluſione, quòd aſſenſus ſuper toto extendatur ad partem: rurſum in duodecima concluſione, vt extendatur ad annexa, authoritate Iſern. in c.j. qui ſucceſſ. tene. & hoc caſu aſſenſus præſtitus teſtamento

Teſtandi poteſtas an includit, vt poſsit facere codicillos.

testamento, comprehendet codicillos, qui pars sunt testamenti: aut fiunt tanquam separati à testamento, vt in l. ab intestato. ff. de iure codicil. & tunc dicemus, quòd si quis habuit potestatem testandi, non possit codicillos virtute eiusdē assensus facere: quia alia res est, l. non codicillum. ff. de testa. Nam omnia ea quæ dicuntur in l. ij. ff. de lega. j. vt qui potest testari, possit etiam codicillos facere, intelliguntur, quando poterat de iure communi vtrunq; facere: non autē, si ex gratia vnū ex his facere potest. Ita dicunt Ang. & Imol. in l. si seruus communis meus. ff. de stipulat. seru. & Soccin. in consil. xiij. in primo vol. incip. præsens consultatio. col. v. in fin. & princ. vj. Itáque intellige quod dicit Deci. in consil. ccccxij. incip. cùm Reuerēdissimus Cardinalis. col. ij. Pro quo faciunt dicta per Barb. in rubri. de dona. col. iij. nempe, vt quando in specie ex gratia est aliquid concessum, id quod permittitur in vno, non extendatur ad aliud: & faciūt etiam dicta suprà in septima conclusione, in secundo capite principali, ibi, an is qui potest donare causa mortis, possit testari, & alia facere. ¶ Quo verò ad sextum, si ex diuerso, qui potest donare causa mor-

An is qui potest donare causa mortis, possit testari.

Assensus de testando an intelligatur de primo.

tis, possit testari: videte consil. Ludoui. Roma. numero cccclxxvj. incip. Huic felici. Sed pulchrũ erit hîc quærere, an assensus præstitus super testamento cõficiendo, intelligatur de primo per secũdum reuocato, vel de primo quod effectum habet post mortem, & sic de vltimo? Et quod intelligatur de valido, hoc vtar arg. Quicunq; habet priuilegium testandi, illud habet secundum ius cõmune, l. si quando. in princ. C. de inoffi. testa. l. quanquam. ff. de ritu nupt. & l. si cui. ff. de serui. sed de iure communi illud est testamentum, quod est vltimum & perfectum, §. posteriore. Instit. quib. mod. testa. infir. & l. si quis priore. ff. ad Trebell. in princ. etiam si secundum testamentum fieret de iure speciali, l. ij. ff. de iniusto, rupt. & irrito testa. vt latiùs hoc probat Deci. in consil. ccccxij. in iij. volum. ergo de hoc vltimo, quod remanet validum tempore mortis, intelligendum est, vt ambulatoriam voluntatem hominis vsque ad mortem dominus assentiẽdo interpretatus sit, l. iij. §. fin. ff. de adim. leg. & l. cùm hic status. §. j. ff. de don. inter vir. & vxor. Secundò, quia si teneremus, quòd primum tanquam reuocatum non valeret, ex capite, voluntatis. & vltimum nequaquam

valeret

valeret, quia caret assẽsu, vt in l. ista, priuilegium nihil operaretur: hoc est falsum, quia priuilegiũ debet aliquid operari, c. in his. & ibi Abba. in ij. notab. de priuil. & idẽ Abb. in c. j. de rescrip. & notatur in c. si Papa. de priuil. in vj. Bal. in authẽ. habita. C. ne fil. p̃ patre. in iiij. nota. & p Pet. de Anchar. in cõsi. clxxxvj. ergo & antecedẽs falsum. Sed quia contra hanc partẽ insurrexerũt Fran. Curt. Iunior in cõsil. clxxviij. in fin. & Dec. in præallegato cons. ccccxij. qui cõsulue runt in quadã causa cuiusdã Reuerẽdissimi Cardinalis Grimaldi, vt habita potestate testãdi, intelligatur de primo reuocato, in quo his argumẽtis in effectu mouentur, necessum est vt singula recẽ seamus. Et primò, qa etsi certũ sit, quòd cõtra ea, quę tenuit Abb. in c. cùm esses. de testa. & cõis cõclusio Doctorũ tenet, quòd Papa potest etiam monachum ad testandum habilitare, secundũ Bald. in l. certum. C. vnde legit. quem sequũtur cumulati in dictis consilijs: negari tamen non potest, quin dispensatio sit odiosa, ex rationibus adductis per Abb. in d. c. cùm esses. colum. penult. Sed sic est, quòd in odiosis dispensatio intelligitur de primo actu, c. non potest. 5. j. de præbend. in vj. cum similibus cumu

Priuilegium debet aliquid operari.

Monachus habilitari potest ad testãdum, à Papa.

latis in citatis consilijs, & ante eos per Felin.in c.fin.Extra.de treuga & pace. & per Senenses in l.hæc conditio, si nupserit.ff.de condi.& demõst.ac per Modernos in l. q per salutem.ff.de iureiur. Ergo intelligendum est de primo actu, argumen.l.boues.§.hoc sermone. ff. de verb.signifi.Vnde arguendo de dispensatione ad assensum, per quem dominus dispensare videtur,ex quo lege prohibẽte in l.ista,& in c.j.§.donare. qual. olim feu.alien.pot. vasallus testari nequit:idem dicemus in feudis dato assensu de testando,vt intelligatur de prędicto testamento,licet reuocetur. Secundò arguunt sic: nam ad hoc vt actus intelligatur de primo vel secũdo, Cyn.in l.veluti.§.hęc vox.ff.de eden. quem sequuntur omnes cumulati per Felin. & consulentes in locis allegatis, distinguit,an actus fiat per legem,vel per hominem:quia si fit per legem, intelligitur de multiplici actu donec perficiatur actus validus: si verò fit ab homine, intelligitur de primo etiã inualido.Sed sic est,quòd iste Cardinalis, & per consequens vasallus testatur mediãte licentia hominis:ergo intelligitur de primo etiam inualido. Tertiò arguebant, quia quando actus habet effectum secundum

cundum intentionem disponentis, de illo primo actu intelligitur, secundum Bald. in l.inuitus. C. de procur.in fine: ergo,etc. Pro quo adducebant Socci. in consil.xiij.col.v.versic.decimoseptimò quæro.in j.vol.quod parum facit ad casum. Et respondet ad duo argumẽta in contrarium formata Decius,vt primum contrarium procedat,inspecto iure communi:nos autem loquimur,quãdo ex vi priuilegij odiosi vult testari, & priuilegium est simplex, nec respicit secundum testamentum, nihil tamen allegat. Nec obstat etiam secundum ipsum, quòd priuilegium reguletur à iure communi,vt in d.l.si quando.quia non propterea idem dicemus in casu nostro,in quo non esset restringere priuilegium, sed illud ampliare. Quia si de sui natura non potest intelligi, nisi de primo actu, ab istis legibus pro ista parte restringendum est, & non ab illis, quæ odiosum priuilegium pluries testando ampliarent.Non obstat,quòd priuilegium debeat aliquid operari, quia hoc est intelligendum, vt minùs lædat ius,quàm fieri potest, secundum allegatos per Decium & Curt.in vltima colum.in vtroque consilio, & sic de primo testamẽto reuocato intelligen-

dum esset. Quid dicemus? Dico, quòd licet in propria causa illius Reuerendissimi Cardinalis multa allegari possent, quę omittimus, ex quo hîc nec Ciuilia, nec Canonica, sed tantùm feuda tractare curamus: in feudo tamen argumenta eorum afferri non possunt. Quam ob rem citata per ipsos in casu nostro resoluamus, & conclusio ex his, quæ pro parte affirmatiua in medium producuntur, erit clara. Et pro solutione primi argumenti, præsuppono primò, quòd de iure communi rei suæ vnusquisque est moderator, & arbiter. Secundò præmitto, quòd si ius feudorum generale, vt hîc, & in l.j. de prohibita feud.alien.per Lothar. & ius regni, vt in constit. constitutionem. prohibuerunt, nequis testetur, vt patet in iuribus prædictis: tamen actus, qui fit, non est omninò nullus propter spem reconualidationis, secundum Iserniam hîc, col. vij. in additione, vt suprà totiens probauimus. Tertiò, quòd assensus potest considerari dupliciter: vno modo, vt priuilegium, & dispensatio: putà, si daretur licentia instituendi hæredem filium bastardum, contra c.naturalis. si de feu.fuerit controuer. alio & secũdo modo, vt assentiendo tollat obstaculũ

Assensus modò dicitur priuilegium, modò dispensatio, modò beneficium, modò gratia.

per

per quod actus non valebat, vt in prima conclusione dixi, & hoc modo non dicetur dispensatio, nec priuilegium, sed beneficium, & gratia, vt suprà in prima conclusione, & in præcedenti declaraui. Ac etiã in illa quæstione de extimatione, vbi authoritate Ioann. Fabri in §. non solùm. Institut. de lega. concluſi, testamentum valere, sed propter quoddam extrinsecum, id est, assensum domini, est in pendenti. Quam ob rem quãdo assensus stat sub forma gratiæ & beneficij, non autem sub forma dispensationis & priuilegij, dicit Isern. hic columna tertia, vt nedum non sit stricti iuris in eo quod est expressum, sed latissimè interpretetur, & ita in assensu in indiuiduo intellexit Iser. Text. in l. fin. ff. de constit. princip. Quibus præmissis, præsuppositò quòd iste assensus qui præstatur habili ad testãdum, vt de feudo testetur, sit gratia: ex hoc quia minimè obstant contraria, quia statim quod expresit de testamento, eam ob rem de omni testamento intellexisse videtur, quia mentem & voluntatem testantis, non autem scripturam considerauit, vt declarat Bartolus in lege prima, ff. de testamen. & ratio differẽtiæ inter vnum ca-

Assensus in expresso latissimè interpretatur.

sum & alium, hæc est, quia nõ ita inhibetur feudi alienatio, sicut rerum Ecclesiasticarum est interdicta, eo quòd testari de feudo non vetatur simpliciter, sed propter quoddam extrinsecum, id est, assensum domini. At in contrario, simpliciter rerum Ecclesiasticarum alienatio vetabatur: vnde dispensatio continebat odium, secundum cumulata per Abbatem in dicto cap. cùm esses. quod non est in feudo: nam omnes rationes consideratæ per Abbatem ibi, cessant in feudo: siquidem bona ecclesiæ & personarum ecclesiasticarum, sunt dei, secundum ipsum in c. relatum. el secũdo, de testa. feudi verò directum dominium verè est domini, vtile verè est vasalli, c. j. §. fin. in quibus cau. feu. amit. & si interest reipublicæ habere milites, vt in l. ista, & l. j. de prohib. feud. alien. per Lothar. non tamen interest, hunc vel illum habere, si testator hunc vel illum eligit, in cuius potestate hæc electio à domino relinquitur. Nec fructus dandi sunt pauperibus, sicut in bonis ecclesiasticis, c. qui Christi. & c. qui abstulerit. xij. q. ij. quia sunt illius vasalli, quẽ dominus elegit. Pro quo si capiam etiam arma inimicorum, adhuc victor existam: at dices quæ? Nónne Deci-

Differentia inter res feudales & ecclesiæ.

affert consil.Cuma.xiiij.incipiens, statutum dictat.vbi cõcludit,quòd in materia fauorabili non sumus contenti primo actu? Sed sic est, quòd siue respiciamus ipsam vltimam voluntatem, quæ iam fauorabilis est,l.j.C.de sacrosanct.eccles.siue consideremus Principis beneficium,quod in hoc quod expressit de testando,fauorabile est,secũdum Isern.hîc col.iij. protinus concludendum erit,vt minimè intelligatur de primo actu. Deinde,nónne in simili idem Decius citat consil. Ant. de But. xxxj.incip.dubium ingerit.aliàs casus, Titius quidã testator.col.ij. vbi dicit,q, licet in materia stricta contenti simus primo actu,tamen in materia fauorabili primo actu non sumus cõtenti:sed sic est, quòd in expresso assensus non est stricti iuris,vt Iser.dicit hîc,arg.l.fin.ergo in expresso non sumus contenti primo actu. Pro quo facit quod dixit Oldra.in consi.ccxij.incip. quidam in suo testamento. quòd in fauorabili locutione indefinita æquipollet vniuersali,per l. inter veteres. C.de fideicomiss.quem sequuntur Calde.& cæteri aceruati per Felin.in c. fin.Extra.de treug.& pac. Et vltimò, nónne Anton. de But.in præalleg.consi.concludit, quòd ad cogno-

indefinita æquipollet vniuersali in feudis.

scendum, si sermo est intelligendus de primo actu, nécne, inspicére debemus mentem disponẽtis? si autem mentem attendimus, nónne mentẽ comprehen siuam extendi posse suprà affirmauimus in conclusione octaua? Ex his igitur, quicquid contra Cardinalem prædictum illi dõmini dixerint, aduersum quæ multa afferre possem, vt ostenderem lege, boues. non passim ad laborandum in omni cultura, vt Ciuilistæ faciunt, vtendum esse, concludamus in feudo, vt de omni testamẽto senserint, nisi assensus ad vnum actum testandi specificum expressè se determinaret, quia tunc illud tantùm operaretur, secundum Calde. in sua disputatione ex. incipien. studentibus. in vltim. chart. & Felin. in d. c. fin. de treug. & pac. col. iiij. Pro quo faciũt omnia, quę suprà in materia extensionis de persona ad personam, & de contractu ad contractum, dixi. Nec obstat secundum argumẽtum distinctionis Cyni inter legem & hominẽ, quòd lex semper est cõtenta de multiplici actu, donec effectum habeat, nõ autem homo, quia non minùs, etsi homo in quibusdam sit contentus vno actu, plerunque tamen non est contentus nisi de pluribus, vt videtis in exemplis

Intellectus l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif.

plis suprà adductis per nos, & per eundem Decium in consil.ccccxij. & Cur. in consil.clxxviij. ac per cumulatos per Felin. in d. c. final. Nam ipsi in materia fauorabili ex voluntate hominis dant multiplicationem actuum, & tamen homo est qui illud facit. Interest ergo magis videre, si actus fit ab homine inter viuos, vel in vltima voluntate, si interest concedentis vnum & non aliud fieri, & cętera de quibus per Anto. de But. in d. consil. xxx. & Felin. in d. c. fin. col. pen. Rursum, an materia sit fauorabilis, vel odiosa, vt præmisi, nó autem si homo sit, vel lex, qui actum in ipsa feudi dispositione faciat. Non obstat tertiũ argumẽtum doctrinæ Bal. in l. inuitus. in fi. C. de procur. quia doctrina illa fundat opinionem nostram, eo quòd Bal. dicit duo: Alterum, quòd indefinita intelligitur de primo actu, si p primum habuit intentum suũ, l. boues. §. hoc sermone. sed si per primum nõ habemus effectũ secundum intentionẽ loquentis, tũc intelligitur de actibus successiuis donec habeamus effectũ, l. hæc conditio filio. ff. de condi. & demonst. Cumq; res satis perspicua sit, neq; concedentẽ, neq; illum cui conceditur, potuisse aliud cogitare, nisi illud quod ius

intelligit, l.ſi cui.ff.de ſerui. & l.quanquam.ff.de ritu nupt.hoc eſt, vt in mente eorum fuerit vt vaſallus habeat hæredem, & legatarios ſuo arbitrio, quod quidem arbitrium non poterat valere in vita, neque per voluntatem in vita, ſed per voluntatem variabilem vſque ad mortem, d.l.iij.§.fin.ff. de adim. leg. hanc ergo variabilem voluntatem pro vt in vltimo exitu vitæ remaneret, cogitauerunt, & non ipſam ſcripturam teſtamenti, quo quidem modo ſecũdum mentem vtriuſque aſſenſus præſtitus effectum ſortietur, quia in dubio ſentiunt de primo actu valido, vt notãt Hercula. & cæteri in l.iiij. §. condemnatũ. ff. de re iudic. hoc è mente veſtra non éxcidat etiam pro ipſis bonis burgenſaticis, de quibus hoc in loco nos minimè diſputamus. Hoc.n. ſatis cõgruit opinioni Ant. de But. in d.conſi.xxx. & Feli. in c.fin. dum dicunt, quòd attendẽda eſt mens, & ſubiecta materia, vt ſciamus ſi intelligitur de primo, vel ſecundo actu. Non obſtant reſponſa Deci. quia iam probauimus materiam nedũ non eſſe odioſam, ſed eſſe fauorabilem. Nec bene reſpondet Deci. ad l.ſi quando. C. de inoffic. teſta. quia priuilegium principis interpretatur ſecundum ius,

nedum

nedum restringendo illud, sed ampliando: de restrictione patet in d.l.si quã-do. de ampliatione, in l.fin.ff.de consti. princip. Propter quod resupinum re-sponsum iurarem de credulitate, quòd illud consilium non fuit Deci. quem co gnoui, & allocutus fui, & fuit nostra ætate vir doctissimus, nec minùs inge-niosus, & realis. Nec obstat vltimum responsum, quòd minùs lædi debet ius quàm potest: nam, vt ostendi, eam ob rem in nullo læditur ius, quia eo con-sentiente omnia sunt secũdum ius, ma-ximè cùm assentiendo se conformet iu ri cómuni, l.si vnus. §. pactus. ff. de pact. Ex quibus in feudo nullo modo dubi-temus. Et vltimò aduertite, quia bo-nus senex Afflictus in constit. constitu-tionem diuæ memoriæ. super gloss. in verbo, confirmetur. voluit vnum, quod si esset verum, esset mirabile: nempe, vt nedum intelligatur assensus de primo testamento, sed quòd nullo modo se-mel facto testamento sine nouo assensu domini possit illud reuocare, ita qui-dem vt semel condito testamento non fit amplius reuocabile: mouetur ex glo. in c.frater. xvij. q. iiij. quę allegat c.ij. de confirm. vtili, vel inutili. Sed errat meo iudicio, quia capitulum secundum iu- *Afflicti error.*

bet,ne ſuper validitate bullę aliquid iu dicetur,non autem,vt ſi quis aliqua lege permittente actum gerere poſsit, illud non agat:& maximè,quia ibi loquitur in actibus perfectis ſemel ſolo arbitrio inferioris non ita variandis,pro vt lege permittente conceditur teſtando pluries variare: nam etſi reuocatio non permittitur in regno impetrato aſſenſu, vt in conſtitut. conſtitutionem. illud eſt, vbi proprium conſenſum non poſſet mutare: putà, in contractibus, non autem in teſtamento, vbi iure licito mutat voluntatem, quia dominus nil aliud facit, præterquàm tollere obſtaculum in prædictis, ac voluntatem ambulatoriam teſtatoris facere. Itaque huic parti ſubſcribo,vt dicam inſuper,quòd dato ſimpliciter aſſenſu vt poſsit teſtari, non conſiderato hoc,vel illo teſtamento, intelligatur etiam de teſtamento facto, quia nõ ſcripturam,de qua per Bar.in l.j.ff.de teſta. ſed voluntatem attendit dominus, quę poſt mortem ex vltima mẽte tempore mortis effectum capit,vt d.l.iij.§. final. ff.de alimẽ. leg. Obſeruate iſta, quæ in his duabus concluſionibus determinauimus,vos patroni cauſarũ qui Romæ vitam ducitis,pro gratijs quæ perſæpè

fiunt

fiunt Cardinalibus & prælatis, vt testari posint. ¶ Sequitur doctrina Iser. in versic. in regno Siciliæ. Pro cuius intelligentia scitote nos habere tria iura varia in regno, const. nimirum, fratribus. quæ vult, quòd frater, si habet burgensatica, non posit dare feudum in dotē: si verò burgensatica nō habet, & habet vnum feudum, posit obligare partem ipsius, non totum pro dote: si autem haberet tria feuda, vnum illorum dare posit in dotem, in quo dos fauorabilis est: ex diuerso verò grauatur, vt cum licentia speciali matrimonium contrahatur. Deinde verò superueniſſe c. item statuimus. aliàs, in planitie sancti Martini. in quo statuitur totum contrarium, videlicet quòd matrimonium contrahatur sine assensu, dum modò cum fidelibus, sed quòd feudum nullo modo detur in dotem: de tertio autem, quòd posit feudū obligare, vt in constit. fratribus. verbum nullum in d.c. & per cō sequens non est correcta constit. fratribus. secundum vnam lecturam. Fuisse præterea & tertium ius secundū Iser. & glo. in const. mulier quæ dotariū. in fin. ibi, hodie autem. vbi facit mentionē de quadam constit. noua, quam non habemus, quæ vult vt c. in planitie. quæ ho-

Vtrum secundum iura regni feudum posit obligari pro dote.

Matrimonium an sine assensu contrahatur.

die dicitur, La piana de terra noua. ſtatuens vt matrimonium contrahatur ſine aſſenſu, ſit hodie correctum, quia requiritur ſpecialis & expreſſus conſenſus domini in matrimonio, & ſufficit generalis cõſenſus legis pro dando feudo in dotem, & pro dotario. Iſtis ſic præfatis, venio ad Iſern. & quia Iſer. ſuprà in præcedenti colum. hoc declarauit duntaxat, an de iure communi feudorum liceat dare feudũ in dotẽ, quoniam de iure regni ſatis erat ambiguũ, incipit tacitè quærere, vtrùm in regno feuda poſsint obligari pro dote? & dicit, quòd ſic, dum tamẽ certo modo matrimonium contrahatur cum licentia principis, per text. in conſtit. fratribus. Sed contra hoc ſentit Iſern. vnum tacitum contrarium, dicens: Tu arguis à lege correcta, quoniam c. in planitie. quod incipit, item ſtatuimus. contradicit dictæ cõſtitutioni, fratribus. Iſer. fatetur hoc. Sed ſimul iterum quærit de alio eo, quòd, ſi c. in planitie. corrigit conſtitutionẽ, in illo c. cõtinentur duo: alterũ, vt contrahat ſine aſſenſu: alterũ, vt non det in dotem: ſed in d. conſt. cõtinentur tria: dare in dotem, contrahere cum aſſenſu, & tertium obligare feudum: an iſtud obligare ſit hodie correctum

ctum? Et respondet Iser. ibi in verbis illis, & quia capitulum, hodie. quo ad obligationem, constit. fratribus. non esse correctam, quia si in hoc nil est immutatum, stare non prohibetur, arg. l. præcipimus. in fine. C. de appel. Sed cõtrà dicit Isern. immo adhuc dicta const. & dispositio c. in planitie. eam ob rem remanent correcta, quia per regem Carolum constitutum est, vt matrimonia fiant cũ licentia, & habita licentia in matrimonio contrahendo in specie, non requiritur assensus pro feudo obligando in dotem, & per consequens totum & omne illud quod habetur in dicta constit. fratribus. & in c. in planitie. videtur per cõstit. Caroli esse abrogatum. Iser. fatetur gl. hoc dixisse in dicta const. mulier quę dotarium. sed quia lex, quam ipsa allegat, non inuenitur, ei non est credendũ, vt in authẽ. si quis in aliquo. C. de eden. Deinde verò iterum Iser. reuertitur ad intellectũ d. c. in planitie. ibi in verbo, prædictũ capitulum. & arguit sic: c. in planitie. dicit, quòd licet priùs matrimonia non possent liberè contrahi, hodie tamen liberè contrahuntur, cum vna limitatione, dum tamen feuda in dotem non dentur, nihil dixit de obligatione, sed tacuit, & non prohibuit: cũq;

de datione dixit, nec directè, nec vtiliter hæc verba trahi poterunt ad obligationē, vt ff. sol. mat. l. si verò. §. de viro. ergo, etc. Et hoc vsq; ad versiculum, refert. in quo versiculo Iser. iterum probat assumptum, quòd per capitulum, in planitie sancti Martini. non corrigatur const. fratribus. Nam cū mysterio lex dixit, quòd non dentur, quia quando feudum datur in dotem, dominium trāsit in virum, vt C. de fun. dot. l. j. quoniam dare est rem accipientis facere, vt ff. de verb. oblig. l. vbi autem. in fine. quod non est obligando pro pignore, quia adhuc dominium rei ipsius permanet, vt C. de pig. act. l. pignus. prohibēdo ergo quòd non det in dotē, nō videtur, prohibere quòd nō obliget: & hoc vsq; ad vers. cùm c. Tertiò, dicit Iser. arguo sic: nam c. in planitie. in ductum est ob releuamen subditorum, vt suprà demōstrauimus, & dixit, quòd feudū non detur in dotem: ergo si est in ductum fauore subditorū, non debet tē dere in eorum læsionē, vt obligare non posit, l. quod fauore. C. de leg. Quartò, quia lex, quæ semper loquitur, dum excipit vnum, aliud non includit in prohibitis, l. si minor. ff. de verb. oblig. ergo dum prohibuit dare in dotē, non se extendit ad obligationē. Item & quintò

Dare est rē accipiētis facere

arguo

arguo sic, dicit Iser. quando est vetitum, quod est minus, bene cẽsetur vetitũ, qđ est maius, vt l. cui pacto. ff. de ser. expor. non tamen contrà, cui est interdictum, quod est plus, erit interdictum, quod est minus, vt ff. de interd. & releg. l. relegato rũ. §. penul. & hoc vsq; ad versiculum, verius. Nunc Iser. recitatis istis argumentis ad ostendendũ constitutionẽ, fratribus. non esse correctam, incipit proponere argumenta contraria, dicens: Tu dicis cõstitutionẽ, fratribus. propterea nõ esse correctã, quia c. in planitie. vetuit, vt nõ detur in dotem: & hoc eam ob causam, vt permiserit posse obligari. Ego verò hanc consequentiam nego, & do instantiam, quia non est inconueniens, vt vnũ prohibeatur, & aliud propterea nõ concedatur, si aliàs per se est prohibitũ: sed sic est, quòd obligatio est prohibita, vt hîc, & suprà de inuest. de re alien. fac. §. fin. & ff. de pig. l. lex vectigali. in gloss. ergo, etc. Secundò arguo sic, prohibita alienatione, vt tu cõcedis suprà, cẽsetur inhibita pignoris datio, arg. l. fin. C. de reb. alien. nõ alien. ergo si prohibuit dare in dotem, satis prohibuit obligari. Tertiò, inquit Iser. licet homo exprimẽdo vnum cẽseatur reliqua permittere, l. cùm prætor. ff. de iudic. hoc tamen non

habet locum, vbi contrarium esset expressum à lege, quia prohibito vno non censeretur aliud fuisse admissum. Ratio patet in promptu, quoniam hoc fieret à contrario sensu, & tacitè, quibus modis leges nō corriguntur, vt in authē. quib. modis nat. effic. sui. §. tribus. ergo sequitur, quòd licet c. in planitie. concedat vt matrimonia sint libera prohibendo dare in dotem, non propterea sequatur, ergo permisit obligare: & hoc vsq; ad verticulum, item si constit. Quartò arguo sic, aut inuenitur constitutio regis Caroli, aut non: si inuenitur, clarum est quòd correxit constitutionem illam, fratrib. eo quòd rex illi legi se submisit, arg. l. digna vox. C. de legibus. Aut nō apparet, & adhuc constitutio, fratribus. quo ad obligandum feudum per c. in planitie. eam ob causam est correcta: quia dum aliquid permittitur sub certa ratione & causa, illa submota cessat legis dispositio, vulgata l. adigere. §. quāvis. ff. de iure patro. Quam ob rem quia ea ratione in constitutione, fratribus. permissa erat obligatio pro dote, quoniam rex debebat habere notitiam matrimonij, vt in const. illa patet, ista ratione submota per capitulum, in planitie. per quod liberè sine assensu matrimonia contrahū

tur,

tur,ceſſat diſpoſitio conſtitutionis, fratribus.per quam feudum pro dote obligare poterant.Debet ergo dominus,ne dum dationi in dotem,ſed obligationi conſentire,in regno:quia intereſt regis, videre cuius nationis ſit is, cui feudum obligatur, vel cui feudum pro dote dabatur,eo quòd natio multum prouocat & deterret,vt ff.de ædil.edict. l. quòd ſi nolit.§.mancipia.&l.quiſquis.§.filij.C. ad legem Iuliam maieſt. Nam intereſt domini ſcire vaſallum,vt ſciat à quo fidelitatem ſperare poſsit, eo quòd feuda à fide dicuntur,c.j.§.fin.per quos fiat inueſt.qua fidelitate conſiderata, reges multùm attenderunt,vt ad fideles feuda peruenirent,ne cum alienigenis matrimonia contrahantur,per quæ regnicolarum puritas denigrari poſſet, dum regni arcana perſcrutando exteris illa reuelant, argu.l.iiij.C.de com. & mer. & hoc vſque ad verſiculum, & hoc faciunt.Sed Iſer.nunc ſentit vnum contrarium:ergo vaſallus qui habet vtile dominium,c.j.§.fin.in quibus cau. feu. amit.rei ſuæ non erit moderator & arbiter,contra l. in re mandata. ff. mandat. Reſpondet Iſer.ſi attendimus vtile dominium ipſius vaſalli, procederet argumentum,ſed hoc permittitur domino,

Domini intereſt ſcire vaſallum.

ad hoc vt directũ suum tueri possit, qđ inuito vasallo facere etiam poterit, vt ff. de vsu & habit. l. si ita. §. j. & hoc vsq; ad versiculum, & sic concedendo. His hũc in modum examinatis, iterum contra hæc argumentatur dicens, si per capitulum, in planitie. est concessum, vt hodie matrimonia liberè contrahantur, cessat ratio posita in constit. fratribus. ergo ne quaquam domini interest scire in causa dotis, ad quem feudum vadat: cui quæsito respondet, non esse ferendum vt domino insscio feuda ad alios vadant, siquidem feuda non deuenerunt à patrimonio priuato, sed à publico, id est, à patrimonio ipsius regis, vt aliàs idem Isern. in pluribus locis, præsertim in c. j. §. valuasores. de his qui feu. dare poss. dixit: & ob publicam vtilitatem perpetuò domini scientia exigitur vno, vel alio modo, & hoc vsq; ad versiculũ, qui ergo. Et quòd hoc sit verũ, probat Iser. nã certũ est, quòd hodie omnia iura exclamant feudũ obligari nõ posse sine assensu, solùm in cõstit. fratribus. hoc limitatur in dote, cum vna tamen qualitate, vt dominus habeat scientiã matrimonij. Ergo submota hac qualitate, nõ est ferẽdum, vt dicatur quòd rex sine illa qualitate velit legẽ durare contra ius: quod notate, quia

quia dato assensu cum vna qualitate, cessat assensus illa submota. Nam hic casus, qui proponitur hodie, quando est remissa necessitas impetrandi licentiam pro matrimonio, non est similis expresso in constit. illa, quando non nisi cum licentia contrahere poterat: & hac via sciebat dominus, ad quem feudum peruenturum erat: qua submota, hoc nesciret, & feudū sine assensu domini alienaretur. Non erit ergo inconueniens, si aliquid statuitur cum vna qualitate expressa, vt illa cessante non sit amplius illud, vt ff. de lib. & posth. l. cōmodissimè. vbi institutus post mortē, si nascitur cum alia qualitate, in vita nō censetur cōprehensus, l. si cùm dotē. in prin. ff. sol. mat. quoniam alia ratio pactum reformat, vt dicit tex. in l. interpositas. C. de transs. & hoc vsq; ad versiculū, licet qui remittit. Nunc Iser. sentit vnum contrarium. Tu fateris, quòd per capitulum, in planitie. remittatur ista qualitas, vt matrimoniū non contrahant sine assensu: ergo censetur donare & concedere hoc de nouo, arg. l. si mulier. ff. de don. ob cau. in hoc igitur illa cōstitutio corrigeretur. Respōdet Isern. hoc verum esse, vt qui remittit, similis sit danti, vt in d. l. si mulier. sed non propterea sequitur, ergo de-

Qualitas remissa.

Remittēs simi lis est danti.

dit aliud quod cum alia qualitate erat conceſſum, nec in ſpecie à concedente exprimitur. Et hoc vſq; ad verſiculum, ſed per prædictum capitulum. vbi limitat c. in planitie. per quod cõceditur, vt ſine aſſenſu contrahat matrimoniũ, nõ autẽ vt ſine aſſenſu feudum det in dotẽ, nõ habere locum, ſi mulier ſe maritaret & retineret feudum in paraphernum, hoc eſt, in poſſe ſuo tanquam parapher nale. Interponit poſtea Iſern. quædam verba, quæ procedunt de iure communi, à verſiculo, hoc iure. vſque ad verſiculum, argumentum contra, etc. In quo verſiculo arguit contra hoc, quod firmauimus, vt poſsit feudum pro paraphernno tenere, quia dum ſe commiſit viro, & rerum ſuarum etiam gubernationem commiſit, l. hac lege. C. de pact. dota. Sed ſoluit hoc Iſern. illud eſſe, quando vxor non inhibuit viro ne ſe immiſceat adminiſtrationi rerum ſuarum: at in caſu noſtro poterit mulier prohibere, ne ſe intromittat. Sed tunc iterum Iſern. inquit: Nam ſi hæc cautela vera eſt, de facili fieret fraus domino, quia proteſtabitur, & nihilo minùs vir erit dominus. Cui oppoſitioni reſpondet Iſer. aliud eſſe docto de fraude: qꝫ notate propter ea quę dixi ſuper tex. in verſi-

Paraphernum in fraudẽ retẽtum.

verſiculo, ſub colore inueſtiturę. ¶ Capio Iſer. in verſiculo, quod aũt dicit. vbi ſequitur doctrina ordinaria Iſer. quã poſuerat ante additionẽ: hactenus nãq; finis additionis durat, vt patet ibi F. id eſt, finis. vbi reuertẽs ad ea, quæ s̃. dixerat, cõcludit, ſufficere aſſenſum, q debet interuenire, eſſe tacitũ, nec requirit expreſſum aſſenſum domini. ¶ Prima igitur cõcluſio ſit ex dictis Iſern. diſpoſitionem legis iſtius nedũ habere locũ in cõſenſu expreſſo, ſed etiã in conſenſu tacito. Et quoniã hoc dũtaxat verbum euomuit Iſer. nec ipſius veritatẽ hîc examinauit, cùm in iure valde Scribẽtes ſuper hoc dubitauerint, ad partes primò arguam, vt veram deinde ſententiam intelligatis. Quòd tacitus conſenſus ſufficiat, patet, quia in re aliena nõ conſiſtit pignus, l. alienã. ff. de pig. actio. propter rationem quam aſſignat gl. in l. rem alienam. ff. de contrah. empt. & tamen in illa ſufficit tacitus cõſenſus, vt in l. ſi hypothecas. & l. ij. cum gl. de remiſ. pig. Ergo pariformiter licet feudum non poſſit alienari ſine aſſenſu domini, ſi tamen tacitè cõſenſit, ſufficit hoc, vt ei noceat. Pro quo facit l. creditor. ff. de reg. iu. Se cũdò ad idẽ põderatur tex. in §. fin. ſi de inueſt. inter dom. & vaſ. lis ori. vbi pa-

Aſſenſus tacitus domini an ſufficiat.

tet, quòd ex taciturnitate & scientia domini infra annũ causatur titulus in feudo, ergo tacitus assensus sufficit. Tertiò, nam patientia sine cõtradictione ex pressa idem est, quod consensus expressus, vt ff. de eiect. l. quidam. & ff. mand. l. si verò. §. idẽ Papinianus. & C. de nupt. l. si vt proponis. Quartò, qa paria sunt consentire, & præsentẽ esse, & non contradicere, vt ff. de decur. l. honores. §. vltimo. Sed sic est, quòd iura ista solum cõsensum requirunt, ergo sufficit præsentia loco assensus, & sic assensus tacitus sufficit. His quatuor argumentis vtitur gloss. pro ista parte, in l. prima, de prohib. feud. alien. per Loth. quæ in effectu quasi ad idem tendunt. Quintò arguit Franc. Curt. in suo tract. char. xlviij. col. iiij. & char. xlix. in prima col. nã vbicunque potest quis cõtradicendo actum impedire, prẽsentia cum taciturnitate operatur cõsensum: gl. est cõmuniter approbata in l. Gaius. ff. de pig. act. per quam clara voce sic cõcludunt Bart. & cæteri in l. quæ dotis. ff. solut. matr. Sed sic est, quòd dominus contradicendo poterat impedire: ergo si est præsens & tacens, habetur pro cõsentiẽte, quod argumentũ fuit de mẽte Iser. in l. j. de proh. feud. alie. per Loth. Sextò adducit Ioã. Ray.

hîc

hîc regulam illam, vt qui certus est, amplius certificari nõ debeat, l. j. in fin. ff. de act. empt. sed iste præsens & tacens scit, ergo amplius ab eo assensus petinõ debet. Septimò post illos arguo pro ista parte, nam etiã videmus, quòd feuda ex pacto & prouidẽtia non hæreditaria sine assensu agnatorũ alienari non possunt, c. j. de alien. feu. pa. cum cõcor. sed agnato obstat tacitus consensus, c. Titius. si de feu. fuerit cõtro. ergo vbi requiritur assensus in materia feudali, sufficit tacitus: ergo idem in domino, quia de vno ad alium valet consequentia, c. j. §. fin. de form. fidel. Octauò, nam ex tacito assensu domini & præstatione seruitiorũ resultat prẽsumpta inuestitura, c. si quis per triginta. si de feu. fue. cõtr. ergo sufficit prẽsumptus titulus & tacitus assensus in materia feudali. Nonò certissimi iuris est, quòd frater fratri de iure cõmuni in feudo nouo, nisi expressè dictũ sit, minimè succedit, vt in c. j. §. & quia. de his qui feu. dare pos. & c. j. de bene. fra. etiãsi ex pecunia cõmuni esset emptũ, vt ibi dicunt omnes: sed si dominus sciret pecuniã esse communẽ, tunc vnus succedit alteri, vt est cõmunis conclusio gl. & Doctorũ in locis allegatis: ergo sufficit sciẽtia domini, vbi requiri-

tur expreſſus conſenſus. Quod argumẽ tum ſentit Iſern. in §. præterea. quibus modis feu. amitt. Decimò ad idem arguo ſic, nam in rebus eccleſiæ alienandis requiritur expreſſus conſenſus, vt patet in c. j. de rebus eccl. non alie. in vj. & in c. primo, de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. cap. dum requirit tractatũ, ergo aſſenſus non poteſt eſſe tacitus, vt in c. tua. eodem tit. & tamen in c. ij. ſatis eſt expreſſus, ſi abſq; cõtradictione fit. Vnde decimò affertur dictum Inno. in c. ex parte decani. de reſcrip. vbi dicit, quòd in actibus in quibus requiritur mandatum, quod eſt plus quàm conſenſus, ſi ille cuius nomine agitur, eſt præſens, cenſetur mandare. Duodecimò in mediũ producitur dictũ Abb. in c. ſignificaſti. de foro conpet. vbi dicit, quòd ſi prorogatur iuriſdictio præſente epiſcopo & non contradicente, habetur pro conſentiente: quod etiam eſt de mente Ioann. Andr. Anto. de Butr. & aliorum in c. penul. de off. deleg. ac Iſern. infrà in §. præterea. dum diſputat de intellectu c. cæterùm. de iud. Tertiodecimò affero glo. notabilem, quam commendat Ange. & ita obtinuiſſe dicit in l. j. §. Marcellus. ff. ſi cui plus quàm per legem Falc. vbi in ſtatuto mandante, quòd aliquid fieret

cum

cum cõsensu aliquorũ, si fit eis præsenti bus, consensus habetur pro expresso. Quartodecimò ad hęc proponitur doctrina Bar. cõmuniter approbata, vbi dicit, quòd si pecunia est mutuata sindico præsente collegio, collegiũ obligatur: ita Bart. in l. ciuitas. in vltima quæstione. ff. si cert. peta. Quintodecimò facit text. in §. præterea. quib. modis feu. amit. & ibi gl. quę extẽdit cõsensum agnati in tacito assensu: ergo idem in casu nostro. Et hanc videtur fuisse opinionem Isern. quia quãdo aliquid non potest fieri sine assensu meo, vt in casu nostro, vbi omne cõmercium est sublatũ, l. ista, & l. j. de proh. feu. alien. per Loth. tũc certũ est, quòd sola pręsentia nocet, vt notatur in l. Gaius. ff. de pig. act. Ergo sequitur assensum tacitũ in materia feudali sufficere, & cum hac opinione post gl. prædictas tenuit Isern. in l. j. in versiculo, hac edictali. de proh. feu. alie. per Loth. & ibi Iac. de Beluis. Aluar. Card. Alex. & Bald. qui tamen expressè hoc non firmat, & Mart. ibi. Idẽ Iac. & Isern. in §. præterea. quib. modis feu. amitt. & ibi Alua. Card. Alex. & Mart. ac Bal. ibi, dum modò sola pręsentia non adsit, sed aliquid aliud: putà, sigillando, vel subscribendo, vt C. de rebus alie. non alie.

l.ij. & C.plus valere quod agitur.l.fi.& ita etiam firmauit Frāc.Cur.in ſuo tract. feu.chart. xlviij. in quarta col. & chart. xlix.col.j.Hoc idem tenuit Iaco. de ſancto Georg.in ſuo tract.feu.in verſ. & cū pacto de non alienando.col.vj. pro qua opinione videtur facere regula illa vulgata,quòd pręſens & tacens habetur ꝓ conſentiēte.quam ſequuntur cumulati in l.ij.§.voluntate.ff.ſolut.matr. & in l. quæ dotis. eodem tit.cum concor.allegatis per Alexan.in l.ſæpè.col. vj. verſiculo,nota.ex eodem text.ff.de re iud.& ita firmat Iſern. ibi, tacitè, vel expreſſé. ¶ Pro cōtraria parte citatur primò text. in l.ſicut.§.non videtur. ff. quib. modis pig.vel hyp.ſol.vbi ſciētia creditoris ei nō nocet,quia ſciebat ius ſuum duraturum:ergo idē erit in rege & domino,qui ſciunt ius ſuum durare,vt in iurib. iſtis. Secundò pondero textum hunc ibi, in verſ.permiſsione.quaſi ſine authoritate Imperatoris nō poſsit fieri, ſed vbicūq; requiritur authoritas,conſenſus tacitus non ſufficit,vt ff.de confir.tut.l.j. in fin. ergo minimè in hoc aſſenſu tacitus conſenſus ſufficit. Tertiò patet,nam filius in aſſenſu patris hęreditatem non acquirit,vt in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſu.ff. de acquir.hęred.& tamē tacitus conſenſus non

non sufficit, vel generalis, vt in d. l. si qs mihi bona. §. sed vtrùm. Quartò patet in regno in const. constitutionem diuæ memoriæ. ibi, de speciali nostrę Celsitudinis licentia cõfirmetur. ergo si speciatim licentia nõ datur, minimè assensus valebit, quia in regno oportet confirmare, dicit Iser. in d. c. j. de proh. feu. alien. per Loth. quasi quòd tametsi dubitari possit de iure communi, quod loquitur per verbum, permitto. non possit dubitari in regno, vbi loquitur per verbum, confirmo. Hanc enim ob rem dixit Bal. in l. obseruare. §. posthęc. in fin. ff. de off. procon. post Ioan. Anto. in c. si Abbatẽ. de elect. lib. vj. vbi requiritur licentia, non sufficere tacitũ consensum. Quintò certum est, quòd cùm aliqua res conceditur in titulum, tacitus consensus nihil operatur, c. ea noscitur. de his quæ fi. à præl. sine cons. cap. Sed sic est, quòd bona feudalia dicũtur titulata, vt declarat Iser. in c. j. epis. vel abb. & aliqualiter in c. j. de his qui feu. dare pos. vt in voce, in prędcedenti lectione latiùs declaraui, ergo in eis tacitus consensus non sufficit. Sextò pro ista parte allegatur vulgata regula illa contraria, quòd prędsens & tacens in prędiudicialibus nõ habetur pro consentiente, vt l. qui vas. §. vetare,

ff. de fur. & in l. filius familiâs. §. inuitus. ff. de procur. cum concor. Septimò ad idem facit, quia vt sine cõsensu domini hæ res non alienentur, interest reipubli cæ, vt patet in l. ista, & in l. j. de prohib. feud. alien. per Loth. & vt per tacitum cõsensum iuri publico derogemus, fortiùs est denegandum, quàm in priuato. Et vltimò pondero text. in c. j. quid sit inuest. & in c. sciendum. quibus modis feu. const. pot. & in c. j. in prin. de const. rect. feu. ibi, dixerit. in quib. patet, quòd debent interuenire verba, & non tacitus cõsensus. Nec obstat, si diceretur iura ista habere locum in prima inuestitura, quando habet originem à domino, secus quando super illa contrahitur, qa respondeo, vt satis dicatur noua respectu istius acquirentis, qui per primam inuestituram non vocabatur, & confirmando ipse dominus dat, l. lege obueni re. ff. de verb. signif. vt infrà in resolutione argumentorum demonstrabo. Cum qua opinione tenet Isern. sibi contrarius in d. §. præterea. quib. modis feu. amit. ibi in verbo, quãdo ergo fit aliquid. Ioan. Raynal. hîc, & Beltran. Capreoli in d. c. j. de prohib. feu. alien. per Loth. vbi etiam Moderni Neapolitani in d. §. præterea. quib. mod. feu. amitt. authoritate

tate Isern. ipsum tamen non intellexerunt. ¶ Quid tenendum? Vos videtis quòd hanc varietatē argumentorū, quę omnia vera sunt in casu suo, & multa alia in medium producere potuissem, sed hæc duntaxat idcirco proposui, vt ex qualibet specie aliquid reassumpto, singulis respondeamus. Nam si sigillatim omnibus respondere vellem, necesse esset multas conclusiones distinctas reassumere, quod tempus non patitur, præsertim cùm materia Ciuilis sit: recurrite ad dicta Ias. & Scribentium, in l. ij. §. voluntate. ff. sol. matr. ac Franc. de Aret. & aliorum in l. si quis mihi bona. §. iussu. ff. de acquiren. hæred. & in l. sępè. de re iudic. in l. quæ dotis. ff. sol. mat. & quæ cumulauit Afflict. in d. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. Deci. in consil. xxxv. col. ij. & quæ habentur in regula, qui tacet. & in l. qui patitur. ff. mand. & per Soccin. in regula cccxcj. cccxcij. & per Abbatem in ca. j. de his quæ fiunt à præl. & per eundem Socci. in regula cccxciij. & cccxciiij. Quantum autem ad casum nostrum, de quo quæritur, attinet, vnam conclusionem proponam: nempe, vt cùm à lege dicitur, quòd aliquid fiat cum licentia alicuius, hæc licentia nūquam detur per tacitū cōsensum. *Licentia nunquam datur per tacitū cōsensum*

Fuit hæc originalis opinio Archid. & post eum Ioan. Andr. in ca. si abbatem. de elect. in vj. & in regula, qui tacet. de reg. iur. Quem sequitur Bald. in l. obseruare. §. fin. in fin. ff. de off. proconf. & lega. Lap. allegatione lxxxvj. Roma. & Alexan. in l. ij. §. voluntate. ff. fol. matri. quem videtur sequi Franc. de Aret. ibi, & apertiùs in l. si quis mihi bona. §. iussu. in fine. v. & princ. vj. col. ff. de acquir. hæred. & Bald. in l. cùm non solùm. §. necessitatẽ. C. de bonis quę liber. cum quib. cõcurrit etiã Bart. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. ij. & cęteri Scribentes. Et cum hac opinione trãsit etiã Iser. rectè intelligendo ipsum in d. l. j. de prohib. feud. alien. per Lotha. ibi in verbo, hac edictali. in finalibus verbis istius quæstionis, dum dicit, & illud fortè appellat dicta constitutio licentiã. Ex qua conclusione illud sequitur, vt cùm in regno necesse sit habere licentiam, vt in const. constitutionem diuæ memoriæ. clarũ sit in regno non sufficere tacitum assensum domini. Si verò sumus extra regnum, licet quidam velint ex quindecim argumentis in contrarium adductis, quòd sufficiat tacitus consensus domini, tamen põderate vos id, quod Doctores à me paulo antè citati obseruãt, quip-

quippe non ſufficere ſolam præſentiam, niſi aliquid fiat, ita vt aſſenſus non ſit nudus, & id quod venit vltra nudum conſenſum, appellari poſsit permiſsio, per notata in c. primo, de ęta te & qual. & ibi Archi. & Ægi. Bellame ra. Non obſtant argumenta contraria, quia prima quinq; loquuntur in nudo conſenſu: nos autem loquimur in licen tia, quæ ſaltē per aliquod factum extrin ſecū, vt dixi, exprimitur: quod ſi omnino conſenſui, ſecūdum Doctores quos citaui, accedere debet, haud quaquā nu dus cōſenſus poterit dici. Quæ cùm ita ſe habeant, minimè ab agnato in quo re quiritur conſenſus, ad dominum argumentari licebit, cuius requiritur licentia, vt patet in c. j. de alien. feud. paterni. Non obſtat ſextū, quia nō ſumus in certificatione, ſed licētia. Nō obſtat ſeptimum, quia ſumus in tacito cōnſenſu agnati, à quo ad aſſenſum domini non arguimus, vt dixi: tum etiam, quia loquitur in præſcriptione, in qua nedū concurrit tacitus conſenſus, ſed tempus: & aliud eſt præſcribere, q̄ vt ſtatim præſumatur cōſenſiſſe, vt patet in c. ſi quis per triginta. ſi de feu. fuer. contro. in conſti. conſuetudinem. in c. j. §. j. de conſ. rect. feu. & in c. j. §. fi. ſi inter do. & vaſ. lis ori.

Per quę ſoluitur & octauum. Non obſtat nonum, quia propter fratrum ſocietatem cenſetur dominus quaſi cum ſocijs actum illum expreſsè facere: & ſi modus contrahendi eſt tacitus, quia aſſenſus, qui præſtatur, fuit expreſſus, data ſcientia domini ille expreſſus aſſenſus tacitè comprehendit fratres ex mente. Non obſtat decimum, propter rei modicitatem, quam Eccleſia nō curat. Non obſtat vndecimum, quia nomine præſentis contrahebatur. Non obſtat duodecimum, quia eſt actus qui nudo cōſenſu perficitur, l. ij. ff. de iudic. Non obſtat tertiumdecimum, per ea quæ ſuprà diximus, & ſufficit ſola citatio, vt certior fiat. Non obſtat quartumdecimum, per ea quæ diximus in xj. Non obſtat quintumdecimum argumētum, quia non valet conſequentia de agnato qui conſentit, ad dominum qui dat licentiam. Vnum tamen volo vt ſcias, nec à mente tua éxcidat, quod per Doctores non refertur in locis allegatis, nempe vt etiam in caſu in quo præſens & tacens haberetur pro conſentiente, debeat probari quòd ad illū actum ex propoſito eſt vocatus, & non vt accidenti actui interueniat. Gloſ. eſt not. in cle. j. in verbo, præſentiam. de baptiſ.

quam

quã valde extollit Fel.in proœ. Decret. ibi in gloſſ. j. in vlti. col. & pro eo facit gloſſ.in d.c.j.in verbo, permiſsione.de prohib. feud. alien. per Lothar.in fine. Et hęc pro iſtius concluſionis dote tibi hodie ſufficiant.Nec cures de diſtinctio ne Pet. & Cyn.in l.fin.C.de iure emph. ac eorum quę ibidem cumulauit Iaſon, cùm longè à regulis feudorum diſtent. Hoc in loco examinandum eſſet, an in regno ſine aſſenſu pro dote feudum obligari poſsit? Sed quia infrà cum Andr. examinabimus omnes concluſiones, ſi feudum poteſt dari in dotem, vel obligari tã in regno, quàm extra regnum: vt congruentiùs ſingulas concluſiones & ordinatè collocemus, ibidem omnia me dicturum reſeruo. ¶ Capio Iſer.in verſiculo, ſed in regno Siciliæ.vbi principaliter quærit. Pone enim quòd non principalis feudatarius, ſed ſubfeudatarius vult obligare, vel alienare feudum, quis conſentiet? Et dicit, quòd de intellectu conſtitutionis, conſtitutionem diuæ memoriæ. dixit aliqualiter in l.j.de prohibita feud.alien.per Loth.in verſi. hac edictali. ſed non ita bene, ſicut hîc. Ideo dicit Iſer.dic, vt diximus ſuprà, ſcilicet in l.j.de prohib.feud.alien.per Lotha.& infrà ſequitur, id eſt, vt dicemus.

Assensus an requiratur mediati, uel immediati domini.

Vnde reassumit iterum in versiculo, cuius autem. dicens: Pone enim adesse regem, Marchionem, comitem, vel baronem, à quo alter tenet feudū, cuius consensus requiritur, mediati domini, scilicet Imperatoris, vel immediati, putà Marchionis, Comitis, vel Baronis? Iser. recitat super hoc opiniones diuersas, quarum quatuor hodie nos recensebimus, & dicit q, multi dum considerant hanc literam ibi, sine permissione illius domini ad quē feudum spectare dignoscitur. intelligunt hoc de proximo superiore, & sic de dño immediato, & per cō sequens, quòd Baro consentiat vel Marchio, non autē ipse rex. Mouentur, nam videmus, q, in appellationibus & grauaminibus illatis quidam ordo datus est, vt non priùs ad regē eamus, sed per certos gradus, vt in l. Imperatores. ff. de appellationibus. in principio. Ita & pariformiter quando omnes isti concurrūt, prima causa debet esse immediati, & postea mediati. Secundò ad hoc allegabatur, nam vasallus vasalli mei, vasallus meus non est, argument. l. Modestinus. ff. de verb. signific. & ff. de lib. agnoscen. l. si quis à liberis. §. si quis à liberti liberto. & ff. pro soc. l. nam socij. Ergo quod habet locum in vasallo, non habebit locum

cum in vasallo vasalli: quo fit, vt lex ista quæ punit vasallum alienantem sine cõ sensu suo, non possit extendi ad vasallũ vasalli, qui alienabit sine assensu regis, cum assensu baronis à quo feudũ tenet: nam ipse est dominus suus, & non rex. Et iterum Isern. dicit, sed argu. contra. l. fin. ff. de vi & vi armata. Quid voluit dicere? Isern. sentit illud quod sentit Cyn. in authen. licet. C. de natur. liber. per l. de accessionibus. ff. de diuer. & temp. præscript. vbi communiter Doctores cum eo concurrunt, dum quærit, an quod licet domino cum colono, habeat locum in colono coloni? & distinguit, quòd aut non subest eadem ratio in colono coloni, quæ subest in colono, & tunc quod habet locum in colono, non habet locum in colono coloni: aut eadem subest ratio, & quod habet locum in vno, habet locum in alio, per textum in d. l. fin. ff. de vi & vi armata. quasi dicat Isern. iura allegata in contrarium non obstare, quia si id quod habet locũ in vno, non habet locum in alio, hoc est propter diuersitatẽ rationis. Quam opinionem hoc ineuitabili argumẽto confirmat: Nam qñ loquimur de ista alienatione, eadẽ ratio militat in barone quæ in vasallo, quia vasallus alienat feudũ,

& Baro consentiendo donare videtur, vt suprà diximus, quo casu vterque puniẽdus erit. Quocunq; ergo modo alienetur, quod habet locum in vno, habet locum in alio: quoniam ratio, qualiter dominus aduocat feudum, est, quia alienauit, sed vterque cẽsetur alienasse sine consensu regis: ergo quod habet locum in vno, habebit locum in alio. Et quòd iura allegata non militẽt, patet primò, quia in l. nam socij. deerat consensus, & ideo non valet, vt l. præcedenti, in l. Modestinus. loquitur de suis libertis, in quibus ius patronatus habebat, & sic in §. si quis à liberti. Non potest ergo verificari in liberto liberti, in quo cessat illud ius, ratio, & causa. Non obstat lex, Imperatores. quia si ille ordo datur ibi, & seruari debet: hîc etiam datur ordo, vt dominus rex consentiat, vt hîc, & suprà titulo secundo: & ita residet Isern. in his quæ occurrunt extra regnũ. Alij verò considerando ius regni, dixerunt totum contrarium, vt solus rex debet consentire. Mouentur per Textum in const. constitutionem diuæ memoriæ. vbi dicit litera, quòd feuda non possunt alienari nisi de speciali nostræ celsitudinis licentia, de solo rege dixit: de solo ergo rege intelligatur, vt ff. de alea. l. j.

Sentit

Sentit Iſern. vnum contrarium, ego fateor quòd rex debet conſentire, ſed q, Baro non conſentiat, dum de eius intereſſe tractatur, non inuenitur iure cautum. Dicit Iſern. probo hoc, quia conſtitutio iſta eſt poſterius ius, vnde illius verba debent aliquid operari, l. ſi quando. ff. de legatis primo. hoc ergo operabitur, vt ſolus rex conſentiat: & iterum dicit Iſern. quòd primi tenentes hanc opinionem reſpondẽt huic motiuo dicẽtes, quòd lex noua (ſi poteſt fieri) non corrigit antiquam, ſed bene diſtinguit, vt recipiat limitationẽ à lege antiqua, argum. authen. offeratur. C. de lit. conteſt. iũcta l. ſciendũ. ff. qui ſatisdare cog. Non igitur cõſtitutio corriget ius commune, ſecundum quod vterque conſentire debet. Et ſic reſidet Iſer. vt iura communia in c. j. de feu. ſine culp. non amit. & in c. ſi facta. ſi de feud. fuer. controu. quæ volunt, vt dominus ſine voluntate vaſalli non diſponat, minimè ſint correcta, vt declarat Aluar. in c. j. §. cùm autẽ. in ſecundo notab. de controuer. inueſt. argum. etiam l. non vtitur. cum ſequen. ff. de vſufruct. & ita reſidet in hac ſecunda opinione Iſern. Capio Iſer. in verſiculo, nec obſtat. qui nobis oſtendere vult iſtos, qui tenebant, quòd de iure

communi requirebatur solus assensus baronis, & quòd sufficiat consensus solius regis in regno, fuisse in alia tertia opinione, quòd sine aliquo assensu feuda plana possint alienari, & mouebantur per constit. si quando. de hom. baro. quæ est facta post constitutionem illam, constitutionem diuæ memoriæ. per quam datur licentia, quòd sine nullius assensu vasallus possit alienare oía bona sua. Dicit Isern. istam opinionem non esse bonam, quia constitutio, si qñ. loquitur in bonis burgẽsaticis. Alij fuerunt in quarta opinione, quòd in regno sit distinguendum inter feuda quaternata, & plana, & de tabula. Quæ qualia sint, dicit Iser. vide in c. j. de controuer. feud. apud par. term. De quo feudo antequàm vobis legerem Isern. dixi in voce, & in conclusionibus etiam videbitis. & quoniam feuda quaternata ipse rex concedit, eique aperiuntur ex delicto & successione, vt in consti. post mortem. meritò dicendum est, vt ipse solus rex tunc consentiat: feuda verò plana, & de tabula alienẽtur cum solo consensu Baronis. Mouetur Iser. ex tribus: Primò, lege: nam per consti. constitutionẽ diuæ memoriæ. omnia excadentialia solus Baro si solent concedi, concedere

potest

poteſt: ergo eadem ratione, vt diximus de rege, ſolus ipſe Baro conſentiet: dicebant namque antiqui, Baronem feudum excidere non poſſe, id eſt, non in totum tollere, provt importat vocabuli natura: ſed poſſe commouere feudum de vna perſona in aliam, vt in ſuppletionibus videbis. Secundò mouetur Iſer. ibi, & ſic vtimur. quoniam ſi legè hoc in ſpecie non determinatur, cõſuetudine tamen viuimus, per quã ſi ipſe alijs illa concedit, multo fortiùs conſentire poterit. Tertiò arguit à refutatione: quod argumẽtum declara, vt in ſequenti opinione. Nunc Iſern. in verſic. verius putamus. ingreditur quintam opinionẽ, & dicit quòd Iacob. de Ardiz. in titulo, nunquid ſuff. conſ. ma. do. dicit in fine poſt recitatas aliquas opiniones, cõſentſum vtriuſq; requiri, prioris domini, per text. in l. j. in fi. ff. qui & à quo appel. fit. ſecundi, vt patet in text. iſto, quem ſic intelligit, vt probat ipſe in ſequenti rubrica. Vnde dicit Iſern. nam ex eo, quod ad vtrumque pertinet, hoc feudum neceſſe eſt dicere, vt vtriuſque conſenſus requiratur. Et quòd Baronis ſolus non ſufficiat, probo: nam Baro conſentiendo dare videtur, vt ſuperiùs concluſimus, dare autem non poteſt ſi-

ne consensu regis à quo tenet feudum, quin feudum non amittat, vt probat Iacob. de Ardiz. in sua summa in rubrica, si secundus vasal. facit contra nat. feud. per textum in l. diuus. ff. de iure patro. primo responso. Quem intelligit Iaco. de Ardiz. ibi, quando alienatio est facta ex voluntate immediati domini: ergo, etc. Capio Isern. in versiculo, interest. domine Isern. exẽpla magnã vtilitatem conferunt, vt Instit. de actio. §. aliæ. vellem vt declarares mihi exemplo, quo modo interest vtriusque, id est, Baronis & Regis, ne alienatio hæc fiat? Dicit Isern. ostendo: Interest enim & tangit vtrunq;, ne solus rex, vel solus Baro consentiat: pone enim solum regem alienasse, & is in quem fit alienatio, esset potentior, vel ecclesia, quæ non soluit releuium, quia nunquam moritur, certè hęc commoda tangunt Baronem, & sic in omnibus his interest ipsius, quoniã potẽtioribus pares esse non possumus, vt ff. de alie. iudic. l. iij. & C. ne lice. pot. l. j. Pone rursum solum Baronem alienasse, & alienasse extero, vel odioso regi, inutili ad seruiendum, aut saltem minùs vtili: interest enim Regis in casibus prædictis. Cumque sua interfit, nedum cùm lædítur, sed cùm lædi potest, in eo

vocan-

vocandus est, vt C. de author. præstan. l. fin. & ff. de option. legata. l. nam ita. Capio Isern. in versiculo, refutari posset. vbi Isern. arguit, vt solus Baro consentire debeat: pro quo tali vtitur argumento, Nam vera est propositio de iure communi feudorum, feudum quod vasallus tenet à Comite, vel Barone, posse ipso vasallo volente domino refutari, c. primo, de vasal. qui contra consti. Lothar. in fi. Ergo sequitur, quòd cùm feuda plana & de tabula à solo Barone teneantur, vt in dicta constit. constitutionem diuæ memoriæ. in fi. ei possint refutari: quod si ita est, quid impedit quin ad euitandum circuitum solus Baro cõsentiat? arg. d. l. cùm quis. ff. de regulis iuris. postquam nulla diuersitatis ratio reddi potest. Quam ob rem concludit Isern. quòd quantum ad feudum planum & de tabula, nõ stat cum ista quinta opinione, sed cum quarta, quòd solus Baro consentiat. Nec deinde ab hac opinione discedit, vt quidam minuti Feudistæ sentiunt, sed tantùm contrarijs respõdet, vt infrà videbis, & hoc vsque ad versic. quòd Baro. Nunc Isern. sentit aliud contrarium: nam conclusum est suprà, & probatur in summa in loco citato, quòd si Baro nedũ alienat,

sed consentit tantùm alienationi feudi, quod à rege tenet, perdit feudum: ergo multo fortiùs, si solus etiam principaliter hoc facit, feudo priuabitur. Huic motiuo respondens Iser. principiò presupponit vnum, quippe vt illud quod dicimus, quòd si quis alienat rẽ, quam tenet à rege, eo inconsulto, perdit illam, vox, Tenet. debet intelligi specialiter, & non sub vniuerso. Quo prefato, dicit Isern. facilis est respõsio, quoniam aut tu quæris, an iste Baro teneat Baroniam à rege, & hoc bene fateor: aut quæris, si res illas particulares, id est, feuda plana, & de tabula, attenasias, & similia baro teneat specialiter à rege, & hoc negamus. Vnde licet baro solus nõ valeat alienare, vel cõsentire in totum, vel per partes quotatiuas, res tamen particulares subiectas feudo, quæ aperiuntur, bene poterit alienare, & consentire solus: probo hoc, dicit Iser. quia aut consideras dominium, aut consideras possessionem: si consideras dominium, qui est dominus totius, est dominus partium quotatiuarum, non tamen est dominus eodem modo singularum rerum, provt hæc vel illa res consideratur, vt ff. de rei vend. l. in rem. §. si quis rei suæ. & §. fi. & l. naue. ff. de euict. Si verò cõsideras possessio-

seſsionem, nequaquam ſingulares res intelligitur poſsidere, vt ff. de vſucap. l. eum qui ædes. ratio, quoniam in rebus particularibus non conſideratur pars, vt ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam. l. quamvis. & C. de ſenten. paſſ. l. ſi debitor. & ff. de hæred. inſt. l. ſi alterius. cuius partis, & totius differentiam, ne intremus materiam totius & partis, dicit ipſe, vide ſi volueris, gloſſ. in princip. conſtitu. regni. Quo quidem modo Iſern. ſoluit antecedens argumentum, quaſi quòd illud procedat, vbi ipſe venderet totum, vel partem, quam tenet: aut alienãti totum, vel partem, quã tenet, conſentiret: non autem vbi in rebus feudo ſubiectis conſentiret. Nunc Iſern. ſentit aliud contrarium in verbo, Feudum quaternatum, etc. Si tu Iſern. fateris, quòd ideo, quia poteſt refutare feudum ſoli Baroni, poterit conſentire, ſequitur q, in omni feudo quaternato, quod poteſt refutari Baroni, poterit etiam conſentire, & ſic attenta iſta ratione etiam in feudo quaternato ſolus Baro conſentiret: hoc eſt falſum, & per cõſequens opinio Iſern. quæ tota fundatur ſuper refutatione, vt ſolus Baro conſentiat, corruit. Dicit Iſer. aduerte, quia in feudo quaternato nõ arguimus à c. primo,

de vasal. qui contra constit. Loth. vt feudum quaternatum refutetur baroni, quia concessio istius feudi, & collatio ad solius regis potestatem pertinet, vt patet in const. post mortem. quòd si in c. primo, si vasal. contra constit. Lothar. permittitur vt refutetur, ea ratione est, quia resoluto iure istius refutãtis immediato domino feudum aperiretur, vt dicimus in §. illud. infrà eodem c. nostro: at hîc non aperiretur Baroni, sed regi, vt in dicta const. post mortẽ. Nimirum igitur, si in feudis quaternatis aliter vtimur, quasi quòd non teneat consequentia ab illo text. de feudo plano, & de tabula, ad feudum quaternatũ, quia in feudo quaternato nec etiam refutatio cum persona Baronis permittitur. Quod nota, quia à paucis verba hæc intelliguntur. Et quòd nõ admittatur refutatio in eius personam, cui feudum non aperiretur, probat Isern. viua ratione, quoniã si feuda de iure aperiuntur regi, & non Baroni, facile esset aperire viam fraudibus, quoniam vnusquisque fingeret refutare ad hoc, vt feudum non aperiatur regi ad quem collatio spectat: & fraudibus est obuiandum, ff. de rei vend. l. in fundo. Quare, etc. & hoc vsque ad versiculum, non obstat. Nunc Isern. sentit aliud

aliud contrarium. Si tu Iſern.in feudo plano, & de tabula ſtas cum quarta opinione,vt ea ratione,quia ſolus confert, & ei poteſt refutari, ſolus conſentiat: cur igitur idem dicendum non erit de feudo quaternato, vt ſtaremus quartæ opinioni,vt ſolus rex conſentiat? quia ſiue conſideras totum feudum quaternatum ſimpliciter, ſiue aliquod ſub feudum quaternatum,ſecũdum quid ſubiectũ feudo,vtrunque pertinet ad collationem,& ſucceſsionem regis,vt in cõſtitut.allegata, poſt mortem? Dicit Iſern.quòd dum contra communem rationem naturalem, hoc eſt, vt feudum quaternatum,quod non tenetur in capite à rege,ſed ſecundum quid, vt infrà declarabo, ipſi regi poſtmodum aperiatur,cùm hoc ſit irrationabile,ſtet vt deciſum eſt, & nõ ſequatur alterũ irrationabile,vt ſolus conſentiat alienationi, argumen.l. quod verò.ff. de legi. Et ita reſidet Iſern.in iſta quæſtione, quem ita ordina,& declara tu, & nõ per quęſtiones, vt quidam faciunt: quia eſſet articulum magis confundere. Et ex his ita dictis elicitur ſexta opinio ſua, quòd in feudo quaternato ſecundum quid exigatur conſenſus vtriuſque, in feudo verò plano & de tabulâ

solus Baro consentiat: quod an sit verum, in sequenti lectione videbimus.

Quaternatum secundū quid, uel simpliciter.

¶ Prima conclusio sit, vt in feudo quaternato secundum quid, quando alienatur, debet consentire vterque, & rex & Baro, per rationes adductas ab Isern. hîc. Et quoniam tota machina dependet tam in ista cōclusione, quàm etiam in alia conclusione feudi plani & de tabula, vt videamus cui aperitur feudum quaternatum simplex, & cui feudum quaternatum secundum quid, cuíve aperiatur feudū planum & de tabula, & qualia sint, quóve modo in sua speciali qualitate cōsistant, illud primò examinandum duxi, vtrùm feuda quaternata, quæ stant in territorio alicuius Baronis, à quo illa tenet, linea iam finita, vel vasallo delinquente, aperiantur baroni, vel regi? Et hoc thema sic propositum, distingui debet: Quia aut quæris, si est feudum quaternatum concessum ab ipso Comite cum regio assensu, aut si est concessum à rege sine Comitis assensu. Primo casu gloss. in constitut. post mortem. in verbo, ad cō cessionem. & ibi Isern. idem Isern. in constitut. si quando. de pen. foriu. in fin. & in c. si verò violator pacis. in versic. hæredes. colum. j. Bartol. de Capua,

Successio feudi quaternati, uel secūdum quid, ad quem spectat.

&

& Moderni Neapolitani in eadem constitut. concludunt, quòd aperitur regi, ea ratione quia non est inconueniens, vt res quæ communis est regis & vasalli, conferatur à solo rege, & cómoditates seruitiorum, releuiorum, & intraturarũ, vt ita loquar, sint ipsius baronis: nam fiscus rem communem & partem priuati solus vendit, & pro parte priuati pretium soluit priuato, vt C. de vend. rer. fiscal. l. j. & sic istud simili ratione erit de nouo inductum à constitut. post mortem. vt solus rex de nouo conferat, quod communi consensu priùs fuerat collatum, & à rege & à barone. Et ita tenendo multa corrigerentur iura, & primò corrigeretur l. ista, in §. illud. dũ tractamus de aperiendo feudum, & ea quæ habentur in l. si in libertinum animaduersum erit. ff. de bonis liber. & in l. fin. §. j. de bon. dam. & C. de bon. proscript. l. si filius. cum concord. Secundò corrigerentur omnia dicta per eundem Isern. hîc, quòd requiratur assensus vtriusque, quia sic tenendo solus rex de nouo concedit. Tertiò corrigeretur illud quod generaliter dicimus, quòd releuium non præstatur nisi ab hærede, & nó ab eo qui capit feudũ per actũ inter viuos de nouo, nisi quãdo o-

mnia feuda pater refutaret filio, vt dicit Isern. & cæteri in dicta constitut. post mortem. & in cap. j. §. similiter. de cap. Corr. Quartò videremus, quòd si vera esset opinio gloss. in verbo, ad cõcessionem. gloss. illa idem dicit in ecclesia, quod in priuato, & corrigerẽtur ea quę habentur in c. j. de his qui feu. dar. poss. & prima concessio teneret cum tali eui dẽtissimo damno ipsius Ecclesiæ, quòd semel feudo aperto nunquam reuertatur ad ecclesiam: quod quidem ferendum non est, per ea quæ habentur in c. nulli. de rebus eccle. non alie. & in c. sine exceptione. xij. q. ij. Contrariam verò opinionem tenuit gloss. in verbo, munificentiæ. in eadem const. dum dicit, quòd iudices magnæ * cur vicariæ distinguunt, & sic pręcisè tenent, quòd aut iste feudatarius feudum illud siue quaternatum, vt permittitur hoc secundo modo, siue non quaternatum, hoc est, planum, & de tabula tenet immediatè à curia, quod aperitur ipsi curiæ: aut feudum quaternatum vel non, vt suprà, tenet ab alio barone vel comite, & tunc deuoluitur ad ipsum baronem vel comitẽ, à quo ipsum tenebat: & sic intelligẽdo, const. nihil innouaret. Moderni Neapolitani super eadẽ gloss. volunt,

* curiæ, forté.

lunt, quòd gloss. ipsa intelligatur, quando ipse baro habebat priuilegium conferẽdi talia feuda quaternata. In quo more suo decipiuntur, quia bene sciuisset gloss. hoc dicere. Quinimmò, vt clarè patet, nõ se fundat in hoc, sed an mediatè teneat à rege vel immediatè: quia si immediatè tenet à rege, ei aperitur: si verò mediatè, aperitur baroni: quia fatuũ fuisset, quòd iudices disputassent, si per priuilegiũ illud fieri posset, ex quo ad libitum voluntatis hæc rex facit, vt habetur per Isern. in l. ista, vers. nec dominus. col. ij. in c. j. de vas. decrep. ætat. & in c. j. de feu. non hab. propr. nat. feu. cum concord. Quid dicemus? Nam in regno tanta est authoritas gloss. Isern. & Barthol. de Capua, quòd vix quæramus, quare dixerunt, sed quia ipsi dixerunt, vt de Pythagora recitatur. Ne tamen asymboli ad prandium accedamus: tu vides, quòd si vnam gloss. habes ex vno latere contra te, aliam habes ex alio latere pro te. Barthol. de Capua apostilla non me mouet, quia nescio an sit sua: & secũdò, quia nulla ratione mouetur. Solum Iser. habemus contrarium: vnde videamus, si cum eiusdẽ armis eundẽ superare poterimus. In quo ne terminos ignoremus, priùs declarã-

Quaternatum feudum quomodo dicatur, etiã quod tenetur à barone.

dũ est, qũo feudũ dicatur quaternatũ, ẽt qđ teneatur à barone. Et dic, q, vno modo dici potest feudũ quaternatũ, vt declaratur p Iser. in c. j. de cõtr. apud par. ter. q, immediatè ille, q mortuus est, tenuit illud à Rege, neminẽ recognoscẽs nisi regem, & tale feudum, siue quia cõtinet in se vasallos, vt notant Isern. & cęteri ibi, & in constit. post mortem. siue quia est registratũ in quinternionibus dohanæ, stat in propria natura feudi quaternati. Alio & secundo modo dicitur feudum quaternatum, non simpliciter, sed secũdum quid, vt dicit Iser. in cõst. vt de succesionibus. in prin. & in c. j. de natur. succ. feu. col. vj. ibi, principium ergo constitutionis, etc. Ẽtenim cùm principes, duces, Marchiones, & comites non possunt subinfeudare, nedum alienare castra, & alia feuda habẽtia vasallos, vel feuda magna etiam nõ habentia vasallos, nec etiam non solita subinfeudare sine assensu regis, vt in cõstit. constitutionem diuæ memoriæ, ipse Isern. dicit, euenire solebat, quòd comites desiderantes gratos se ostẽdere seruitoribus suis, cupiebant talia feuda eisdem subinfeudare, & in hoc etiã opus erat regio assensu, qui rex assentiẽdo dare videbatur, l. lege obuenire. ff. de

de verb.sign. Et hanc ob rem, cùm subinfeudatio nõ fiebat à solo barone, nec à solo rege, sed ab vtroque, sicut hodie etiam fit, quòd regiſtrantur aſſenſus nedum in cancellaria, ſed etiam in regia Camera, ad effectum vt ſciatur quæ feuda ex cõſenſu regis tenentur, ita tũc omnia hæc regiſtrabãtur in regiſtris donanæ regis, vt conſtit. poſt mortem. dicit, quę hodie in quinternionibus archiui conſeruantur, ne fortè tu quoq; decipiaris, quòd feuda quaternata illa ſint, quæ in cedularijs adoę continentur, qa loquitur de quinternionibus archiui, vt dñs Iacob. de Aiello in ſuo tract. adoę & releuij notat. Et dum ſic conſentiebant, inducebatur ex hoc actu conſentiendi & regiſtrãdi, quòd hæc feuda dicebantur quaternata ſecundum quid, quia dum non poterãt dici ſimpliciter quaternata, quia non ſimpliciter tenebantur à ſolo rege, ſed à Barone, & nihilo minùs reperiebantur regiſtrata in quinternionibus, vt dixi, propter hanc qualitatem nuncupabantur ab Iſer. feuda hæc quaternata ſecũdum quid. Sed quo modo ſecũdum quid? hoc eſt, quia etſi in quinternionibus regijs ſunt deſcripta, & ſic regis voluntate & gratia illa habent (vnde dici poſſunt qua-

ternata, quia omnia castra & feuda descripta in quinternionibus sunt quaternata, vt per Iser. in dicta const. post mortem. & in c. j. de controu. feu. apud par. ter.) quia tamen non minùs etiam à barone habent, & sic ab vtroq;, sunt quaternata nõ simpliciter, sed secundũ qd: & hoc est, quod voluit in effectu dicere Iser. in d. cõst. vt de successionibus. ibi, vel alijs, scilicet, in capite quo ad quid, vt quaternatum, ab alio tamen, etc. scilicet tenet. Et iste est verus sensus, quẽ ita etiam declarat Isern. in const. si quis baro. dum dicit, quòd ex quo rex tenetur consentire, vnde videtur dare, l. lege obuenire. ff. de verb. sign. & in authẽ. de defens. ciui. §. interim. quia consensus registratur in quinternionibus regijs, consensus regis quaternabit istud, quia rex consentiendo videtur donare. Et animaduertens, quòd aliud est dare consentiendo, quàm dare principaliter, vt in suo articulo suprà diximus in princ. istius l. videns, quòd vno modo est quaternatum, quando consensit duntaxat, quia tenetur ab vtroq;, & alio modo est quaternatum, quando principaliter ipse cõcessit, eo quòd primo modo dicitur quaternatum secundum quid, & secũdo modo dicitur simpliciter

pliciter quaternatum, euomuit hæc for malia verba: videlicet, Sed feuda collata à rege dicuntur quaternata, quasi simpliciter sint quaternata, & non secundum quid. Et ita intellige doctrinam Isern. ibi, quicquid dixerit Afflict. in decis. cclxxxij. in ij. colum. ibi, pro conclusione huius quęstionis fuit concluſum, etc. Quia semel alienato feudo cum consensu regis, semper requiritur assensus vtriusq;, vt super Iser. in princ. istius legis dixi, & omne feudū alienatū cum consensu regis, quando subest feudo baronis, aut comitis, dicetur quaternatum secundum quid, secundum Isern. in dicta constit. si quis baro. Quem ordine turbato Afflict. non intellexit. Bene verum putarem, quòd licet collatio principalis faciat feudum quaternatum simpliciter, vel consensus in feudo, quod subest baroniæ, faciat feudum quaternatum secundū quid, tamē res subiectæ feudo, vt sunt feuda plana, attenasiæ, & similia, remanebunt in sua natura, quoniam illa non alterantur. Ita notabiliter dixit iste bonus senex Afflict. in constitut. statuimus. in quarto notab. in constitut. regni, quem sequimur. Qui sensus, vt hoc modo intelligamus speciem feudi quaterna-

ti ſecundum quid, ſi nulla alia ratione tenẽdus eſt, hac ſola teneri debet, q, fiſcales paulò ante nos adinuenerũt cautelam, quòd quando Baro vult ſubinfeudare aliquid de ſua Baronia, & impetratur aſſenſus regius, ponunt clauſulam, videlicet, dum tamen immediatè, & in capite à regia curia teneat: nam illud tenere in capite, erat priùs ſine iſta dictione, immediatè. quia in capite tenetur à rege, quod ab eo, vel ab alio barone eo conſentiente tenetur, vt in cõſtit. vt de ſucceſsionibus. & ibi glo. & Iſern. & in d. c. j. de nat. ſuc. feu. Sed addiderunt aliud verbum, videlicet immediatè, quaſi nullo modo teneat ab alio. Et ſic aliud eſt tenere in capite, quia ſiue teneat à rege, ſiue teneat à Barone, in capite tenet: aliud eſt tenere immediatè in capite, quia tunc à ſolo rege tenet. Per quæ vides feuda quaternata ſimplicia eſſe illa, quæ immediatè tenẽtur à rege: feuda verò quaternata ſecundum quid, eſſe illa, quę tenẽtur mediatè à rege, immediatè autem à comite, vel Barone, & in quinternionibus regijs deſcripta ſunt. Nec tamen propterea erres, quòd ſi adeſſet aliquod feudum in regno, quod conſtaret eſſe feudum, & non doceretur à quo tenetur,

tur, quin præsumatur teneri à rege, etiã quòd non sit descriptum in quinternionibus, nec sit castrum: quia sicut non dicto de titulo singulari, quod est in feudum, præsumitur ipsius feudi, vt probaui suprà in articulo de feudo Franco, ita & pariformiter erit in toto regno respectu ipsius regis: quod nota, quia in omnibus istis haberet locũ const. vt de successionibus. & errant qui dicunt, q, const. illa habet duntaxat locum in feudis quaternatis, quia habet locũ in omni feudo quod tenetur à rege, ibi, à nobis. dic tu verè, vel præsumptiuè, vt dixi, vt sentit quoq; glo. in const. post mortem. in verbo, munificentiæ. quòd quaternata, & non quaternata aperiantur regi: nam & non quaternata teneri possunt à rege, vt decis. cclxxxij. Quib. sic discussis, vt videamus quæ nam opinio ex ipsis duabus glo. vera sit, iterum præmittendum est, nos regulas habere nedum de iure communi feudorum, vt in l. ista, §. illud. sed etiam de iure Ciuili, vt suprà dixi, vt feudum ei aperiatur à quo tenetur. Rursum in regno nostro constitut. si quando. allegatam, de homi. bar. poss. ter. dema. & aliam cõstit. si quãdo. de pen. foriu. simpliciter statuisse, vt feuda quę vasallus tenet à barone,

eo delinquente aperiantur baroni: sciuisset namque rex dicere, si tenet à solo barone, vel ab vtroque. Sed quia indistinctè loquitur, indistinctè iura illa sunt intelligenda, vulgata l. de pretio. ff. de Public. Ex quo aperta elicitur cõclusio, feudum omni iure aperiri ei à quo tenetur: nec aliquo iure inueniri, vt si tenetur à comite, vel barone, subfeudatario delinquente aperiatur regi, nisi in hac const. post mortẽ. secundum intellectũ eorũ. Quocirca necessum est, vt istius cõstitutionis verum intellectũ videamus, & si talia dicit, prout ipsi sentiunt, quia omnia hæc iura corrigerentur: quod ferendũ nõ est, nisi manu hoc tangamus. Etenim si rectè ponderamus verba tex. in ea cõstitutione, verbũ nullũ de hoc habemus, q, aperiatur, vel nõ aperiatur, sed tantùm ex arg. glo. & Doctorum hoc percipitur, dum volunt arguere sic: Spectat collatio ad regem linea finita, ergo ei aperitur: ei aperitur in hunc casum, ergo & in simili si per delictum perdit feudum, regi aperitur, argu. l. gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posth. Quæ consequentia falsa est, eo quòd ille text. cõstitutionis, post mortem. non potest ponere nisi tres intellectus, quos sigillatim enarrabo, &

Tres intellectus cõstitutionis, post mortẽ.

ex

ex vnoquoque colligemus, vt iura baronis semper remaneant illæsa. Primus, vt tota constitutio loquatur, quando tenens feudum sine filijs mortuus est, vt tunc feuda quaternata solus rex conferat, & ei aperiantur, comes verò non habeat ab eo cui de nouo fit infeudatio, nisi illam intraturã, vt ita loquar, ad instar releuij, prout sentiunt Isern. & prima gloss. Quod quidem penes me satis durum est, cùm nullum lucidiorem habeamus text. quòd debeatur releuium const. illa, vt ex ea nunc sumamus contra regulas artis, vt releuium, quod debetur post mortem, vt declarat Isern. in c. j. §. similiter. de cap. Corra. & nullo modo inter viuos, nisi quãdo pater refutat omnia feuda filio, releuium, inquam, quod præstatur in releuamen inuestituræ confirmatoriæ, quam inuitus compellitur dominus facere, vt in c. j. per quos fiat inuest. vt nũc dicamus, quòd releuium debeatur in prima infeudatione, & per actum inter viuos, quodq; litera dicat releuiũ, & velimus impropriare literam, quòd sit quædam intratura in releuamen baronis, qui dat possessionem tantùm, & nihil aliud facit, & corrigere tot iura, vt suprà præmi simus. Atqui vbi authoritas istorum

Primus.

hæc fateri persuadere poterit ? Dic longè interesse feudum conferri à rege, vel quòd ei aperiatur: quia si confert, in hoc tantùm grauatur comes, vt compellitur illum habere in vasallũ, quem rex elegerit, nec aliud dicit litera, sed quòd releuia futura præter illam intraturam & seruitia sint regis, hoc non dicit litera: remanent ergo in dispositione iuris communis, & vtilitatem ipsius comitis, provt antè erant ante mortem vasalli qui tenebat feudum, & post mortem si habebat filios, vt Isern. in d. constitut. dicit post gloss. primam. Et quòd feudum non aperiatur ipsi regi, satis me mouet, quia rex feuda sibi aperta non compellitur subinfeudare: rex. est in constit. vt de successionibus. §. fin. vbi est casus: vnde si in d. constit. post mortem. ei aperirentur, vtiq; hoc exprimeret, nec in illa causa tantùm se astringeret, vt ex iusione nostra, quib. prędicta assignari debeant, iniungatur, postquam si ei aperiebantur, illa cõferre non compellebatur: quam ob rem dicemus, quòd sola personæ electio regi sit reseruata, quia verba in legibus maximè ponderari debent, postquam consultè promulgantur. Nec minùs me mouet etiam, quia Comes priuare-

tur

tur eo quod non conceſsit, eo quòd nil aliud fecit, niſi ſubalternare ſuum vtile dominium in alium feudatarium reſeruato ſuo iure ſeruitiorum & reluiorum, ac cæteris, de quibus in l. iſta, §. illud. Quę quidem omnia in caſu dictæ conſtitutionis, poſt mortem. eidem præſtantur, donec vaſallus viuit, vt dicunt Iſern. & omnes ibi, & ſi regi aperiretur, omnia hæc vaſallus amitteret. Quo caſu ſequerentur duo abſurda: alterum, quòd actus operaretur vltra intẽtionem agentium, contra l. non omnis. ff. ſi certum pet. alterum, quòd non extingueretur ius ſuum, vel eſſet perpetuum ex iure proprio, ſed ex iure alterius, id eſt, vaſalli: quod quidem eſt contra dicta Iſer. & omnium, in c. j. qui ſucceſſ. ten. dum in ſimili cõcludunt, quòd ius cauſatum mihi emptori qui habeo filios, non perimitur ex iure venditoris qui mortuus eſt ſine filijs: tum maximè, quia non minùs rex aſſentiẽdo ius meum reſeruauit mihi, & hæredibus meis in infinitum, iuxta l. ſi pactum. de probationib. quàm trãslationem feudi fecit perpetuam in illum qui à me feudum accepit, maximè ſi hoc expreſsit. Vnde tenendo hunc primum intellectum, quem ipſi tenẽt, ex eo nihil aliud

elicimus, nisi quòd rex eligit personam, & dominus compellitur ipsam inuestituram executioni demandare, iura tamẽ omnia comitis sunt salua, & præter hæc intraturam caperet ab infeudato. Quo quidem modo diceremus, feudum in effectu aperiri comiti.

Intellectus constitut. post mortem.

II. Secundus verò intellectus, vt intelligimus illum textum in baronia, & loquatur litera, quando reliquit filios, vanus satis est, præsertim de apertura, quia vt gloss. & Isern. ibi dicunt, aperiretur filijs, vt in constitut. vt de succesionibus. etenim si intelligeretur principium sine filijs, adhuc diceremus in illo, provt in præcedenti intellectu dixi, vt sicut non tenet consequentia, facit inuestituram, ergo ei est apertum: nec etiam quia præsentat personam, ideo est ei apertum, quia postquam baro non poterat solus hoc facere, vt in constit. constitutionem. vt declarat Isern. in c. j. de controu. feu. apud par. ter. & in l. ista, quia persona debet esse accepta ipsi regi, l. fin. ff. de vsu & habit. in hoc solo grauaretur comes, vt cõpellatur subinfeudare, quando non reliquit filios, vt etiam in præcedenti intellectu, vel inuestituram confirmatoriam facere, vt in c. j. per quos fiat inuest. quando reliquit

quit filios. Tertius autem intellectus, quòd rex & Baro faciant illum actum rege eligente, adhuc idem præstaret, post quam iste feudatarius tenet ab vtroque: omnes certè hi tres intellectus in effectu idem sunt. Vtcumque tamen teneas, si veram feudorum sententiam sequimur, nihil de nouo per const. illam inducitur, nisi quia cogit comitem ad sub infeudandum feudum apertum, cui rex voluerit. Et postquam in cingulo militari, quod regi debetur, allegamus capitula Honorij, minimè in hoc casu illa reijciamus, ex quibus iste intellectus magis apertus nobis traditur, vt Isern. ibi, noster Auriga, dicit, vt non, quod fit, sed quod fieri debeat, intueamur. Vult namque capitulum Honorij, quòd etiam ipsa electio, quæ fit à rege, fit ad præsentationem ipsius baronis: quod valde obseruandum est. Et si tu fiscalis, cuius anima requiescet in pice, adhuc dicas: Nos capitula illa non attendimus, nisi quatenus faciunt pro rege, negare tamen non poteris, quin si præsentare & eligere simul sint regis, cætera omnia perpetuò remanẽt baronis: pro quo affero Iser. in tit. de cap. Corr. §. pręterea. in vltima addit. parua, in fin. qui hæc aurea verba euomuit. Sed feudum quaternatum ba-

Intellectus III. const. post mortem.

roni excidẽs rex cõfert tenendũ à Barone, vt in const. post mortẽ. idẽq; declarauit Iser. in c. si verò. §. hęredes. col. j. vers. patet ergo. de pa. ten. vbi dicit, q, aperiatur domino mediato regi, nõ aũt baroni, vt in cõstit. post mortẽ. quasi quo ad hoc ei aperiatur, nec intelligas vt ex hoc, qa confert, omnino ei aperiatur, sed quo ad hoc dũtaxat, provt semetipsum declarat Iser. in §. illud quoq;. col. j. vt ratione soli us collationis regi aperiatur. Sic. n. Lucas quoque hoc declarat in l. j. col. ij. ver sic. cæterùm. de peti. bon. sub. Itaque intellige Isern. in c. j. §. similiter potest. col. j. in fin. quòd aperiatur ratione nudę col lationis, in tit. de cap. qui cur. ven. aliàs loqueretur contra text. in constit. post mortem. vt suprà declaraui. Hactenus de feudo quaternato secundum quid. Sed quid dicemus in feudo plano, & de tabula simplici, quod ad solam collationem baronis spectat? Item quid in feudo quaternato simplici, quod stat per se, non suppositum territorio alicuius baronię, & ad solius regis collationem spectat? Quia hæc cumulantur in decis. sacri Consilij cclxxxij. ne longiorem deducam hunc articulum, quàm decreueram, ad ibidem dicta me remitto. Cui ad do vt videatis etiam cons. Bellame. xv.

illudq;

illudque legite totum. Cæterùm quid in feudo quaternato simplici, quod conceditur immediatè à rege sine aliquo facto baronis? Et in hac specie feudi sic distinguendum puto: aut confertur à rege, tanquam separatũ à feudo comitatus, hoc est, quia nihil commune habet cum feudo comitatus, nisi quia est in circuitu territorij sui: & tunc, quia non est inconueniens quòd in circuitu vnius feudi adsint bona burgensatica, nedum aliquod feudum distinctum, vt suprà in articulo de feudo franco declaraui, circa hoc nullũ habemus dubiũ, vt aperiatur ipsi regi, per tex. in l. ista, §. illud. qa ab eo scilicet rege tenet, vt. s. ꝓbauimus. Aut & secundò cõfertur à rege, nõ tãquam separatũ, sed tanquã subfeudũ ipsius comitatus, qd̃ vacauit moriẽte aliquo Barone, post mortem comitis, vel ante, & nõ erat collatũ, & curia tenẽte postmodũ comitatũ in demanio, quia vacauerat comitatus, rex illud cõtulit, & postea iterũ comitatũ subinfeudauit. Et in hoc secũdo casu Moderni Neapolitani in dicta cõst. post mortẽ. post aliquas conclusiones in fine cõcludũt, vt aperiatur illi comiti, cui de nouo est facta concessio. Mouẽtur primò ex doctrina Bal. in tit. de pace Cõst. §. hoc qd̃ nos. vers. inuestiturã. & Isern.

in conſt.dignum.Cui addo, quòd eandem opinionem Bal. tenuerunt Felin. in c.cùm non liceat.col.iij.de pręſcript. & Franc.Paui.in ſuo tract.de ſed.vac. in vlt.apoſt.nos tamen tenemus contrarium,quia doctrina Bal. & ſequacium ad hoc nõ meretur allegari, eo quòd idem Bald.dicit ibi,quòd Papa conceſſerat vt rex, & ſi rex concederet vt Comes,idẽ eſſet,ex quo in ſua volũtate eſt, quo modo hoc feudum concedere vult, vt dicit Iſern.in l.iſta,§.præterea ducatus. verſi. ne dominus.nam illam dat naturam feudis,quam vult,c.j.de vaſ.decrep. æta. & c.primo,de feu.non hab.propr.nat.feu. cum concor.& per Iſern.in c.j. in proprijs terminis,de contro.feu. apud par. ter.Nos autem loquimur in dubio, & tunc quia hoc feudum comitatus efficitur proprium patrimoniũ ipſius regis, nec amplius eſt comitatus, neq; feudũ, vt dicit Iſern.in c.j.§.huius autem generis.quibus mod. feu.amit. aliter diceremus,nempe vt non veniat in collatione comitatus, vt in ſequenti capite etiam probabo.Nec obſtat doctrina Iſer. in d. conſt. dignum. quia licet in principio Iſer.dicat illud quod Afflict. dicit, tamẽ in fine more ſuo facit vnum argumentũ, & tenet contrarium,per text.in l.ſi quis

ædes.

ædes.ff.de seruit.vrb.præd. Quam opinionem tum maximè veram esse existimarē,cùm rex illnd exprimeret, quòd à se immediatè teneret, & in capite: nam illam huic rei per talia verba dedit naturam; vt sit feudum quaternatum,secundum Isern. in locis suprà allegatis: quia licet res videatur stare in sua natura, nisi probetur alteratio, secundum Isern. in c.j. §. huius autem generis.in quibus cau. feud. amitt. & Bald. in c.j. §. præterea. in tit. quid sit inuest.tamen satis docetur alterata, si voluit vt in capite detineatur,quia verba debent intelligi propriè,vt verè in capite teneatur, & non impropriè,id est,secundum quid,l. quęsitum.§.illud.ff.de leg.iij. Hūc enim in modum ponderandus est passus iste, quicquid dixerit Afflict. in d. decisio. cclxxxij. Aut & tertiò hoc non erat feudum distinctum,sed sic vacante comitatu rex cepit quandam partem territorij, & eam dedit in feudum. Et tunc tanto magis idem dicemus, quanto quòd in priuilegijs solent apponi clausulæ separantes,etc.& vt nullum recognoscat in superiorem,nisi nos & hęredes nostros, per ea quę dicit Isern.in d.versiculo,nec dominus.& in c.j. de contr. feud. apud par.ter.cum concor. vbi eam ob rē hoc

Verba propriè,nō impropriè intelligi debent.

confirmat, quia feudum tunc separatum est: pro quo facit bonus tex. in c. j. de capi. qui cur. vend. & ibi per Iser. Nam hac de causa vendito feudo & curti non veniunt ea quæ antea vendiderat, secundū Bald. in l. j. in fine, de rerum diui. & in d. c. j. & per Franc. de Aret. in consil. xv. Prædicta tamen limitantur, nisi rex concederet hunc comitatū cum feudis quaternatis, & non quaternatis, cum alia clausula, videlicet, ita quòd omnia feuda quæ tenentur immediatè, & in capite teneantur à comite, & ab eo inuesti-turas petant: quoniam concedendo cū istis clausulis feuda ipsa, licet segregauerit antea illa feuda ab vtili dominio comitatus, quia tamen non segregauit illa à territorio ipsius comitatus, per tale priuilegium expressum potuit ius suum dare etiam directum in regno, vbi est consuetum alienare iura etiam directa in præiudicium coronæ, vt toties vidimus per doctrinam Abba. in c. auditis. Extra. de præscript. Pro quo pon deraui suprà text. in c. j. §. ex eadem. de lege Corra. & ibi Isern. col. ij. Quia licet extra regnum hæc disputentur longa disputatione per Doctores in locis allegatis, & per Modernos in suis tractatibus, tamen propter consuetudinem in regno

regno non disputamus. Idēq; putarē, si rex diceret, donamus tibi feuda quaternata, nihil nobis reseruātes, quia licet ea quæ sunt de regalibus, in specie sint exprimēda, vt in c. in generali. si de feu. fue. controu. & in c. in generali. de offi. vica. in vj. in cōst. dignum. & in const. ea quæ ad decus. tamē ex mēte cōprehenditur, licet per æquipollentia verba fiat. Ita in particulari dixit Bal. in c. j. de pace Cōst. §. hoc quod nos. col. iiij. in fine, in verbo, inuestituram. & Isern. in c. j. qui succeſſ. ten. col. iiij. ibi, sed concedere emptori, etc. per text. in l. mulier. §. j. ff. ad Trebel. & C. de inst. & substit. l. si mater. Et fuit etiam de mente Alber. in l. fin. C. de iurisd. omn. iud. Quia licet assensus non recipiat extensionem in æquipollenti, nec in minori, vt per Isern. in l. ista, in princ. col. iij. illud tamen æquipollens est intelligendum, quod in mente non est comprehensum, vt ibi dixi: nam in hoc latissima fiet interpretatio, vt dicit Isern. ibi, in princ. iij. col. per text. in l. fin. de constit. princ. Cùm enim concedit rex talia priuilegia cum istis clausulis, tali modo feuda concessisse videtur: quia licet sint de se separata à iurisdictione comitis, quia subsunt iurisdictioni regis, sunt tamen in territorio eius:

Regalia in specie concedēda.

Extensionē in æquipollenti, & minori, an recipiat assensus.

quam ob causam per tales clausulas concessa esse censentur, vt in simili dicunt glos. in c. cùm episcopus. de offic. ord. post text. & in Clemen. j. in verbo, anni. in princ. de æta. & qual. quòd si in loco exempto ab episcopo committitur delictum, episcopus cognoscit de tali delicto: quia si restricta est iurisdictio, non tamen restrictum est territorium: & ita in specie in concessione castri, quod, si vno modo denegatur, alia via concedatur, tenuit Bald. in c. studuisti. col. ij. de offic. leg. &, vt dicimus, quòd episcopus non habet authoritatem sedendi extra territorium, & tamen infra diœcesim sedet in loco exempto ab eius iurisdictione, vt notatur in Clemen. j. de foro cõpeten. modifica tamen prædicta, quando post illam clausulam, nihil nobis reseruantes. apponeretur alia, præter quàm ea quæ supremi dominij ratione nobis debentur. quia hæc clausula reseruaret ius conferendi, quod competit regi, vt regi, esset iure directi dominij, quod non transfert, vt in constitut. post mortem. Nec refert, quòd dominus Loffred. in c. filij. si de feu. fuer. controu. dicat, quædam regalia esse quę cohærẽt ofsibus principis, & cõcedi non solent, vt cudere monetam, & similia: quædam verò

Episcopus quid faciat in loco exempto.

Regalium uaria distinctio.

verò quæ alienari possunt, vt gabellæ & cætera, de quibus per Luc. de Pen. in l. j. C. de priuil. schol. col. v. quæ distrahi solent: ita vt ea quæ non solent distrahi, non veniant, arg. §. si rem. l. apud Iulianum. ff. de lega. j. & illa censeantur reseruata authoritate Luc. in loco prælleg. Quia tria sunt facienda capita: primum de regalibus, quæ non solent, nec possunt quandoque concedi, & in istis sumus concordes, vt non veniant: alterũ, quando aliqua sunt regalia, quæ tamen concedi solent, & subsunt rei concessæ, vt exigere gabellam in comitatu, & concesso comitatu illa veniunt: quem in modum intelligenda est doctrina Lucæ de Pen. tertium verò, quando hæc regalia nõ subsunt comitatui, vt est inuestire alium de feudo quaternato secundũ quid, & hoc non veniret, maximè in regno, vt in constitut. dignum. & in const. ea quæ ad decus. Idemq; putarem & fortiùs, vt comiti competerent, si in priuilegio diceretur, ita quòd feuda quaternata, quæ tenentur immediatè à nobis, teneantur à te vti per prædecessores tuos tenta fuerunt, & constaret quòd antea tẽta erant tanquam plana, & de tabula: quia tũc illa natura censetur expressa in hoc priuilegio, quod se refert ad illud primum,

per ea quæ habentur in l.j. C. de edend. in l.asse toto.ff.de hære.insti. & per Bar. & alios in Extrauag. ad reprimendum. quia de facili res reuertitur ad suam naturam,l.si vnus.§.si pactus.ff.de pactis.c. j.de pact.in vj. & in c. cum Apostolica. de his quæ fiunt à prælat. vt notat latiùs Fel. in c. cùm omnes. col. iij. Extra. de constit. Sed animaduertite quæso, quia si rex nil aliud diceret, nisi se dare cum feudis quaternatis, & non quaternatis(quia rex poterat duo facere: alterum,dare emolumenta tantùm, vt est in omni feudo quaternato secũdum quid, vt suprà latiùs declaraui, recitando omnes tres intellectus:alterum, quia poterat dare etiam ius præsentandi, & faciendi inuestituras,quæ potestas in feudo quaternato secundum quid ipsi regi conuenit,& non Baroni, vt de vtroque in d. const.post mortẽ.) si ita per istas clausulas dat feudum quaternatum, quod immediatè tenebatur ab eo, vt teneatur etiam à Barone,quia hoc dũtaxat cõcessit, non autem ius præsentandi, nec verba æquipollentia illud comprehẽdere possunt,nullo modo comes illud habere poterit,vt in d.constit.dignum.& in const. ea quæ ad decus. Nam stare potest vtrunque,quòd feudum quaternatum te-

Res de facili reuertitur ad suã naturam.

neatur à Barone, vt est concessum, & quòd ius faciendi inuestituras remaneat apud regem: & quia poterat hoc de facili dicere, & non dixit, neque expressè, neque saltem per æquipollentia verba, dicemus, vt cum instantia illud ius præstandi tacuerit, argu. l. vnicæ. §. fin autem ad deficientis. C. de cadu. toll. Vnde videtur concessisse, quòd remanente feudo in propria natura feudi quaternati secundum quid, ipsi comiti, quo ad omnes commoditates, ei in effectu aperiatur, & non regi, vt dixi: siquidem hæc natura per talia verba data est, vt ab vtroque teneat. Alterum autem, vt conferat, videtur prohibitum, argu. l. cùm prætor. ff. de iudic. & sub eadem natura remanente feudo, rex habeat ius præsentandi & confirmandi, provt secundum triplicem intellectum suprà firmaui. Vnum restat pro complemento istius articuli, si fortè constitut. illam posthac non examinabimus, an si illa subinfeudatio fuisset facta alteri comiti, & sic æquali, vel alicui principi & sic inæquali, si postmodum rex potuerit comitem submittere alteri comiti, vel principem comiti? vel si præsumitur, nisi expressè dixerit, quòd intellexerit de subfeudis tentis per Comitem? & in

Rex an possit unum comitem alteri comiti submittere, uel maiori aut minori domino.

hoc multa dicenda essent, quòd non cõprehendantur, de quibus in c. quia periculosum. de sen. excom. in vj. & in c. ij. & ibi gloss. de præbend. in vj. & in l. Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. & per Roma. in cõsi. cccxl. quasi quòd hæc non comprehendantur sub consuetudine, quæ vetat alienare directum dominium maiori, quia esset alienare æquali, vel minori, quod non vetatur, vt per Doctores in d. §. ex eadem. de lege Corra. & per Luc. de Pen. in l. j. C. de capi. ciui. Ad quæ facerent etiam ea, quæ habẽtur in l. j. C. de nouat. & in l. nec creditorem. eodem tit. Tamen quia hoc est iudicatum inter Illustrem Andream Carrafam comitem sanctæ Seuerinæ, & comitem Aielli in feudo Feroloselli & Cãpilongi existente in comitatu sanctæ Seuerinæ, quod, vt permittitur, erat concessum comiti Aielli, & comitatus sanctæ Seuerinæ fuit concessus Andreæ Carrafæ, & fuit iudicatum, quòd rex potuit ius suum donare dicto comiti sanctæ Seuerinæ, ideo in hoc casu hoc solo contentus ero, scilicet dicere, quòd non est inconueniens, vt maior dominus possit ratione alicuius particularis feudi esse feudatarius minoris. Et reliqua quę su per hoc addi possent, maximè quãdo est

conceſſum ius confiſcationis bonorum, videre in deciſ. cclxxxij. Hoc tamen non omittam, quòd ſi conſtitutio, poſt mortem. dat releuium Baroni in prima inueſtitura, ea ratione eſt, quia etſi inueſtitura prima dicatur contractus vltro citróque obligatorius, ſecundum Iſern. in v. q. in prælud. feud. tamen baro facit ipſam tradendo poſſeſsionem, & confirmando quod fecit rex, in quo amittit ius diſponendi de feudo, facto regis, & ex neceſsitate, propter quam neceſsitatem, ſicut quando ſucceſſori ſine alia cauſæ cognitione & contra voluntatem ſuam tenetur dominus facere inueſtituram confirmatoriam, quam pupillus quoque facere compellitur, vt in c. j. per quos fiat inueſtitu. & propter hanc neceſsitatem in releuamen ſoluitur ei releuiũ, vt in principio iſtius quęſtionis dixi, eodem modo baro qui facit actum ex neceſsitate, vt in conſtitut. poſt mortem. releuatur, vt in hoc caſu ſpeciali hac ratione habeat releuium ſicut in ſucceſsione, non tamén verum releuium, quia taxatur vt non habeat vltra decem vncias: vnde & hoc aliud emergit, vt illũd, quod dicimus, quippe in contractu non deberi releuium, verum ſit in contractu voluntario: ſic enim concordabimus cõſtitutionem cũ com-

muni opinione Doctorum, vt secũdum consuetudinem soluatur, in casu succes sionis medietas fructuum, & secundum eandem consuetudinem non soluatur aliquid in contractu voluntario, quia omnia videtur dedisse qui sibi nil reseruauit, vti in c. j. qui succesſo. ten. & in l. ista, Isern. dicit. Non obstat, quòd rex compellatur inuestire, & tamen nihil habet: quia si compellitur inuestire, non tamen hunc vel illum elegit, sicut Baro in specie electum à rege tenetur inuestire, nec liberam electionem habet. Sed aduersus hæc se opponebat quidam subtilis Doctor, dicens: si hoc esset verũ, sequeretur, quòd in sex casibus in quibus rex compellitur consentire in constit. si quis post litem. haberet releuium: quod quidem falsum est. Cui respondi, quòd rex non compellitur præcisè, sed de congruo debet consentire, vt dixi suprà in articulo, an feud. pigno. posit. placuit enim regi succurrere baroni, & non ei, in casu isto. ¶ Secunda conclusio ex dictis Isern. sit, quòd in feudis planis, & de tabula, quando alienantur de vno in aliũ, solus Baro cõsentiat. Quod ea ratione probat, quia refutatio fit soli Baroni, per constit. post mortem. iuncto c. j. de vas. qui contr. constit. Loth. Solus

Assensus in feudo plano cui competat.

ergo

ergo consentiet. Secundò per generalem consuetudinem, secúdum quam in regno hodie solus Baro consentit: quia quæ certam habuerunt consuetudinem, minimè sunt mutanda, l. minimè. ff. de legi. Et ita per has duas rationes residet Isern. hîc, & in constit. constitutionem diuæ memoriæ. in verbo, licentia. secundum quosdam. Sed rectè intelligenti Isern. non loquitur de feudo plano, & de tabula ibi, sed loquitur in principio de feudo quaternato secundum quid: & ibi, & vtrùm sit idem, etc. loquitur in feudo quaternato simpliciter, qđ ab alio tenetur, scilicet à rege. Ad idem allegatur gloss. in d. constitut. in verbo, licentia. quæ minimè facit, quia loquitur in feudo quaternato simpliciter, & secundum quid, vt declarat gloss. in constitut. vt de successionibus. & patet in constitut. post mortem. Nec possent in feudo plano, & de tabula, loqui, quia constitutio illa non habet locum, nisi in feudo quaternato simpliciter, vel secundum quid. Cum hac opinione transit Afflict. dicens, ita sacrũ Consiliũ determinasse in decis. ccxliij. & ita tenet ipse in cõst. constitutionẽ. & hîc. Tenẽtes contrariũ ponderát, quòd si de toto feudo non datur dispositio ipsi baroni,

ergo minimè de parte, argu. l. quæ de to ta. ff. de rei vend. nam consentiendo alie naret, l. lege obuenire. ff. de verbor. signi fic. Sed Isern. soluit hoc contrarium, di cens, quòd consideratio partis nō ita fit, sicut consideratio totius, vt super Isern. vobis declaraui. Soluitur etiam & secun dum argumentum, quia non loquimur de parte integrali, vt dicit litera ista. Quid tenendum? Dico prima facie ob stare opinioni Isern. quoniam si ea ratio ne, quia ei refutare posset, propterea so lus consentiat, sequeretur vnum, vt cùm etiam hodie feudum quaternatū in im mediatè succeſſurum refutari posit, vt in c. j. de alie. feu. pater. & ibi Iser. & idē Iser. in c. j. de eo q fi. fec. agna. & in d. cō stit. constitutionem. similiter cum assen su istius posset feudū alienari, quod est falsum: ergo & antecedens falsum. Cæterùm si sola refutatio hoc causa ret, sequeretur quòd de iure generali ex tra regnum solus immediatus domi nus consentiret, quod est contra doctri nam Iacob. de Ardiz. in titulo, nunquid suff. assens. gener. domini. quam nos ve ram esse ostendemus. Tertiò sequere turvnum, quòd semel feudo reuerso ad ecclesiam etiam infra quadraginta an nos prælatus posset infeudare, quia aperi-

aperitur ei: & tamen hoc est falsum, vt in c. primo, de his qui feud. dare poss. ergo, etc. His tamen non obstantibus teneo cum Isern. quia si baro potest solita bona excadentialia sub consueto seruitio alienare, vt ibi: ergo multo fortiùs & hoc facere poterit, hoc est, alienãti consentire, l. cùm quis. ff. de reg. iur. Secundò, quia exceptio in non exceptis firmat regulam l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pen. legat. Sed sic est, quòd in solis feudis quaternatis rex reseruat sibi assensum, vt patet in d. const. ergo satis ostẽdit in planis & de tabula solitis concedi hoc reliquisse Baroni. Et per hæc duo fundamenta ista conclusio probabitur, nedum ex consuetudine, sed de iure, & per text. in d. const. constitutionem. §. fi. vt suprà vnà cum Isernia ponderauimus. Quæ autem dicantur consueta, dixi aliàs vobis in ca. j. de his qui feu. dare poss. in princi. hîc non repeto. Non obstat primum argumentum, quia non est inconueniens, quòd prælatus non possit transferre beneficium integrum sine consensu Pontificis, & tamẽ bene particulares res consuetas locari, locare possit, vt in c. j. de his qui feu. da. poss. etiam in præiudicium sequẽtium, vt in c. fin. Extra. de solut. nam aliud est

alienare partem, quàm consentire in parte quæ ab alio alienatur, l. aliud. ff. de regulis iuris. Pro quo pondero aurea verba Isern. in constitution. mulier quæ dotarium. vbi vult, quòd licet vxor de feudo in dotarium dato non possit disponere, & post vitam finiatur, tñ res particulares feudi, provt ei à constitutionibus permittitur, in perpetuum locabit, per iura allegata per ipsum ibi. Concludamus itaq;, feuda quaternata simplicia quæ conferuntur à solo rege, non exigere cõsensum nisi solius regis, vt in const. constitutionẽ. in princ. feuda verò plana, & de tabula solita alienari cum consensu solius baronis, vt in d. const. in fin. feuda quaternata secundum quid, cum consensu vtriusq;: excadentialia autem in regno, solius baronis. Et ratio differentię est, quia si semel rex consensit, vt vasallus alienet certæ personæ, non extenditur ad alias personas, nec ad alios cõtractus: si autem lex præstat assensum, vt alienaret solita, vt in d. const. constitutionẽ. §. fi. perpetuò alienabit. Sed rogabis iterum, quare in feudo plano, & de tabula, lex remisit, q, si consueta sunt alienari, alienentur à solo barone? Dic, quia vt plurimùm hæc feuda sunt parua, & solẽnitas quæ requi

tur in magnis, vt in c.hoc ius porrectũ. x.q.ij. & in ca.fine exceptione. xij. q.ij. non extenditur ad minima, vt in c.terrulas.eodẽ loco.fic.n.tenent oẽs Doctores,vt aliter magna q̃ parua iudicentur, in c.ij. de his quæ fiũt à præl.fine cõfen. cap. Nec dicas, vti quidam fentiunt,vt ftent ad inftar burgenfaticorũ. Quia illos reprobauimus s̃.in fpecie feudi franci.Reliqua de feudis planis non confuetis alienari, dicemus in fequentibus cõclufionibus. Vnum tamen non omittã pro complemento materiæ,quòd fi feudum effet datum in dotem, vir ipfe repræfentaret baronis perfonam, & oía lucra caperet,fecundũ Capic. hîc authoritate Bar.in l.fi.ff.fol. mat. & Iaf.in l.fi. cxxxviij.col.verf.decimofeptimò quæro.arg.l.aut qui aliter. ff.qd̃ vi aut clam. C.de iure emph. ¶Tertia cõclufio erit, vt in feudo quaternato fimpliciter, folus rex confentiat,per tex.in conft. conftitutionẽ. in quo nullũ adeft dubium, nec debemus difputare: quoniã quæftio noftra eft, quando habemus plures dominos, non qñ folus rex eft:exempli gratia,cùm tractamus de alienatione caftrorũ,quæ omnia funt quaternata. Verùm in hoc capite hunc proponam cafum: Quid fi caftrum dirutum iam eft,

Affentire quis debeat in feudo quaternato.

& effectum inhabitatum, & cùm apertus esset comitatus regi, castrum istud sic dirutum vni concesserit, postea verò comitatū alteri donauerit, ita vt in futurum omnia sic ab eo teneantur, sicuti ante quàm comitatus aperiretur, tenebantur à comite mortuo, an hoc castrū dirutum debeat dici feudum quaternatum ? Quod ita iudicandum esse ea ratione prima, vt aiūt, facie videtur, quia omne castrum præsumitur quaternatum, secundum Iser. in const. post mortem. in constit. si dubitatio. in consti. nomen & normam. & ibi gloss. & in constit. si aliquis baro. & in l. nostra, §. illud. col. iiij. Sed vos tenete cōtrarium, quia castrum dirutum, quod tanto tempore, cuius initij memoria nō est in cōtrariū, non fuit habitatū, nec vt quaternatum fuit per Curiam tentum, quia nulla adoe, nullum releuium solutum fuit, mutauit naturam, arg. l. si vsusfructus. la prima, ff. quibus modis vsusfruct. amit. & ibi gloss. & Alexan. in consil. xliij. in primo vol. & facit c. reginæ Ioannæ. incipiens, sed pondus. vbi habetur, quòd ex destructione vnius castri dissoluitur cōmunio : quod quidem licet sit ratione æqualitatis seruandę, sat est quòd ex eo illud habeamus, vt desinat esse castrum

Nam

Nam si ea de re dicitur quaternatum, quia castrum, & destructo castro non dicitur castrum, vt dicit Innoc. in c. cùm ad sedem. de restit. spol. nec etiam dicetur feudum quaternatum, si neque in regestro archiui vel adoe reperitur, neque vt sit castrum, apparet. Rursum, si ideo dicitur quaternatum, quia ibi adsunt vasalli, qui sine iussu principis possideri nequeunt, vt notant Iser. & cæteri in c. j. in fine, de c. qui cur. vend. in c. j. de feud. March. & in c. j. de controu. feud. apud par. ter. & Luc. de Pen. in l. cùm neq;. C. de incol. lib. x. & in l. mulieres. C. de dign. lib. xij. per contrarium vsum non habitationis & deficientiæ vasallorum contrarium dicemus: & denique, quia si pauci vasalli non sunt in consideratione, vt propterea dicatur feudum quaternatum, secundum Isern. & alios in c. j. quis dicatur dux. in verfic. cæteri. in fin. multo fortiùs idem dicemus, nullis existētibus vasallis: quia natura vno vsu & modo, causata contrario vsu & modo, reuocatur, vt dicit Isern. in c. j. de his qui feud. dar. poss. ibi, bona titulata, non demensa, etc. col. ij. & deniq;, quia vltima qualitas attenditur, cap. cùm de beneficio. de præbend. in vj. Pro quo faciunt dicta Bald. in l. si mater. C. ne de

Natura uno usu et modo, causata contrario usu & modo, reuocatur.

ſtat.def.& notata in l.mella.§.ſed ſi alimenta.de alimẽ.leg.& cib.Quæ omnia ſatis perſpicua ſunt, quando vltimus ſtatus eſt certus.Sed quid ſi eſſet dubiũ, & non conſtaret de mutatione qualitatis, quia non tanto tempore deſijt habitari, ſed ſine ſolutione ſeruitij inhabitatum poſſeſſum eſt, & ſine vaſallis? Tunc dimiſſa diſputatione,ſi ſit præſcriptum,aut non,vt in conſtit.quadrigennalem.& in conſti. cõſuetudinem.cum concord. ad quæ me remitto, animaduertendum eſſet, ſi ſaltem conſtaret, quòd ſemel Baro ſolus contulerit, vel alienationi conſenſerit: quia ita reſpectu manutenendæ poſſeſsionis dicendum eſſet, per ea quæ notamus infrà in §.præterea ducatus.maximè ſi partes in inſtrumento dicerent, quòd poſsint alienare ſaluo aſſenſu Baronis, & nullã mentionem regis facerent: quia inſpecto illo tempore maxima præſumptio hæc eſſet, vt ſolus Baro conſentire debeat, poſtquam de aſſenſu Baronis per vnicum actum conſtat, & de aſſenſu regis nihil docetur. Sed quid ſi nihil de his conſtaret? Prima natura pręſumeretur durare, ſecundum notata per Iſern. in cap.j.de vaſal.decrep. ætat.aduerſus quam non obſtarent dicta in l. ij. C.de reſcin.

reſcin.vend.& in l.pretia rerum.ff.ad le gem Falci. quòd vltimus ſtatus attenda tur,per ea quæ paulo antè attuli, quia il la ſunt intelligenda, quando conſtat verè,vel præſumptiuè, de mutatione ſta tus in quo vltimo loco reperitur, aliàs præſumetur ſtatus, qui conſtat præſum ptiuè ex prima natura non mutata, vel tempore, vel ex noua qualitate à rege introducta. Non obſtant dicta domi ni Iacob.de Aiello in ſuo tractatu adoç, quem ſequitur dom. Loffre. quòd terra Sclauonum iudicetur habitata,vel inha bitata, provt ipſi veniunt & recedunt, & quòd ciuitas cum vaſallis aliter taxe tur in adoa, quàm recedẽtibus vaſallis: qa eſt intelligẽdum hoc reſpectu ipſius taxæ, quæ provt res ſtat tempore quo fit,ita iudicari debet, non autem quòd ex eorum receſſu deſinat eſſe feudum regis, & mutetur natura. Quæ cùm ita ſe habeant, quia conſtat de conceſsio ne comitatus & caſtri diruti, facta à re ge ante alienationem comitatus, dice mus in quæſtione propoſita,vt in comi tem omnia tranſeant, per ea quæ dicit Iſern.in c.j. col.pen. de contr.feu. apud par. term.ibi, etſi in terra ſua.etſi ſpecia tim reſeruatum eſſet, ſecundũ Iſer.in eo loco:& hoc quidẽ rectè,quia ad ſolũ re-

gem naturę mutatio ſpectat, vt in c.j. de feudo non hab. propr. natu. feud. & per Iſern. in c.j. col. penult. de contro. feud. apud par. term. in c.j.§. huius autem generis. in quib. cau. feud. amit. & in conſtit. honorem. ¶ Quarta concluſio ſit ſecundum Iſer. vt feuda quaternata ſecundum quid, non poſsint alienari niſi cum expreſſo conſenſu vtriuſque, & Baronis & Regis. Quod Iſern. probat primò, quia hoc vtrunque tangere poteſt, ergo vtriuſque cõſenſus requiritur, per iura allegata per ipſum hîc, præſertim per l. fin. C. de author. præſt. Secundò, quoniam ſi electio perſonæ inueſtiendæ de feudo quaternato, quando aperitur mortuo vaſallo, vel alio modo, ſpectat ad regem ſolũ, iuxta terminos cõſt. poſt mortem. hoc eſt exorbitans à lege communi feudorum, & contra omnes leges mundi, quòd res mea, & illud vtile dominium meum me inuito alteri, quem rex elegit, detur: quo fit, vt ſaltem ſuos limites non excedat, arg. l. ius ſingulare. ff. de legi. & in l. cùm quidam. ff. de lib. & poſth. & Baro etiam conſentire debeat. Et cum hoc argum. tranſeunt Barth. de Capua, & Moderni Neapolitani in dicta conſtit. poſt mortem. nullam facientes mentionem Iſern. hîc.

In feudo quaternato ſecundum quid, utriuſque conſenſus requiritur.

Cui

Cui opinioni accedimus & nos, quandoquidem seruitia & releuia sunt Baronis, vt in d. constitu. post mortem. vnde prouenit, vt sine facto vasalli ab eo auferri non possint, l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. quia in bonis hoc est, si faciliùs res mihi debitas exigere possum, l. fideiussor. ff. qui satisdare cog. nam contra voluntatem suam etiam in meliori commutando non potest vasallo nocere, sicut nec vasallus domino, vt dixi in princip. tex. in verbo, minuebatur. arg. c. j. de noua for. fidel. in fin. Debet ergo vterque consentire in feudo quaternato secũdum quid. Et intellige sanè hoc feudum quaternatum secundum quid, siue cõsideres vnum castrum quod subsit alicui curti principatus seu comitatus, siue cõsideres aliquod castrum per se solum, quando alienata esset aliqua quota pars cum assensu regis, cum hac qualitate quòd retineat hunc secũdum in vasallum. Ex quo correlariè infero, falsam esse opinionem illorum, qui volebant vt in feudis planis & de tabula, quando Baro recusat consentire, vt solus rex possit præstare assensum, ponderãtes, quia quod potest inferior, potest & superior, moti ab his quæ dixit Ioan. Monaci in c. si eo tempore. de elect. in

vj. quem sequuntur Bal. in c. j. de his quĩ feud. dare poss. & omnes relati per Fel. in c. ad audientiam. Extra. de præscr. & per Franc. Curt. in suo tract. chart. xv. in tit. an præl. super. poss. in feu. sin. conse. præl. infer. cum duobus titul. sequent. quippe vt Papa concurrat cum omni prælato: vbi citat etiam cumulata per Felin. in c. quę in eccleſiarum. in pen. & vlt. col. in tit. de constit. Quia si hæc sententia vera est in casu suo, in feudis tamen falsa est, secundum Bal. in l. ex placito. de rerum diuis. vbi dicit, causam proximã magis attendi, quàm causam remotam, vt notat Curt. in prealleg. loco, & Moder. in c. j. de his qui feud. dare poss. Non quidẽ dominus solus de vno lapide posset disponere in præiudiciũ vasalli viuentis, donec ipse viuit, sine cõ sensu vasalli, vt in c. j. qui succeſſ. tene. & in c. j. de cler. qui iur. fer. cum concor. Nam si hoc esset verũ, posset dominus quandocunq; reuocare feudum: quod est hæreticum in materia feudali, quia regulariter nec vasallus solus refutabit, nec dominus reuocabit, vt not. in c. j. de vasal. qui contra const. Loth. & in c. j. §. notandum. de his qui feud. dare poss. & in c. j. de capi. qui cur. vend. Itaque hoc confirmo, vt si extra regnum dominus

Hæresis in materia feudali.

concess-

concesſit ſemel, vt feudum alienaretur, ſi poſtmodum iſte vaſallus voluerit aperto feudo alteri alienare, vterque iterum debeat conſentire, ſecundum Iac. de Ardiz. in tit. nunquid ſuff. aſſen. mando. quia vtriuſque intereſſe verſatur, vt præter dicta per Iſern. hîc latiùs dicemus infrà eadem l. noſtra, §. illud. ita quidem, vt his rationibus non ſolùm hæc in feudis quaternatis vera ſint, verùm etiam in feudis planis, & de tabula non conſuetis locari, vt vterque debet conſentire. Quod qualiter intelligatur, quod ſit conſuetum, vtrùm quòd ſoli Barones conſueuerint illud facere, vel quòd initium habuerit hęc conſuetudo ab vna licentia regis (quicquid dixerit Afflict. in conſtit. conſtitutionem diuæ memorię.) dicatis vos, quòd cõſuetudo debet eſſe baronum in eiſdem rebus, & ad hoc ego pondero vobis tex. notabilem in c. primo, de his qui feud. dare poſſ. vbi litera ſatis eſt aperta, quæ permittit quòd res eccleſiæ poſſint infeudari, ſi conſuetudo eorum feudum dare fuerit: eorum ergo in eiſdem rebus eiuſdem eccleſiæ, non aliarum. Quod ſatis eſt de mẽte Mart. dum vult, q, generalitas §. callidis. in l. iſta non extẽdatur ad eccleſias, niſi in ſpecie ipſę cõſueuerint.

Quod probo, & alio fundamento. Nam si ea ratione, quia initium habuerunt à licentia regis, & postmodum sunt effecta excadentialia, solus Baro concederet, sequeretur quòd etiam feuda quaternata secundum quid, quando excadentialia fiunt, concederentur à Barone: quod est contra ea, quæ firmauimus suprà: ergo vox, cõsueta. intelligitur de consuetis per Barones duntaxat sine facto regis, & in eisdem rebus. ¶ Quinta conclusio sit, vt tãetsi mortuo subfeudatario tenente feudum quaternatum secundum quid, feudum aperiatur Baroni domino immediato, vt in constit. post mortem. hoc tamen nunquam habeat locum, vt possit fieri, quòd ad Baronẽ perueniat per viam refutationis. Ita sentit Isern. hîc motus hac ratione, quoniam si hoc esset verum, vnusquisque ad fraudandum regem refutaret Baroni. Sed si Iserniam interrogemus, quæ fraus poterit considerari per hanc refutationem? Isern. idcirco non respondebit, quia nulla considerari posset. Etenim si mortuo hoc infeudato inuito rege feudum reuersurum esset ad Baronẽ, vt in dicta constitu. quomodocunq; reuertatur, non refert quid ex æquipollentibus fiat, argum. l. fin. §. fin. ff. mand.

Refutare non licet feudũ quaternatũ baroni

quo-

quoniam inquit Philosophus, cùm habemus finem, non est curandum de modo. Rursum, quia nos habemus text. in c. primo, de alie. feu. pat. & in c. primo, de eo qui fin. fec. agna. vt feuda possint refutari sine assensu regis immediatè successuro: sed sic est, quòd iste Baro immediatus dominus, esset immediatè successurus tenenti hoc feudum quaternatum secundum quid, vt in dicta constit. post mortem. ergo ei poterit fieri refutatio. Domini, Isern. in hac re non allegat legem, sed quia tãtæ est authoritatis pe nes me, & omnes qui ipsum intelligũt, vt eundem quasi pro lege habeamus, pro inuestiganda hac fraude quinque faciamus capita. Primum, quòd ista fraus consideraretur ab Isern. vt refutaretur baroni, vt ipse baro solus postmodum alteri concedat: & hoc caput est falsum, quia indubitabile est Baronem non habere collationẽ feudi quaternati secundum quid, ei aperti. Vnde si nullo modo posset hoc facere, quæ fraus considerabitur? Secundum caput est, quando dominus non est immediatè successurus, quia qui tenet feudum, habet filios, vel alios hæredes, quibus rex consentiendo dedit, vt in §. etsi cliẽ tulus. de alien. feud. quo casu iura con-

traria non permittunt refutationem. Nam non minùs est datum sequẽtibus, quàm huic refutanti, secundum Iser. in c. primo, versiculo, & olim. de succes. feud. & in §. præterea ducatus. col. iiij. & sic alter est immediatè successurus. Vnde esset magis alienatio de persona vasalli ad baronem, quàm refutatio: quæ quidem alienatio non potest fieri sine assensu regis in hoc feudo quaternato secundum quid, vt in dicta consti. post mortem. & in constit. constitutionem. Fraudaretur ergo rex, si sine assensu suo taliter alienaretur. Et sic intelligendo, magna esset ampliatio, provt est ad d. c. j. de alie. feud. pater. vt ista refutatio minimè fiat ei qui immediatè nõ est successurus, etiam quòd sit dominus immediatus: quod notate. Et pro hoc ponderate dicta Felin. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. in penult. & vlt. col. vbi dicit, quòd feudatarius non refutat feudum capitulo, quia capitulum nõ est verus immediatus successor cui refutatur: quod non esset adimpletum in persona domini existente filio feudatarij viuo, vt dixi s̃. in articulo de refutatione feudi. Tertium caput est, quando solus esset feudatarius, & Baro esset immediatus successor, sed aliud aderat, quia

quia erat electa industria personæ, vt dicemus infrà eodem capitulo nostro, in §. firmiter. col. ij. super Isern. fortè fraudaretur tunc dominus, vt vasallus qui habuit feudum gratia vtriusque, possit solus refutare, contra notata in cap. j. de vasal. qui contra constit. Loth. Quartum caput sit ponderando const. illam, post mortem. nam illa constitutio duo vult, si rectè ipsam inspicias: vnũ, quòd mortuo barone non inuestiatur alter sine expressa licentia regis: alterum, quòd resoluto iure tenẽtis per mortem nemo audeat feudum capere, nec in eo se intromittere, quantumcunque secundum quid à rege & Barone teneatur. Posset & quintò considerari, quòd sicut resoluto iure datoris per mortem, Baro se intromittere non potest: ita etiam resoluto per viam refutationis nequaquam Baro se intromittere possit: ratio, quoniam si rex vult, vt successor ex voluntate sua intret feudum, admissa via refutationis, per quam sine licentia regis Baro intraret feudum, posset eadem via lædi rex, vt sine eius scientia feudum hoc ad alium perueniat: vnde damnosum esset ei, quod contra voluntatem suam fieret, l. fi. ff. de vsu & habitatione. & hæc fraus excogirari posset:

sufficit ergo, quòd aliquo modo in re vel in voluntate dominus lędatur: & capias illam fraudis speciem, quæ magis casui tuo accommodabitur: hanc enim ob causam hæc omnia scripsi. ¶ Capio Isern. in versiculo, dicitur in summa. Et pro declaratione ipsius debes præmittere, quod Iaco. de Ardiz. in titulo, nun quid suff. cons. ma. do. in verbo, nisi fortè. dicit, quòd licet ipse cõcurrat, vt concludit, quòd requiratur assensus vtriusque, & maioris & minoris domini, tamen hoc non est verum, vbi aliquis ipsorum est absens: quia sine ipsius consensu altero consentiente valebit, argumen. ff. de iniur. l. sed si vnius. §. quod deinde. & ff. de ritu nupt. l. si nepos. in princ. & ideo dicit Iser. dicitur in sũma, etc. quasi limitatio eius, quod diximus suprà, nõ haberet locum aliquo ipsorũ absente. Pro quo affert ipse præter authoritatem summæ Iac. de Ardiz. quod dixit Hostien. in summa sua, in titulo, de feud. §. apud quem vel quos. si esset quæstio inter archiepiscopum Viẽnensem & comitẽ Sabaudiæ, quòd licet istorum duorum iudex sit Imperator, & per consequens coram eo lis agitanda esset, vt Extr. dẽ foro comp. c. significasti. tamen propter absentiam Imperatoris

Absens an sit expectandus.

ris, & longam distantiam poterit compromitti in summum Pontificem, qui est iudex omnium in spiritualibus, argument. Extra. de offic. deleg. c. suspicionis. Ex quo correlariè inferendum est, dicit Isern. quòd si in longa absentia hoc permittitur, secùs sit in parua: ff. de annuis lega. l. Mæuij. in fine. Dicit tamen Isern. quòd hoc ipse non putat verum, quia non tenet consequentia, est absens, ergo sine eo fieri potest: quia debuit expectari, per textū formalem in c. primo, de consuet. rect. feu. §. quod dictum est. Quod probat Iser. iterum optimo argum. nam perspicua propositio est in iure, de qua in l. fin. C. de pact. quòd in rebus alienis domino absente & non consentiente in eius præiudicium pactum nó valet, sed hîc tractamus de rebus alienis domini absentis dandis, ergo fieri non poterit: probo minorem, quia qui consentit, dat, l. lege obuenire. ff. de verb. signific. Tertiò ad idem affert Isern. nam hæc litera dicit, vt feuda sine assensu domini non alienẽtur: itidem & in l. prima, de prohib. feu. alien. per Loth. & non dicit litera, domini præsentis vel absentis. non erit ergo distinguendum, vulgata l. de pretio. ff. de Public. per quę concludit Iser.

omninò requiri assensum domini, siue sit absens, siue sit præsens, & hoc vsque ad versiculum, sed an dominus, quando consentit: ex quibus hæc firma conclusio emergit, vt vtriusque domini assensus ita requiratur, vt aliquo ipsorum absente magna absentia omninò expectari debeat, per iura per ipsum citata. Verùm quia non respondet obiectis, respondetu, non obstare tex. in l. sed si vnius. §. quod deinde. ff. de iniurijs. quia non habet locum in feudis. Nam tu scis, ex iniuria illata filio duplicem oriri actionem: alteram, quæ competit patri, vt patri: alteram, quæ competit patri, nomine filij, vt in l. pater. ff. de iniurijs. & hoc ea ratione, quia, vt dicit Rof fred. Beneuen. in libel. de iniur. patris & filij. in re hac vnum consideratur corpus, vt in l. fin. C. de impuberum & alijs substitut. sed præter rationem hanc Iureconsultus in lege j. §. item aut. meliùs considerauit, vt detur quandoque tertio actio iniuriarum, non solùm propter potestatem quam habet erga iniuria affectum, verùm etiam propter affectionem: & quoniam iste affectus poterat considerari reciprocè, vt eundem affectum habeat vxor ad virum, quem habet vir ad vxorem: item filius

ad

ad patrem, quem pater ad filium: & ex hoc sequi poterat, vt pariformiter vxori pro iniuria viri actio daretur. Præuidens hoc Iureconsultus in l. ij. ff. eod. dixit, vt non solùm affectionem nudam consideremus, sed etiam congruitatem defensionis, eo quòd magis congruit vxores à viris defendi, quàm viros ab vxoribus: ob quod viro vindictam iniuriæ vxori factæ dederunt, non tamen contrá. Ex quibus vides triplici ratione patrem agere: Prima, quia vnum corpus reputatur eius & filij: altera, quia in eius potestate est: & tertia, quia ei vindicta magis congruit, postquam filij curam retinet. Quod patet, quia si emancipatus esset filius, ipse ageret, vt in dicta l. sed si vnius. §. idem ait. Item si pater esset vilis, filius ageret. Idem si furiosus, vt in d. l. sed si vnius. §. filius familiâs. cessat namq; ratio, cur magis congruat patri defendere filium, quàm filio: quibus hunc in modum explicitis, dico, quòd si auus est absens, nec dereliquit procuratorem suo nomine, permittatur patri, vt ad vindictã filij agere possit, quia postquam auus vindicare non potest, nulli magis hæc vindicta concedenda est, quàm patri, non ratione patriæ pote-

ſtatis,ſed ratione affectionis, quia & ipſe ſub patria poteſtate eſt cõſtitutus, & ſi tu ſubtilis quæreres, quæ eſt ratio rationis,quare auus non expectatur?illa eſt, quoniam patrem agere poſſe eſt inductum de iure prętorio,vt eſt textus in l.lex Cornelia.§.illud quæritur.ff.de iniur.quapropter anno finitur, vt Inſti. de perpe.& tempor.except.§.primo.& ne tempus labatur, præſens expedit, quod abſens nequit. Quæ quidem ratio,ſi rectè hoc perpendes, ceſſat in abſentia regis:expectandus igitur.Secundò,quoniam auus,ſi eſt abſens,& nomine ſuo agitur, non tamen actione ſibi competenti,ſed ea quæ competit filio: quam ob rem iterum ipſe agere poterit,vt in l.j.§.fin.ff. de iniurijs. & glo. in d.l.ſed ſi vnius.§.ſi filiusfamiliâs.hîc autẽ non tractamus, an cõſenſus Baronis poſsit præſtari, ſed an Baro poſsit præſtare aſſenſum regis:qđ ſibi denegatur, quia de iure aui non experiuntur etiam in abſentia: tractatur namque de iure domini,quia ipſe donat,vt ſępè probat Iſern.in hac lege:quo fit, vt aſſenſus nõ poſsit præſtari per Baronem. Et pro hoc bene faciunt quæ habentur in tex. & gloſſ.ac per Doctores in c.primo,hîc finitur lex.vbi dominus excommunicatus

tus & bannitus expectandi sunt, aliàs feudo priuarentur, si sine eorum assensu alienaretur, vt concludit Isern. & Aluar. ibi, cum quibus ita teneatis. Nunc Isern. subintrat arduam illam quæstionem, quam ita confusè in c. primo, qui succ. tenea. examinauit, vt vix voluerit intelligi, & quærit: hucvsque disputauimus de assensu, ponamus esse præstitũ assensum, quæro vlteriùs, vtrùm quando rex consentit simpliciter, nihil perdat de suo? vel si expressè debeat dicere, reseruato nobis iure seruitij & vasallagij, vt nihil perdat? Hæc quæstio etiã ponitur per Iac. de Ardi. in summa sua, in titulo, vtrùm vasall. poss. vend. feud. suo conuas. & dicit, vt secundum quosdam ita cõsentiendo ius suum perdat, argumen. l. vltim. C. de remiss. pign. cũ concordan. Secundò ad hoc ponderat, nam qui alteri consentit, videtur alienare, vt ff. solut. matrimonio, l. quòd si vir. cum l. sequent. ergo consentiendo totum perdit: consequentia patet, quia qui alienat rem, totum ius in aliũ trãsfert, nisi illud quod sibi reseruat, vt notatur in eadem summa, in titulo, vtrùm vasal. poss. alien. suo conuas. & patent hæc in l. sed si accepto. ff. de iure fisci. C. de capti. & postlimi. reuer. l. ij. &

l.j.ff.de donat. simul iunctis. Nam qui alienat rem,totũ ius perdit,l.j.ff.de donat.& l.ij. C. de captiuis & postlimin. reuer. consentiendo autem dat,d.l. sed si accepto.ff.de iure fisc.ergo,etc. Dicit Iser.in ista quæstione hunc in modũ distinguendum esse, quia aut venditor vẽdit hanc rem,non vt feudalẽ, sed vt burgensaticam,dicendo emptori, quòd in illa vult consensum Titij, eo quòd in illa ius habebat Titius qui consensit. Vel & secundo modo potest considerari,quòd vendatur vt feudalis, & Titius consensit. Primo modo impossibile est,quòd ei noceat in aliquo: nam qui cõsentit,dat,& liberalitate sua vtitur erga emptorem: liberalis autem nõ dicitur existere,qui fraude circumuenitur, eo quòd captiosam liberalitatẽ interpretatio prudentum fregit,l.cùm Aquiliana.ff.de transf.& iniquum est perimi, quod cogitatum non est, vulgata l. qui cum tutoribus. ff. eodem. ergo cùm iste dominus circumueniretur,vt de feudali faciat ipsam burgensaticam, non est aliquo modo considerandum,quòd in hoc consentiat, & per consequens ista quæstio in vanum proponeretur:& hoc vsq; ad versiculum,vẽditor. Nunc Isern.sentit vnam quæstionem: ponamus,

mus, quòd non nocet domino: quæro, vtrùm lex ista habeat locum, vt isti puniatur, tanquã si sine assensu rẽ feudalẽ vẽdiderint? Isern. sentit istã quæstionẽ in aëre, & resoluit vnum caput in aëre, videlicet quòd venditor puniatur secundum terminos legis huius, quia in eo considerantur tria delicta: primum, quia vult alienare rem: secundum, quia vult de feudali facere burgensaticã: tertiũ, quia voluit in hoc decipere dominum: & quia nullum horum trium fuit in mente emptoris, iniquum esset vt vterque teneatur: tenebitur ergo tunc venditor tantùm, qui fuit in fraude & dolo, emptor autem non: quia ignorantes fraudem non debent esse in dolo, argumen. ff. quæ in fraudem creditor. l. qui autem. §. hoc edictum. Et patet satis per hunc textum, quia loco pœnæ priuantur, feudo venditor, & pecunia emptor: sed pœna non datur nisi vbi delinquitur, lege final. ff. de legatis primo. & ignorans nõ delinquit, vt ff. loca. lege, si ignorans. ergo ignorans pœnas huius legis minimè patietur. Secundo verò casu, quando venditur vt feudalis, cõsideran do quòd respectu feudi adest, videlicet vtile dominium & directum, & quòd

dominus iſte poterit cõſentire propter duo, & propter illud vtile quod tranſfertur, & propter commoditates ſeruitiorum & fidelitatis, quæ debentur ratione iſtius directi dominij, c. primo, §. fin. in quibus cauſis feu. amit. vt cenſeãtur remiſſæ. Hoc ſic præfato, dicit Iſer. quòd dominus non cenſetur conſenſiſſe, niſi propter vtile: ratio, quia vaſallus vendens non potuiſſet directum aliena re, ſed tantùm vtile, vt in l. tabernas. ff. de contrahenda empt. ergo ſequitur, quòd in eo conſenſerit dominus, in quo inter eos eſt contractum, & tãtum videatur dominus confirmaſſe, quantum vaſallus potuit alienare: plus non potuit, quàm vtile: ergo, etc. Præterea & vltimò certum eſt, quòd tametſi verba ſint apta comprehendere multa, ſemper tamen verba reſtringuntur ad illud, quod fuit de expreſſa vel tacita intentione proferentium, vt in c. afferte. Extra. de præſumption. Sed ſic eſt, quòd vendendo feudum tacitè, vendens & emens intellexerunt, vt illud vtile dominium venderetur, quia Ciuili modo verba contrahentium ſunt intelligenda, vt in l. ſi cui. ff. de ſeruitut. & ſecundum ius directum dominium nõ cenſetur venditum, dicta l. qui tabernas.

nas. ergo quantumcunque assensus sim pliciter sit datus à domino, & esset aptus comprehendere etiam remissionem seruitij & fidelitatis, restringetur tamen ad illud, quod est tacitè cogitatum, vt sentit summa prædicta in loco præallegato. Non ergo necesse est reseruare seruitia & fidelitatem, quia de eis non est cogitatum. Nec obstat, si tu ponderares, quòd contrarium fit in practica, quia semper apponunt in priuilegijs, iuribus curiæ & nostris semper salvis. fit enim ad abundantiorem cautelam, & superflua non nocent, vt C. de testamen. l. testamentum. Nam regalia si in specie non conceduntur, in regno maximè, non veniunt, vt in consti. dignum. & in constit. ea quæ ad decus. vt dixi suprà in specie feudi Franci & feudi quaternati: vbi declaraui, si regalia, quæ solent & possunt concedi, differant ab illis, quæ non possunt, nec cõcedi solent. Huic tamen opinioni obstant, quia idem Isern. in c. j. §. huius autem generis. col. ij. in princip. in quibus causis feud. amit. dicit, quòd si dominus alicui simpliciter concedit feudum, & sibi non reseruat seruitia, seruitia non debentur, quoniam de natura feudi est fidelitas, vt in cap. j. §. fin. per

Clausula, salvis iuribus curiæ.

quos fiat inueſtitur. & non ſeruitium, quod eſt neceſſe, vt promittatur in ſpecie, vel ſaltem in genere, vt in c.j.§.fin. in quibus cauſis feud.amit. Sed ſic eſt, quòd ſemper, quòd feudum venditur, vel alienatur, in recipiente eſt nouum, & noua inueſtitura, vt in capitulo primo, de duobus fratribus. Ergo ſequitur, quòd nulla facta reſeruatione ſeruitia non debeantur. Rurſum per doctrinam eiuſdem in eodem titulo noſtro, §. illud quoque præcipimus. colum. ij. verſic. vbi verò. vbi dicit per illum text. quòd ideo per alienationem ſecundi feudatarij nō aperitur feudum immediato dominō, & ſic baroni, ſed mediato, vt in dicto §. illud. quoniā iſte immediatus dominus eadem lege dedit, qua ipſe habebat, vt in c.j.§. profectò. de lege Corradi. & ſimpliciter dā do nil ſibi reſeruauit: ergo cùm dominus conſentiendo videatur dare, vt toties ſuprà diximus, per l. lege obuenire. ff. de verb. ſignific. ſequitur, quòd cùm ſimpliciter det nihil ſibi retinēdo, vt omnia amittat. Ad idem affero doctrinā eiuſdem Iſer. in eadem l. noſtra, §. illud quoque. in prima columna, verſicul. vn de ſi feudatarius. vbi dicit, quòd ſi vaſallus meus ſubinfeudat lege permittente,

tente, vt in §. callidis. infrà, eodem. ego dominus non possum petere seruitium ab eo qui nihil mecum egit vel contraxit, vt notatur in c. j. qual. olim. feu. alie. pot. Ergo seruitia ab eo, in quem fit alienatio, nisi specialiter reseruentur, peti non possunt, vt etiam tenuit Isern. in c. j. §. præterea. de capi. Corra. & in cap. j. §. de manso. colum. ij. suprà, de controuers. inuestit. Quintò propter doctrinam eiusdem Iser. in cap. j. §. nec aliqua iustior. quę fuit prima causa benef. amit. col. iij. vbi videtur multùm notare cautelam, quam hìc reprobat, vt apponatur illa clausula, Iuribus curię semper saluis. quo non peracto Iser. residet in contraria opinione. Sextò authoritate Isern. in cap. j. qui success. ten. col. iiij. in princip. dum in specie dicit, quòd si simpliciter dominus consentit alienationi, & non reseruat sibi ius seruitij, censetur illud remisisse. Ad hæc septimò faciunt omnia iura, præsertim lex, sicut patronus. in principio, ff. de oper. libert. allegata per Iacobum de Ardiz. & l. si Titius. ff. eodem. vbi probatur, quòd cõsentiens alicui actui simpliciter, omnia iura sua perdit: ergo cùm in casu nostro dñs simpliciter consentiat, oia iura sua perdit. Et sub ista

regula posſem tibi formare quàm plura alia argumenta. Octauò faciunt doctrina Isern. & iura ibi allegata in c.j. qui succeſſ.ten.in iij.& iiij.col.vbi concludit,quòd assensus regis præstitus in alienatione feudi illius qui non habet filios,operatur duo:alterum, vt alienatio valeat:alterũ,quòd valeat post mortem alienantis: & sic dispensat contra ipsum regem, vt resoluto iure datoris non resoluatur ius acceptoris, contra §.rursus. quib.mod.feu.amit.quo fit,vt pariformiter in casu nostro debeamus dicere,vt valeat assensus regis ad firmãdum contractum, ac etiam vt omni modo,quo potest,noceat domino. Sed sic est,quòd potest nocere,. vt seruitia non censeantur promissa,nec debita, vt dixi: ergo & in hoc nocebit. Nonò obstat l. Lucius. ff. quibus modis pignor. vel hypoth. sol. vbi contra eum, in quẽ transfertur,nullum ius censetur habere nisi reseruetur, sed contra primum duntaxat: quasi vt seruitijs non reserua tis eam ob causam minimè debeantur,quia sunt personalia, vt dicit Isern. in dicto §. huius autem generis. Ita arguit Isern. per dictum textum in §. sed non est alia iustior. Quid tenendum? Isernię subscribam: vos autem interim

interim scitote, aliud esse fidelitatem, de qua in c.j.de forma fidel.in c.j.de noua forma fid.& in c.j.qualiter vasa.iur. deb.fidel.quæ natura,seu,vt rectiùs loquar,substantia feudi est:quia à fide dicuntur feuda,c.j.§.fin.per quos fiat inuest. aliud esse seruitium, quod minimè,secundum Isern.in c.j.§.huius autẽ generis.de natura feudi est, tametsi insit feudo,vti in §. firmiter. Isern. notat: & idem etiam dixit in cap. j. §. sed non est alia iustior.in iij.colum. in quo omnes concurrunt. Sed dicite vos, quædam seruitia inesse fidelitati, quædam non, quæ tamen si promittuntur tanquam cohærentia rei, vt in principio istius repetitionis dixi, sunt de natura rei: in quibus terminis loquitur Isern. in d.§.sed non alia iustior.in iij.colum. vtpote si seruitium est reale, vt dicimus in cursore portante literas, & in feudo guardiæ,castaldię,& aduocatię,de quibus per Isern.in d.§.huius autem generis.si verò nõ cohærent rei, à natura rei minimè seruitiũ esse de natura feudi, secundum Isern.in d.§.huius autem generis.non quidem cauillari potest,tex. in d.§.fin.eodem titulo, in quibus causis feu.amit. vt determinatè, vel indeterminatè promittatur, quasi omnino

Fidelitas aliud est, quàm seruitium.

Feuda à fide dicta.

hoc vel illo modo debeat promitti, quatenus rei non ineſt. Quibus fit, vt conſiderato ſeruitio, in quantum ineſt fidelitati, dicamus, vt quo modo fidelitas eſt de natura feudi, eodem ſeruitium ſit de natura feudi, acceſſoriè tamē. Et pro hoc pondero primò tex. in c. j. de form. fidel. in fin. dum dicit, ſed non ſufficit abſtineri à malo, niſi fiat quod bonum eſt, & ideo auxilium, etc. quia auxilium ineſt fidelitati. Secundò pondero tex. in c. j. de noua form. fidel. vbi bis repetit, auxilium, etc. (ſi aũt ſcire vis, quæ nam iſta ſeruitia ſint, dic omnia illa eſſe, ob quorum omiſsionem feuda perdimus, vt patet in cap. j. quæ fuit prima cauſ. benefic. amit. per totum.) Tertiò ad idem pondero text. ineuitabilem in principio, hîc finitur lex. ibi, & ſolutus eſt interim ſacramento fidelitatis. quaſi dicat, propter ipſam fidelitatem aſtringi ad illud. Quibus hunc in modum explicitis, ſi quæris, an dominus non re ſeruando ſibi ſeruitium illud cenſeatur amiſiſſe, non fundes quæſtionem ſuper ſeruitio cohærenti rei, neque ſuper ſeruitijs, quæ inſunt fidelitati, quia omnia illa cenſentur reſeruata, argumen. c. j. §. fin. per quos fiat inueſtitur. tum maximè, ſi expreſsit, quòd vaſallus vendens feu-

feudum voluit tantùm vendere ſuum vtile dominiũ ſine præiudicio domini, dño conſentiente: quoniã talis quæſtio nõ haberet dubiũ, qa ſpecialiter fuit petitum, & ſpecialiter cõceſſum, vt ff. de pactis. l. ſi vnus. §. ante oſa. Dubiũ ergo erit, quando ſimpliciter eſt impetratus aſſenſus, & ſimpliciter eſt conceſſus, ſi poterit dici, vt actus valeat præter vtile dominium, quod alienatur in præiudicium domini in his quæ ei debentur propter ſuum directum dominium. In quo teneo cum Iſern. vt conſentiendo adhuc durent ſeruitia contra emptorem. Moueor, quia conſiderando perſonam vaſalli alienantis, vaſallus ſimpliciter loquendo videtur loqui vt ius vult: lege, ſi cui. ff. de ſeruitut. & lege, quanquam. ff. de ritu nuptiarum. Sed ſic eſt, quòd ipſe per aſſenſum legis de vendendo nõ poteſt alterare formã, niſi provt ipſe habet, c. j. §. profectò. de lege Corradi. ergo arguẽdo de lege ad hominẽ, l. fi. C. de fideiuſſ. data licentia per hominem non poterit ipſe alterare formam ſuam, vt plus alienet quàm ipſe habeat: itaque in dubio alio expreſsè non declarato videtur actum gerere, & dominus cõſentiendo obſtaculũ dũtaxat nullitatis cõtractus tollere.

Secundò & fortiùs pondero, quia considerando personam domini, ipse debet consentire propter duo: hoc est, vt actus valeat, & ius suum remittat, & cõ sentiendo in vno non consentit in alio, c. cùm inter. §. fin. Extra. de electio. quo fit, vt præstando assensum, vt contractus valeat, ex quo nil aliud facit, vt declaraui suprà in illa conclusione, qui consentit, dat. nisi quia per suum consensum tollit impedimẽtum, per quod contractus erat nullus, nõ censetur cõsentire propter duo. Tertiò, quia quã do feudum est datum sub certa lege & qualitate, nunquam cẽsetur per quamcunque alienationem natura rei immutata, argumen. c. j. de vasal. decre. ætat. & c. j. de eo qui fin. fec. agn. vbi notatur: præsumendum namque est, quòd rex consentiendo cum eisdem qualitatib. velit dare. Hinc rectè dicebat Paul. de Castro in consi. suo cliiij. incipiente, circa præsentẽ casum. col. ij. q, quando cõ stat de prima inuestitura, sequens censetur facta cum omnibus conditionibus appositis in antiqua: & si non dicatur, quia alteratio inuestituræ non potest fieri nisi expressè, vt poteris videre per Francisc. Curt. in suo tractatu feud. char. xix. colum. ij. & iij. vbi cumulauit

Docto-

Doctores hoc tenẽtes: quib.addite vos dicta Iſer.in c.j.de his qui feu.dare poſſunt.§.& quia.col.ij.& Doctores, præſertim Alua.in c.j. in ſecundo nota. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis.Bart.in cõſil.lxxij.Aretin.in conſil.clxiiij.Curt.in conſil.j.col.ij.Alber.Brun.in conſ.xiiij. col.ij.Alexã.in conſ.xviij.in v. vol. col. iiij. maximè ſi vna inueſtitura ſe refert ad aliam,ſecundum Oldrad. in conſil. clix.in j.col. Quartò & vltimò, quia ſi ſemper cenſetur capere eodem modo, ſicut alter tenebat,vt eſt text.in l. quæro.§.inter.ff.loca.eo quòd non refert,vt expreſsè vel tacitè quid promittatur,vt eſt tex. in l. hæreditatẽ.in verbo, præſcriptis verbis.& ibi Imol.& Ludou. ff. de donationibus.quos ſequitur Franc. de Aret.in l. j.col.vj.ff.de verb.oblig.cũ concordantib.aceruatis in l.cùm quid. ff.ſi cert.pet.& per alios in l.hæc verba. ff.de leg.j. Non obſtant iura allegata per Iſerniam hîc ſecundum Modernos Neapolitanos,quia ſatis Iſern.ſoluit illa,dum dicit,quòd iſta quæſtio in contrarium determinatur,& poſſet ſubſtineri in Ciuilibus. Sed certè ipſi Iſerniã non intelligũt,vt declaraui vobis in voce,quoniam loquitur in fraude. & hæc reſponſio procederet,quando ſine frau

de venduntur burgenſatica. Intellige ergo, vt tibi declaraui, ſi vis Iſern. intelligere. Et reſponde tu, nō obſtare omnia iura Ciuilia, quæ ad hoc allegari poſſent, quia in hac alienatione conſiderā-tur duo: alterum, quòd vtile dominium poſsit vendi: alterum, vt noceat domino præter illud vtile in ſuo directo, in quo oporteret allegare text. qui conſideraret hunc caſum, quando hæc duo cōcederentur, vt ſimplex cōſenſus q̄ poterat operari vnū, operetur duo & dñs noceat ſibi in duobus ſeparatis, & nō annexis, nec à cōtrahentibus cogitatis: q̄d quidem penes me nouum eſſet. Nō obſtat doctrina Iſer. in §. huius autē generis. quia loquitur, quando noua inueſtitura fit, vt tūc ſeruitia extranea nō veniāt, ſed ſi eſſent promiſſa vt cohærē-tia feudo, ſecùs per rationes adductas p me. Et patet, quia licet illa ſeruitia non ſint de natura rei, ſunt tamen cōiuncta perſonę propter rē: & ſic rei & perſonę cohęrēt, vt declarat gl. in prin. Inſtit. de ſeru. ruſt. præd. aliàs ſequeretur, quòd ſi perſonalia tantùm eſſent, ad hæredes nō tranſirent: quod falſum eſt. Nō obſtat doctrina Iſer. in §. illud. infrà, eod. quia non eſt vera illa ratio Iſer. vt ibi dicemus. Et Iſer. procedit arguēdo, vt nihil

hil aliud habeat, nisi vtile dominium: hîc duo considerantur dominia distincta. Non obstat quartum fundamentũ de doctrina Isern. in d. §. illud quoque. quia ibi nihil fuit actum cum domino, hîc sic, vt dixi: & patet per gloss. in l. fin. quam Isern. allegat, C. de iure emphyt. quæ loquitur, quando donat, in quo nõ requiritur assensus domini. Non obstat quintum argumèntum de doctrina Isern. in §. non est alia iustior. quia fatèor, quòd ibi titubauerit, sed tandem tenet cum ista opinione. Non obstat doctrina Isern. in sexto fundamento in c. j. qui success. ten. quia refert se ad dicta in dicto §. non est alia iustior. Non obstat septimum fundamentum de iuribus Iacob. de Ardiz. quia poteris respondere, vt in primo. Non obstat doctrina Isern. in c. j. qui success. ten. vltimò allegata, quoniam hîc sunt duo separata & diuersa: & nil mirum, si consentiens simpliciter non cõsentit propter duo. At ibi erant annexa & cõsecutiua, quia dando tibi, & hæredi tuo videtur dare: proindeque propter duo censetur consensisse, l. etiam. C. de iure dot. Non obstat nonum fundamẽtum de l. Lucius. ff. quibus modis pig. vel hypot. solu. quia retorquetur, quòd

quando creditori duo competunt consentiendo in actione reali, nō censetur remittere actionem personalem: & ille textus fundat hanc conclusionē. ¶ Dubium tamen hoc formari poterit, an in casu, in quo à iure potest alienari feudum, vt consensus domini aliquid operetur, consentiendo simpliciter videatur remisisse seruitia? Iser. videtur inclinare, quòd sic, in dicto §. non est alia iustior. Sed in veritate, dum dicit argumētum contrà, tenet quòd non, aliter illa doctrina per hæc dicta per nos confunderetur. Dixi tamē aliqua circa hoc, suprà in illo articulo, an data licentia generice de vendendo, possit vendere sine assensu. ¶ Secunda conclusio sit ex dictis Iserin. hîc in verbo, ista opinio nō posset substineri, etc. q, si feudatarius vendit rem feudalem, tanquam burgensaticam, perdat illam, emptor autē qui illud ignorabat, minimè pretium amittat? & in hoc limitatur lex ista, quæ aliàs ex æquo vtrunq; punit: super quo videte quæ dixerūt Iser. & Doctor. in c. vasallus si feudū. & in c. si vasallus culpā. si de feu. fu. cōt. & in cōst. si vasallus. in constitutionib. regni, vbi distinguūt inter soluere cēsum diminutū, ob quod soluunt quadruplum in regno, vel vbi rei

Cōsensus si nō requiritur, & præstatur, an operetur seruitij remissionem

Vendens feudum, tanquam rem burgensaticam, an perdat illud.

rei feudalis denegatur natura in toto vel in parte, quo casu amittit totum vel partem, vt per Doctores ibi. Et attendite, quòd non solùm ita priuatur venditor, quando alienauit tertio, vt burgensaticam, sed si domino directo in reintegratione feudi diceret rem feudalem esse burgensaticam, quia in hoc diminueretur authoritas domini, eo quòd si est burgensatica redditicia, sine facto suo alienaretur, vt dixit Innocen. in c. cæterùm. de iudic. vt suprà diximus etiam & nos, in capite feudi quaternati: propter hoc certè priuaretur, secundũ Parid. de Puteo in suo tractatu, chart. liij. quem sequimur, quando dolosè facit, vt in d. c. vasallus si feudum. & c. si vasallus culpam. si de feu. fu. controuer. & notatur etiam in authen. de trien. & semiss. §. penultimo, & in l. non alienum. ff. de interrog. action. ¶ Tertia conclusio ex dictis Isern. in præcedentibus verbis, & ibi semper fit relatio, etc. obseruãdum est, in prestatione assensus semper inspiciẽdum fore, quid partes agere intendunt, tacitè, vel expressè, c. afferte. Extra. de præsumptionibus. & iij. quæstio. vj. c. hæc quippe. quam propositionem latè sequitur Isern. in c. j. qui succeff. ten. col. iiij. ibi, ex præmissis appa-

Burgẽsatica si alienẽtur, quæ sunt subiecta feudo, an alienans perdat illud.

ret. cum alijs sequentibus. Inspicienda est ergo mens & causa finalis, qua mouetur ad consentiendũ: quam quidem mentem sic considera, vt fecit gl. in l. ij. §. fina. ff. de donat. & per Doctores post Bal. in l. generaliter. C. de episcopis & cleric. & in c. cùm cessante. de appellat. & ideo semper studeas, vt magis verba accommodentur menti, quàm contrà, si de illa constat: super quo nil aliud hìc dicam: videte ea, quæ suprà in materia extẽsionis latiùs dixi. ¶ Quæro vnà cũ Isern. an vicarius regis possit absente rege præstare assensum, quem tenemur habere à rege, & sufficiat? Dicit Isern. quòd in hoc casu quatuor debemus facere capita: Nam aut consideras huic vicario datam esse potestatem, quòd possit consentire, & in isto casu quæstio nõ est dubitabilis, quia expressum est. Aut & secundò tu consideras potestatem huic vicario datam fuisse specificam ad certa, inter quæ non numeratur hęc potestas consentiendi, & tunc per l. cùm prætor. ff. de iudi. est etiam indubitabilis. Aut & tertiò consideras hanc potestatem tributam non esse specificam, sed simpliciter regem dixisse, facio te vicarium meum. Vel & quartò nedũ dixisse, facio te vicarium meum, sed ad

Mẽs & causa finalis inspiciẽda est.

Vicarius regis an præstare possit assensum absente rege, quem ab eo habere tenemur, & an sufficiat

didisse

didisse, cum potestate faciendi omnia. non tamẽ expressit hoc. Et in istis duobus capitibus Iser. respondet, quòd nõ. Nam in potestate quantũcunq; vniuersali vel generali nunquam venit ius donandi, nisi in specie dicatur, ff. de dona. l. filius. sed sic est, vt suprà persæpè concluſimus, quòd qui confirmat, dat, l. lege obuenire. ff. de verb. signif. ergo, etc. Secũdò arguit, qa in generali concessione nõ veniũt specialia, vt Extra. de of. legat. c. quòd translationẽ. & ff. de pecul. l. qui peculij. cum similibus. Sed sic est, quòd istud ius donandi in specie est cõcedendum, vt in d. l. filius. ergo in generali concessione hoc non venier: & hoc vsq; ad versiculum, sed ibi dicit. vbi contra ea quæ dixerat, hoc argumentum format: immo illa iura probant contrarium, quia text. in l. qui peculij. dicit, q, in generali concessione licet non veniant ea quę in specie sunt committenda, veniunt tamẽ ea quę specialiter ipse alijs concessurus esset. Sed rex passim assensus concedit, & concessurus fuisset: ergo sequitur, quòd in tali generali mãdato veniet potestas assentiendi. Dicit Isern. quòd propter hoc argumentum alij neque hoc negant, neque simpliciter affirmant, sed distinguunt, quòd

prę̃suppoſito themate, vt ſimpliciter ſit cõſtitutus vicarius, vel ad omnia, dum diſputamus de tali poteſtate, debemus dicere, q̃ aut illa, quæ vicarius vult facere, paſsĩ rex erat cõſuetus cõcedere, aut raró. Primo caſu de ſolitis, vt illa ſolita omnia intelligãtur demandata, vt dixi. Inſolita verò perſonalia, id eſt, ea quæ ad ſolam perſonã ipſius regis pertinebant, nequaquã, per tex. in l. obligatione. & l. deniq;. ff. de pign. Et nota, q̃ Iſer. duo cum myſterio facit: primùm tacitè quęrit, quę ſint iſta, quę perrarò rex ſit conſuetus facere, & de hoc ſe remittit ad dicta in l. fi. ff. de ſena. Et dicit inſolita perſonalia, ad oſtendendum tibi, quòd dum tractamus de conſuetis, vel inconſuetis, non eſt attendenda frequẽtia curiæ, vel actuum, vel raritas ipſorum, ſed illa quæ per ſolum principem gratioſè, vt ita loquar, rarò exerceri ſolẽt, quaſi ei dũtaxat conueniãt, vt in cõſtit. dignũ. & in cõſt. ea quę ad decus. & ideo dicit perſonalia, & poſtmodũ ponderat text. in l. fin. ff. de ſenat. vbi litera ponit ibi verbum, principis. & hoc vſq; ad verſiculum, ſolita. Nunc Iſern. in verſiculo, ſolita. incipit argumentari pro iſta opinione, vt ſolita veniant, dicens: pro primo membro, vt ſolita veniant, quamvis

Solita quæ dicantur atq; conſueta.

quamvis sint specialia & personalia, patet in tex.l.vel vniuersorum.ff.de pign. act.l.fin.ff.quod cum eo.l. sed Iulianus. §.quod dicitur.ff.ad Maced.l. si quis negocia.ff.de nego.gest. & ff. de vsuris. l. qui semisses. Et patet etiam hæc distinctio, per d.l. qui peculij. vbi in generali concessione veniet illud, quod specialiter frequenter concessurus esset. Distinguendum igitur est, an passim concessurus esset, nec ne? Et pro alio secundo membro hoc argumentum addit, in his quæ rarò fiunt, aliud iudicium damus, vt ff. de vsucapion. l. iusto. in princip. & ff. de leg. l. nam ad ea. sicut in simili dicimus, quòd in illis, quæ cum difficultate fiunt, aliter statuitur, vt ff. qui & à quibus. l. generaliter. & C. de re mil. l. semel. lib. xij. Hęc sunt, quæ faciunt pro ista distinctione, dicit Isern. & hoc vsque ad versiculum, satis. Alia fuit opinio, vt in casu, in quo simpliciter fecit ipsum vicarium, quia simpliciter constituendo vicarium, in omnẽ casum censeatur constitutus, argumen. l. si quis pro eo. §. si mos. ff. de hideiuss. Pro quo allegatur & secundò: nam magis est habere merum imperium, quàm consentire in feudis alienã dis. Si ergo cõcedit ei merum imperiũ,

Vicarius simpliciter constitutus.

quod est maius,& de hoc non dubitamus,multo fortiùs censetur eidem concessisse ius consentiendi, quod est minus,argum.ff.de regulis iuris.l.non debet. Tertiò:potuit enim princeps apertiùs legem dicere concedendo ea quæ volebat,& prohibendo ea quę nolebat:simpliciter dixit, ei ergo imputetur,ff.de pactis.l.veteribus.& ff.de contrah.empt.l.Labeo. Quartò dicit Iser. nam rex non debet pacto aliquo suos subditos decipere,argum.C. de his qui veniam ætat.impet.l.prima.Sed sic est, quòd si aliter ista potestas interpretaretur,subditi deciperentur:ergo,etc.probo minorem , nam per hanc potestatem, siue simpliciter, siue sub verbis vniuersalibus datam, videtur, quòd rex voluerit vnum hominem relinquere loco sui: quod videns populus acquieuit cogitãs,quòd non habet perquirere regem extra regnũ:nam si sciuisset, quòd hic qui remanebat,non habebat plenã potestatem,conquestus fuisset,cùm extra regnum regem perquirere subditi non teneantur,argumen.ff.de procu.l. sed & hæ personæ.§. primo . Et ita tenendo non obstant contraria , quòd in donatione requiratur expressus consensus:quia illud est verum in donatione,

quæ

quæ fit ſimpliciter & principaliter, ſed aliud eſt, quando fit per viam conſenſus: quia licet donet, aliud tamen eſt donare, quàm donanti conſentire, quaſi magis ſit quoddam obſtaculum tollere, quàm donare, vt ſuprà in iij. col. ſuper Iſer. dixi, quaſi prohibitio illa de donando non comprehendat conſenſum. Dicit Iſern. ſi hæc vera ſunt, quando ſimpliciter fecit ipſum vicarium, ergo multo fortiùs, quando non ſimpliciter tantùm, ſed ad omnia dixit ipſum facere vicarium: quia dum omne dixit, nihil excluſit, vt ff. de ſeruit. vrban. prædior. l. ſi ſeruitus. & xix. diſtinc. ſi Romanorum. circa medium. Aut & quinto modo conſideras hãc poteſtatem attributam per ſigna vniuerſalia, ſed perſonalia in ſpecie limitantur, vel conceduntur: exẽpli gratia, dixit, facio te vicarium in omnibus, & excipit præterquàm in hoc & in hoc, quæ competebant perſonę ipſius, certè per hanc reſeruationem, licet in ſpecie non dederit authoritatem cõſentiendi, videtur hoc modo data, qa excipiendo quędam perſonalia, omnia alia perſonalia videtur cõceſsiſſe: argu. ff. de pen. lega. l. nam quod liquidẽ. §. final. & ff. de fund. inſtru. l. quæſitum. §. idem reſpondit, ſicut ex diuerſo, ſi poſt

Excipiendo quædam perſonalia, omnia alia cõceſſa eſſe uidentur.

conceſsionem generalé expreſsit quæ-
dam perſonalia: putà, dicendo facio te
vicarium generalem in omnibus, etc. i-
ta quòd poſsis exercere hoc & hoc, quę
eſſent perſonalia, tunc certè alia eſſent
prohibita, argument. ff. de auro & argẽ
to lega. l. j. & ff. de fund. inſtrum. l. cùm
de lanionis. §. cum fundo. Dicit Iſern.
quòd tametſi ſibi placeat hæc diſtin-
ctio, in hoc tamen vltimo, quando quæ
dam conceſsit, diſtinguendum eſt, quia
ſimpliciter iſta theorica nõ eſt vera: de-
bemus namque diſtinguere, ſi ſciens,
vel ignorans hæc fecerit: item ſi deter-
minando, aut dubitationem remouen-
do, vt facit gl. in d. l. quæſitum. §. fina. ff.
de ſuppell. leg. in principio. Et tunc ite
rum diſtingue tu vltra gloſ. quia illa di-
ſtinctio eſt facienda, quando eſſet dubi
um de mente principis, quaſi tunc à ver
bis non recedamus, vt in l. j. §. in re du-
bia. ff. de exer. Sed ſi cõſtaret de contra-
ria mente principis, nunquam à mente
diſcedendum eſſet, arg. ff. de regulis iu-
ris. l. ſemper. & ff. de lega. primo, l. ſi ſer-
uus plurium. in fine. Collige ergo ex
hac doctrina, quòd niſi expreſsè, vel ta-
citè vicario regis ſit interdictum, vt poſ
ſit cõſentire in alienationibus feudorũ,
ipſe cõſentiat. Sum modò in verſiculo,
quid

quid si dedit. & quæro vnà cum Iser. in fortiori casu, quid si dominus dedit liberã potestatem vicario, & fecit ipsum vicarium cum libera, etc. sed in specie prohibuit ne posset alienare, vtrùm hoc casu poterit alienanti cõsentire? Et inci pit arguere Isern. quòd non possit consentire: nam videmus de iure procuratorem cum libera, seu vicarium, non ha bere potestatem alienandi, vt ff. de dona. l. filius. de offi. proc. Cæs. l. j. & C. de transs. l. preses. Et hoc idẽ videmus in omni administratione, vt ff. de fur. l. interdum. §. qui tutela. ff. pro emptore. l. qui fundum. §. si tutor. ff. de procur. l. procu rator, cui generaliter libera. ff. de pactis. l. contra iuris. §. fin. ff. de iureiurand. l. iu risiurandi. & Instit. de authori. tuto. in principio. Per quæ iam patet, etiam si non dixerit, vt non alienet, à iure hoc in telligi, vt non possit alienare, modò sic verba in dubio debent aliquid operari, l. si quando. ff. de legatis primo. & l. j. in fine, ff. ad municip. quòd operen tur, vt non possit alienare, hoc minimè possunt, quia iam à lege est interdictũ: operentur ergo illud simile, vt alienanti non consentiat, quod alienare est, vt in l. lege obuenire. ff. de verbor. significat. Nunc in versiculo, cum alia. sen

Vicarius cum libera.

Alienare prohibitus an possit alienanti cõsentire.

tit vnũ contrariũ, & arguit sic: Tu vis, ꝙ prohibẽdo alienationem videatur prohibuisse consensum. Contrà, nam taciti & expressi eadẽ est virtus, l. cùm quid. ff. si certum petatur. Sed sic est, quòd in omni constitutione vicarij, vel procuratoris cum libera, tacitè videtur prohibitum ne alienet, & hoc non à lege, sed ex tacita voluntate constituentis, vt iura contraria probant: quo fit, vt paulo antè diximus, vt licet non possit alienare, possit tamẽ alienãti consentire. Cur igitur idẽ dicẽdum non erit, quãdo exprimitur? Isern. videns hoc contrarium dicit, quòd volũtas expressa, & tacita non semper vadunt à pari: quia alia causa est vnius, quàm alterius, vt ff. de verb. obli. l. eum qui certamẽ. in fi. quasi plus operetur hoc expressum, vt in simili videmus, in l. nonnunquam. ff. de condit. & demonstr. vbi expressum si potest operari aliud, operatur illud: & ita resident Isern. Dicunt alij, dicit Isern. vt idem dicamus in hoc casu, quod diximus in superiori, id est, in alia quæstione suprà formata, vbi cõclusimus, quòd licet nõ possit alienare, poterit alienanti consentire. Et capit Isern. pro ista parte illud tacitum fundamentum, quod suprà feci, vt cõtraria opinio non obstet, quia

licet

licet idem intelligatur tacitè, quòd non posit alienare, nó propterea sequitur, ergo si exprimitur, immutant vel addunt aliquid, vt C. de fideiuss. l. iij. in fine, ff. de legatis primo, l. iij. & ff. de condit. & demonstra. l. quæ extrinsecus. & sic sublatum est fundamentum, quòd hoc expressum debeat operari plus, q̃ verba significent: quo fundamento hũc in modum iacto, arguit sic: quando rex prohibuit, quòd vicarius nó posit alienare, certum est hæc verba nil aliud sonare, nisi vt proprietatẽ rei non alienet, & iura spectantia sibi vt proprietario, non autem videtur inhibuisse, ne vtile dominium feudatarij alienari posit, quin potiùs videatur se conformare cũ lege per quam liberum posse feudatarius de hoc vtili dominio deberet habere, quia in re sua vnusquisque est moderator & arbiter, vt in l. in re mandata. C. mãda. aliàs esset impedire liberis hominibus rerum suarũ administrationem, quod esse non debet, vt ff. si qui à patre. l. ij. in principio. Nunc Isern. sentit vnum contrarium, ego retorqueo hoc argumentum contra te. Etenim si ista per te allegata, sunt vera in casu, vbi libera rerum suarum datur administratio, frustra allegantur ad propositum

noſtrum, quia liberam adminiſtrationẽ vtilis dominij feudatarius non habet, vt hîc, & in c. j. de prohib. feudi alienat. per Fed. quare, etc. Iſer. ſentiens hoc cõtrarium, eleganter ſoluit illud, dicens: nota, quòd licet vaſallus nõ poſsit ſine aſſenſu feudũ alienare, non propterea eſt, quòd rerũ ſuarum adminiſtrationẽ non habeat: quoniam non ex eo, quòd non poſsit adminiſtrare, requiritur conſenſus, quia tunc aſſenſus eſſet authoritas: datur ergo libera adminiſtratio feudatario, & non ex hoc quòd non poſsit adminiſtrare, requiritur conſenſus, ſed ex alijs cauſis enarratis in principio text. quas in declaratione literæ in voce dixi. Ex quibus verbis colligе vaſallum eſſe illum, qui adminiſtrat ſuum vtile dominium, licet ſine aſſenſu domini ipſum alienare non poſsit, quod nota. & hoc vſque ad verſiculum, quamvis conſenſus. Nunc Iſern. ſentit aliud contrarium: vis igitur vt prohibita alienatione intelligatur de alienatione faciẽda per vicariũ, non de illa quę fit per vaſallũ? ergo ſi fieret per vicariũ, habemus intentũ: quòd autem fiat per vicarium, probo: Tu fateris, quòd ſine aſſenſu domini non poſſet alienari; ſed ſic eſt, quòd conſentiendo

Vaſallus liberà rerum ſuarũ adminiſtrationem habet, licet feudum alienare non poſſit.

tiendo ipſe videretur dare, d.l.lege obuenire. ergo ſatis vicarius alienaret, & ſic eſſemus in caſu prohibito, quòd non alienet. Dicit Iſern. quamvis conſenſus domini operetur, quòd vtile dominiũ venditoris transferatur in emptorem, quia ſine eius aſſenſu nulla eſſet venditio, ob quod ipſe videtur dare, vt dict. l. lege obuenire. tamen non eſt ipſe qui alienat. Vis hoc perſpicuè videre? pone enim, quòd vaſallus nollet alienare vtile dominium, poſſet dominus alienare? certè non, quoniam talem poteſtatem ipſe non habet: nil ergo de ſuo alienat, quando conſentit: qua de cauſa dicebat Iureconſultus in l. aliud. ff. de reg. iur. aliud eſſe vendere, aliud vendenti conſentire: nam aliud transfert ipſe venditor, quàm conſentiens, quaſi dicat Iſer. ſi tu conſideras alienationem rei, iſta fit per vaſallum, ſi verò conſideras validitatem actus, iſtud fit per dominũ. Non ergo ſub illa prohibitione de alienando, quæ intelligitur de re, vel iure domini, cenſebitur prohibitus conſentire, arg. l. ſi cùm dotem. ff. ſoluto mat. Et ad hoc faciunt etiam rationes paulo antè in medium productæ, quippe vt vaſallus debeat intelligere hanc interpretationem, provt ius vult, ne aliter intelli-

gendo, dum aliud esset de intentione regis, decipiantur subditi, quod esse non debet, vt in præcedenti quæstione ipse probauit: nam præsuppositio themate, quòd alienare vetuerit, omne illud, qđ non est alienare, poterit facere: quia exceptio in non exceptis firmat regulam in omnibus, l. nam quod liquidæ. §. fin. ff. de pen. leg. & ff. de auro & arg. leg. l. j. & sic resident Isern. vt data hac potestate possit vicarius consentire: & hoc vsque ad versiculum, item secus. ¶ Nunc Isern. tacitè proponit aliam quæstionem: pone enim, quòd dominus prohibuerit consentire, dabitúrne aliquis casus in quo poterit iste vicarius consentire, in quo dubium non sit? Dicit Isern. quòd sic, quia, vt videmus in summa, in rubrica, de reuocatione feudorũ. postquam concedit reuocationem, videtur prohibere alienationem feudi sine regis assensu, vt etiam consti. constitutionem. in regno dicit, & tamen eadem consti. in verbo, diminutione feudorũ. & ibi in verbo, minuendis. satis videtur concedere, vt pro augmento feudi, vbi quis est vetitus alienare, possit consentire: & hoc vsque ad versiculum, si ergo. Nunc Iser. sentit vnum contrarium: ergo sequitur, quòd iste contractus ita demum

Exceptio in nõ exceptis firmat regulã, in omnibus.

Vicarius an possit consentire propter utilitatẽ domini.

demum est nullus, si nocet domino, sed si iuuat, valet, & sic est societas leonina, de qua in §. de illa. Institut. de societat. Dicit Isern. in versiculo, si ergo meliora ret. quòd non est inconueniens hoc in priuilegiatis, quia videmus idē in multis casibus enumeratis in l. non eo minùs. C. de procur. cum concord. allegaris hîc per Isern. & ita residet vsque ad versiculum, putà. Nunc Isern. tacitè quærit, quomodo in augmēto hęc possent fieri, quia si eadē res datur, non minuitur, neque augetur, & sic quę melioratio cōsiderari potest? Dicit Iser. tu scis, quando vasallus non habet filios, vel agnatos in feudo antiquo & moritur, feudum aperiri domino, c. j. §. & si clientulus. de alien. feud. pone enim, quòd qui alienat, est iuuenis, & alienaret seni: pone, quòd feudatarius habens filios alienet non habenti filios: certè vtroq; casu tu potes considerare hoc esse vtile domino, quia dum non habet filios, item dum est senex, citiùs morietur, & sic citiùs feudum aperietur, vt ff. ad legem Falcidiam. l. hęreditatem. Item & secundo modo posset considerari hæc melioratio, nedum ex via successionis, sed etiam ex via præstationis seruitij: putà, aptiorem esse eum in quē fit alienatio:

Vtilitas, uel melioratio quæ in alienatione feudi ad dominum redundare possit.

nam melior, vel deterior fit cõditio nostra, ex facilitate conueniendi, argum. l. ij. ff. qui satisd. cog. cum concord. suis. Et breuiter dicit Iser. si tu vis exempla, quando dicatur melior conditio facta, vide quæ habentur in l. Græcè. per totam legem, ff. de fideiusso. & Instit. de actio. §. plus. & §. sequen. & hoc vsque ad versiculum, in casibus. Nunc Isern. iterum reuertitur ad quæstionem propositam, vt possit pro vtilitate, vbi expedit domino, alienare, & arguit sic: Tutor non potest res pupilli alienare, vt to to titulo ff. de rebus eorum. & C. de prę dijs min. & tñ, vbi est necesse pupillo, q̃ alienet, si non alienat, tenetur, vt ff. de tutor. l. j. §. sed nonnullos. & ff. de admi nistr. tut. l. cùm plures. §. infirmis. Patet igitur prohibitionem, ne possit alienare, non intelligi, vt pro commodo non possit alienare. nam qui potest facere vtilitatem reipublicæ, & non facit, imputatur ei, vt ff. ad Trebel. l. mulier. §. sed si cùm distrahere. sed sic est, quòd fiscus & respublica vadunt à pari, vt ff. de bon. poss. l. non est ambigendum. ergo sequitur, quòd qui non facit in vtilitatem fisci, quod potuit, ei est imputandum. Sum modò in versiculo, multo fortiùs. vbi de intentione Isern. est dicere

Vtilitatem reipub. qui potest facere, et nõ facit, ei imputatur

cere, quòd hæc, quæ dixerat suprà, vt prohibitus alienare possit consentire, multo fortiùs procedant in casu, in quo rex de necessitate tenebatur consentire: multo item fortiùs in casu, in quo nõ potuit prohibere alienationem: & ad probandum has duas conclusiones proponit quæstionem, si feudum daretur in dotem, vel obligaret feudum pro dote, vel pro dotario, seu donatione propter nuptias. Hactenus doctrina Isern. ex qua multas colligam conclusiones.

Quis uicarius possit cõsentire

¶ Prima conclusio sit, quòd si vicarius regis potest consentire, non de illo vicario intelligendum sit, quem Tullius ponit in Oratione pro Publ. Sylla, qui in curis, & laboribus tantùm vicarius erat, sed de vicario qui æquiparatur pro consulibus, & præsidibus, iuxta l. qui accusare. ff. de accus. Ita dicit Luc. de Penn. in l. pro ædibus. C. de diuer. pręd. vrb. vt not. Capic. hîc, qui pręter hæc, decem proprietates conuenientes proregi quoque notat: Primam, quia æquiparat eum proconsulibus & præsidibus prouinciarum, l. hos accusare. ff. de accusa. Secundam, quòd possit condere iura duratura etiá finito officio, l. apertissimi. C. de iudi. Tertiam, quòd à sententia sua appelletur ad regem, l. à pro-

Vicarij appellatione quis cõtineatur.

Decẽ proprietates quæ competunt uicario.

consulibus. C. de appellat. Quartam, quia absente rege ponit superindictũ, l.j. C. de superindic. Quintam, vt non possit, si duorum regnorum prorex est, de vno ad aliud subditos trahere. Sextam, quia non potest dare licentiam ædificãdi in publico, vt in l.pro ædibus. C.de prædijs vrb. dixi. Septimam, quia non potest incõsulto principe illustres personas condemnare, l. si grauius. C. de leg.lib.xij. Octauam, quia non delegat causas summarias simpliciter & de plano, secundum Lanfran. in Cle. sępè. col.j. de verb. sign. quod quidẽ falsum est. Nonam, quia non potest procedere sine causæ cognitione, secundum Feli. in c.quæ in ecclesiarum.col.xij.& sic sine causa nihil facit. Decimã, quia mortuo rege suum officiũ non expirat, arg. c.secundum.de officio leg.lib.vj. Et denique de legato à latere mentionem facit, cuius proprietates Canonistis relinquimus aceruandas. ¶ Secunda conclusio sit ex dictis Isern. quòd rex constituendo vicariũ suum in regno cum specifica & limitata potestate, siue consentiẽdi in alienationibus feudorum, siue in specie denegetur, siue per viam limitationis, semper istis tribus modis illa potestas extendenda non est. Pro qua opi-

Extensio potestatis vicarij, an admittatur.

opinione Isern. faciunt iura, quòd limitata causa limitatũ producit effectum, l. in agris. ff. de acquir. rerum dom. & l. Fulcinius. §. sed si aduersus. ff. qui & ex quibus cau. in poss. mit. arg. etiam l. pro curator ad vnam speciem. C. de procu. Nam sua scriptura suos limites probabit, l. si fideiussor. §. pro Aurelio. ff. de fideiussoribus. Et faciunt dicta per Isern. in c. j. qui success. tene. vbi idem dicit in assensu. Quæ omnia intelligatis, quando istæ potestates simpliciter proferuntur: secus autem, si quibusdam expressis adderet, & omnia alia. Tunc vt scias, quænam veniant appellatione horum verborum, vide Bald. in l. obseruare. §. fin. aliàs, aliquando. ff. de offic. procur. & legat. per gloss. in l. quæsitum. §. fin. ff. de fun. instru. quam Isern. allegat hîc: vide quoque cumulata per Loffred. in titu. si de feu. fuer. controuer. §. filij. col. j. & ij. ¶ Tertia conclusio ex dictis Iser. sit, vicarium simpliciter constitutũ posse in regno consentire, per iura allegata hîc: cui subscribunt Iacob. de sancto Georg. in suo tract. feudorum, in verbo, vicarius perpetuus. pòst Archidiac. cui placuit, vt quando rex est absens, sufficiat habere assensum sui vicarij. Sed certè dictum Archi. non probatur per cap.

Vicarius simpliciter cõstitutus, in regno an cõsentire possit

ex diuersis. Extra. de iud. quia loquitur de quadam consuetudine speciali, quæ ita potuit inducere, vt vicarius consentiret, sicut etiam quòd officialis. Bene probatur per c. j. de inst. in vj. vbi potest alterius alienationem cõfirmare. Idem dixit Bald. in c. cùm venerabilis. Extra. de consuet. vbi concludit, in absentia superioris sufficere consensum sui locum tenentis. Hoc idem firmauit ipse Bald. in authen. sed nouo iure. in princ. C. de seruis fugit. per iura ab eo citata, & Ange. in l. si prior. §. à Titio. ff. qui po. in pig. hab. Hinc dicebat Bald. in l. sed si. §. fin. aliàs, aliquando. ff. de in ius voc. quòd offendẽs vicarium videtur offendisse episcopum. Et ita in Vicerege pon derauit Bal. text. in l. ij. C. de his qui vic. alte. ger. in l. obseruare. §. fin. aliàs, aliquando. ff. de offic. proconsul. & lega. Hanc eandem opinionem tenuit Cyn. in l. sancitũ. ff. de rerum diui. & ad hoc pondero notabilem text. vbi Archi. & omnes in c. fin. de offic. vicar. in Sexto. qui dicit, quòd si episcopus reliquit vicarium suum sine potestate conferendi beneficia, tamẽ poterit consentire permutationibus virtute iuris patronatus: nam aliud est consentire, secũdum Isern iam in locis paulo antè citatis. Hoc

Vicariũ qui offendit, offendisse videtur eum à quo constitutus est.

tamen

tamẽ perpetuò præ oculis tenete, quòd quantumcunque constituatur vicarius genericè, tamen propterea non posit facere illa quæ verisimiliter rex nó concessisset. Moueor per text. in c. cùm in generali. de offic. vicar. c. veniens. de iureiuran. & in c. quintavallis. eodem titulo. & satis patet per text. in allegata lege, obligatione. ff. de pignor. ¶ Quarta conclusio sit, vt siue genericè, siue indefinitè constituatur vicarius, solita exercere posit, per iura allegata hîc per Iserniam. Pro quo pondero ineuitabilem text. in d. c. quod translationem. Extr. de officio leg. vbi summus Pontifex se fundat, quòd prædecessores consueuerant illa tolerare: vnde quantumcunque sint de reseruatis, cẽsentur huic legato de latere esse concessa. Et præter allegata per Iserniam hîc, dicebat quidã, pro hac opinione se habere text. formalem loquẽtem in donatione propria, quando rex consueuit ipse illud facere, in l. cùm plures. §. nimium. ff. de administr. tuto. vbi dicit, quòd licet tutor non posit donare, tamen si pater pupilli erat solitus donare, donabit tutor. Sed hoc esset contra textum formalem, de offic. vicar. in Sexto, in ca. final. nam consuetus erat ordinarius cõferre

Vicarius quantumcunque generice constitutus, non potest facere illa quæ verisimiliter rex non concessisset.

Vicarius solita exercere potest

beneficia, & tamẽ ipſe vicarius nõ confert. Quamobrẽ ea ratione puto dicendum, hoc eſſe ſpeciale in tutore, quia pupillus non habet animũ perfectum in alienando, vt Inſtit. de author. tutor. in princip. quocirca hoc officium lex permittit tutori. Secus autẽ eſt in vicario & ordinario, quia poteſt conſulere ordinarium, licet abſentẽ, vt §. vnà cum Iſer. concluſi in illo articulo, ſi eſt expectãdus dominus abſens. Ex quibus infero, quòd ſi is, qui regis vice gubernat, non eſſet prorex, vel vicarius, ſed tutor, cùm & regibus tutores dentur, c. grandi. de ſuppl. neglig. præl. qui illos præſtant fideiuſſores, quos poſſunt, ne ex hac via regi pupillo tutor deſit, vt notat Alber. de Roſa. in l. creationibus. C. de epiſcopali audient. tunc in ipſo regis tutore ſeruaremus diſpoſitionem d. l. cùm plures. non autem c. final. de offic. vic. in Sexto. intelligẽdo tamen legem illam, vt ibidem Doctores ſcribũt. Vnũ tamen non omittam, quod And. Barba. in c. niſi ſpecialis. col. xxxj. de officio legat. & in c. cùm ſi generale. col. ij. de foro comp. dixit, quem refert & ſequitur Ioan. Lup. in rubrica, de donation. inter vir. & vxor. vt nedum poſsit conſentire, ſed etiam de nouo inueſtire, ſi ita con-

consueuerunt alij vicarij. Nam simpliciter faciendo ipsum vicarium, videtur huic dedisse hanc potestatem. Quod certè per tex.in c. quod translationem. de officio legat.negari non potest. Et ista est notabilis limitatio ad textum in c.fin. de officio vicar.in Sexto. Nam licet non videatur demandatum ius conferendi, nisi in specie fiat: fallit,si alij vicarij sic consueuerunt. Quod nota pro officijs, quæ conferuntur à prorege, & iura patronatus, in quibus non habebant potestatem ex speciali priuilegio,sed ob consuetudinem conferendi: aliàs vniuscuiusque priuilegium intuendum esset, argumen. l.quod fauore. ff. de legi. ¶ Ex quibus concludamus, quòd aut quæris, si fuit consuetudo regis confirmare sine difficultate, vt passim videmus in assensu, & tunc dic per iura Isern. hîc, quòd censeatur data potestas vicario illud faciendi in via confirmationis, non autem in via principalis inuestituræ, vt dicit text. in cap. final. de officio vicar. in Sexto. Quia inuestiẽdo ipse verè donat, quod non potest, d. cap. fin. de officio vicar. confirmando autem tollit obstaculum, vt in prima conclusione, in materia exceptionis, dixi. Hæc.n. de causa delegatus

Vicarius de nouo inuestire potest si ita cõsueuerunt alij vicarij.

Delegatus de latere non concedit ea, quæ delegatis non conueniunt.

de latere non concedit ea, quæ delegatis non conueniunt, sed summo Pontifici: ita Bald. in c. primo, de his qui feud. dare poss. Barto. & Bald. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Idem Bal. in c. j. de vasal. qui contra const. Lotha. & in c. j. in fi. quæ sint regalia. Doctores in c. ij. Extr. de feu. & in d. c. j. de his qui feud. dare poss. per textum in authen. perpetua. C. de sacros. ecclesijs. Ex quo, vt ita loquar, correlariè infero, quòd si rarò à rege, & cum difficultate aliquid fit, etiam in via confirmationis non censeatur demandatum, per iura Isern. hîc, & alia aceruata per me suprá. Sic enim puto limitandam esse opinionem Iser. tum maximè, quia in hanc sententiam concurrunt Andr. Barbatia in octaua col. in fine, & princip. ix. & in dicto ca. quod translationem. Et eiusdem opinionis fuit Lup. in d. repetitione, col. xv. Et hoc idē videtur sentire Bart. per illum tex. quem Barbat. dicit esse singularē de iure Ciuili. in l. Seio. §. medico. ff. de annu. lega. Sed text. ille me non mouet, quia dum in specie testator illud mandauit, est intelligendum secundum consuetudinē. Aptiùs tamen pon derauit ipsę d. text. c. quod translationem. Aut & secundò quæris, si rex erat consue-

consuetus ista facere, & in isto capite perspicua res est, vt videatur eodem modo demandare, sicut consueuit, etiam quòd simpliciter faciat ipsum vicariũ, &ad hoc ego possem tibi allegare mille iura: nõ soleo esse recitator: videte latissimè cumulata per Barbat. in d. c. quod translationem. & per Feli. in c. cùm M. Ferrarienſis. Extra. de const. Aut & tertiò tu consideras consuetudinem hanc non respectu regis dum solitus est consentire, vel dum solitus est ita potestatẽ dare, sed quòd isti vicarij per se facere consueuerunt: & hoc casu dic, vicarium posse consentire, d. c. quod translationem. saltem permisiuè, & quòd non sit præscriptum, secundum Abbat. & Barbat. ibi. Quod notate pro consilio collaterali Neapolitano, vt propter consuetudinem consentiendi mortuo prorege, possint iustè solitos assensus præstare, tum maximè, cùm subditi non debeant quærere regem extra regnum, vti Iser. dicit hîc, arg. l. sed hæ personæ. §. j. ff. de procur. Hæc tamen omnia intelligerem in vicario cõstituto ab homine, secus autem in vicario constituto à lege, prout distinguit Bald. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fug. & Ange. in l. si prior. §. à Titio. ff. qui po. in pign. hab.

Subditi non debent quærere regem extra regnum.

Quæ multùm prosunt ad determinandũ potestatẽ filij regis, qui ipso iure in vita patris est vicarius in hoc regno: vbi aliqui eueniunt casus, quos ignoramus si eidem sunt vetiti, quoniam in dubio in ipso si conueniunt, regi prẽsumimus esse permissos, & in vicario electo ab homine prẽsumimus, vt prẽmissi, esse inhibitos: ꝑ quo videte Imol. in c. ex diuersis. de inst. post Innoc. Nec obstat prẽdictę decisioni nostrę, quòd ordinarius teneatur cõfirmare prẽsentationẽ iuris patronatus, & ideo ipse cõfirmet, vt notat gl. in d. c. fin. de off. leg. in Sexto. per quæ præsens distinctio verificaretur in casu, in quo dominus compellitur consentire, vt notat Isern. in constit. si quis post litem. & in c. j. §. quid ergo. de inuestit. de re ali. fact. Quia text. ille non se fundat in hoc, sed super consueto, & nisi prædecessores talia fecissent, vtiq; illud denegaremus. Oportet ergo, vt in generica cõcessione veniãt omnia quæ passim concedere consueuit, & concessurus esset, d. c. fin. prout est consentire: & alia quæ suprà sigillatim demonstrauimus, vt notat Isern. in versi. in illa generalitate, etc. col. vj. Reliqua super potestate vicarij vide in sequẽti doctrina Isern. quia non potuerunt omnia simul

simul hîc examinari. Vnum tamen nó omittam, quod præceptor meus Capicius in decisio. clj. dubium reliquit: nũ dato assensu pet vnum Viceregem, possit deinde tẽpore alterius Viceregis exe cutioni demandari? sed minimè de hoc dubitandũ erat, quia ea quę habẽtur in c.j. qui succeſſ. ten. procedunt, quando mutatur dominium, non autem in mutatione officialium sub eodem domino, cuius nomine consentiunt. Rursum & alia ratione in regno dubium non esset etiã mortuo rege, quia regnũ hoc hæreditarium est, secundum An. in c.j. de inuesti. de re alie. fact. quo casu se quẽs ex facto prioris obligaretur, vt in d. c. j. qui succeſſ. tene. ¶ Quinta conclusio sit ex doctrina Isern. in vj. col. ver si. sed si vendebatur. & in vij. ibi, quamvis consensus domini. (quas doctrinas ad hoc propositum simul coniungo) vt scias, quòd licet qui confirmat, det, l. lege obuenire. ff. de verb. sign. aliud tamẽ sit cõfirmare, quàm dare, l. aliud. ff. de reg. iuris. vt notat etiã gl. in c. fin. de offic. vicar. in vj. feudatarius namque ille est, secundum Isern. qui transfert omnia quæ trãsferre posset sine assensu, & dñs tollit duntaxat impedimẽtum nullitatis actus, qui non fuisset nullus à

Assensus datus per unum Vice regem, an possit tempore alterius Viceregis executioni mandari.

Si is, qui cõsentit, dat, prohibitus alienare nõ potest consentire.

Cõsentire alienanti, aliud est, quàm dare.

natura, sed propter quoddam extrinsecum, id est, assensum domini, vt notat Ioan. Fab. in §. non solùm. Inst. de legat. & per Iser. hîc, in vltima additione, col. x. vbi dicit, quòd contractus valet propter spem reconualidationis. Pro qua conclusione videte, quæ dixi suprà in materia extẽsionis, in prima conclusione, ibi, qui consentit, dat. & in alio articulo extimationis præstandæ. ex quo illud emergit, vt qui est prohibitus alienare, non sit prohibitus consentire. Sed aduerte, quia Iser. hîc dicit, quòd in hac vetatione de non alienando comprehẽditur, ne alienet rem, vel ius domini: per vocem, Rem. intelligendo de dominio directo: per vocem, Ius. de feudo fortè aperiendo: vnde tum ex hac ratione, tum quia rarò dominus & cum difficultate consentit ei qui caret filijs, minimè prorex poterit in hoc casu consentire. Nam si filijs caret, restitutioni faciendæ domino subiacet feudum, secũdum Isern. in c. j. de eo qui sibi & hæred. suis. cum concor. ergo alienari per vicarium tunc non potest, authẽ. res quę. C. communia de leg. quæ omnia notate vos qui regij patrimonij curam habebitis, quia & sine pragmatica, quæ nũc adest vetans talem assensum, etiam in præteritum

Prorex an aßẽsum præstare poßit ei qui filijs caret.

ritū attentari poteſt, vt oēs aſſenſus corruant, ſi illud non attendimus, quòd pro quiete ſubditorum, quæ certam habuerunt conſuetudinem, minimè ſint mutanda, argumen. l. minimè. ff. de legib. ¶ Sexta concluſio ſit, quòd in augmentum feudi licet conſentire & alienare: de quo videte ſuper tex. in verbo, minuebantur. ne bis dicamus idem. ¶ Septima concluſio ex dictis Iſern. ibi, ideo dicunt aliqui. col. vj. ſit, vt dū Iſer. pōderat ſolita & inſolita perſonalia, id cōcludere voluerit, quod pōderauit Luc. de Pen. in l. j. C. de priuil. ſcho. col. v. quippe vt regalia diuidātur ſub duplici ſpecie, quia quędā cohęrēt oſsibus regis, ita vt ab eo euelli nō poſſint: vt putà, leges condere, cudere monetam, notarios creare, & cognoſcere de crimine læſæ maieſtatis: quę etſi rex vellet à ſe abdicare, nequiret, & hæc in generali conceſsione non veniant, ſecūdum Luc. ibi, & in l. j. C. de vete. lib. xj. & Parid. de Put. in tracta. ſyndicatus, in rubri. de exceſſ. baron. Quædam verò regalia, quæ non ita cohærent oſsibus regis vt alienari non poſsint, vt eſt merum imperium gabellæ, aquę aquarumque decurſus, quæ nedum in generali alienatione, ſed dato caſtro tan-

Vicarius regis an concedat regalia.

Regalium differentia.

quã acceſſoria venirent ad illud, & hæc in tali cõceſsione veniant, provt tenuit hîc per iura in locis allegatis per Bald. in l. imperium. col. iij. ff. de iuriſ. om. iudi. & in l. j. C. de iure aur. annul. Luc. in l. j. C. de bon. vac. Bar. in l. ſi quãdo. eod. tit. Bald. in l. cùm multò. C. de bon. quę lib. Ange. in l. j. §. qui mandatũ. in fin. de offic. eius. idem Luc. in l. vſum. C. de aquædu. & Alex. in l. iij. in prin. ff. de acquir. poſſ. Quos cumulat Loffred. in c. filij. col. vj. ſi de feu. fuer. contr. vbi citat Luc. & alios loquentes, della colta ſanctæ Mariæ. Mea tñ ſententia hoc ſecũ dum membrum adhuc diuidi debet, & ſunt faciẽda duo capita: alterum, quá do hæc alienabilia cohærent ſubiectiuè alicui rei, provt loquitur Lucas de iuriſdictione, quæ ſubeſt caſtro, quia tunc cõceſſo illo principali, vel aliquo vniuerſo cui ineſt, veniunt hæc regalia: ſic enim dicimus, vt veniat ius patronatus, quod aliter non veniret, vt per Bartol. in l. hanc legem. ff. de contrah. emp. & per Ber. in tract. de gabel. in iij. parte, j. q. & ea quæ cumulauit Iaſo. in l. j. col. pen. ff. de offic. eius. per l. quædam. ff. de acquir. rer. domi. & l. ſi operarum. ff. de oper. lib. & dicta in c. filij s. xvj. q. vij. Alterum, quando non cohærent rei, vt eſt

in

in casu const. post mortem. nimirũ præsentare feudatarium, quod tantùm cõpetit regi in feudo quaternato secundum quid, vel quid simile segregatum, quod per se staret, tunc istud non veniret, maximè in regno, per const. dignũ. & const. ea quæ ad decus. post notata in c. fin. de offic. vic. in vj. & in c. generali. si de feu. fue. controuers. Quicquid dicant Rapha. Cuma. in consil. clxij. & Doctores ab ipso allegati, quia loquuntur in capite præcedenti, quando subsunt alteri rei. Nam si aliter diceremus, sequeretur, quòd cõcesso castro, in quo antea non aderat merum imperium, in generali cõcessione veniret: qđ fatuum esset dicere, quia hæc regalia ideo veniũt, quia subsunt rei, nó autem q, subsint verbis generalibus, quæ illa non cõprehenderent, vt in d. c. fin. de offic. vicar. in vj. & in const. dignũ. & in consti. ea quę ad decus. vt probaui suprà in specie feudi Franci, in capite, feudi concessi pro censu. in primo capite. ¶ Quia Isern. à ver. multo fortiùs. intendit examinare, an & quãdo feudum possit dari in dotem, quærit in primis pro euidẽtia dicẽdorum, an ipsum matrimoniũ impediri possit, inquiẽs: præmittamus primò ad euidentiã istius quęstio-

An feudum dari possit in dotem.

nis propositæ, si volumus videre, an possit impediri datio in dotem respectu feudi, si possit impediri ipsum matrimoniũ: quasi dicat, videamus, si quod permittitur ratione rei, quia in re sua vnusquisque est moderator & arbiter, alia ratione impediatur, nimirum propter matrimonium, quod in consequẽtiam impediretur, vt hac de causa prohibeatur etiam & res, hoc est, vt non sit in potestate domini impedire, quin in dotem detur: quia si matrimonium impediri non potest, minimè dos ipsa (cum qua vt plurimùm matrimonia cõtrahuntur) poterit impediri, & sic vt feudum obligetur pro dote. Nam videmus, quòd si alicui est aliquid legatum, si cum consensu Titij contraxerit matrimonium, conditio apposita circa consensum Titij non valet: & ratio est, ne matrimonium aliquo modo impediatur, vt vtrunque patet in l. cùm tale. §. rescriptum. ff. de condition. & demonstration. licet iure nouissimo sit correctum per Textum in authentic. cui relictum. C. de indicta viduitate tollen. vbi qualitas apposita, ne nubat, valet & tenet, dicit Isern. quod secundũ verum intellectum Ioannis glossatoris debet intelligi in vidua, & non in virgine

Matrimonium an impediri possit.

virgine. Quam ob rem vt formet argumenta sine contradictione, omnia illa format in virgine. Isern. postquam incepit ita loqui de prohibitione, incipit discurrere antequam veniat ad argumẽta sua in versiculo, si verò, vt non nubat, etc. dicens, quandoque non impeditur matrimonium præcisè, sed in consequentiam fraudulenter, & per circuitus: putà, si dixerit, ne nubat tali, cùm alium æqualem habere nequiret, vel vt non nubat Neapoli, vel Aritiæ, cùm alibi nõ possit ex æquo nubere: nã hoc modo per indirectũ induceretur viduitas, & per consequens non valet, d. l. cùm ita. & l. seq. quæ incipit, hoc modo. & si recta via non possumus dicere, quòd ex illo pacto de directo impediatur matrimonium, quia tamen si verba non dicunt expressè, quòd impediatur matrimonium, ex eorum interpretatione apparet, quòd hoc fuit in eorum mẽte, vt tendant talia pacta cõtra procreationem sobolis, & libertatem matrimonij, d. l. hoc modo. ergo, etc. Deinde Isern. sentit vnum contrarium ibi, in versicul. vnde si sic. vbi deficiunt multa verba: tu autem dic, domine Isern. tu malè allegas text. in l. cùm tale. §. rescriptum. in l. cùm ita. & l. hoc modo. quia

Interpretatio cõtractuum strictior est, quàm ultimarium uoluntatum.

loquuntur in vltimis voluntatibus, nos autem loquimur in cõtractibus, in quibus strictior fit interpretatio, vt in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obligat. Isern. soluit hoc argumentum, dicens: de vltimis voluntatibus ad contractus bonam esse consequentiam, l. pactum. ff. de pac. l. non est. ff. de pigno. act. & l. j. C. de lege Fus. Cani. & subdit hæc verba, quæ communiter corrupta habentur: quæ si sic considerantur in cõtractibus, sicut in vltima voluntate considerãda essent, erunt etiã inter viuos: & ita soluit hoc contrarium, vt extendatur ad contractus propter rationem annexam finalis causæ concludendi, hoc est, fraudis quæ fit soboli & matrimonio, non autem quia in vltima volũtate vel cõtractu leges loquũtur. Nunc Isern. iterum reuertitur ad propositum suum discurrendo per iura Ciuilia: alibi namq; habemus in hoc impedimẽto matrimonij, quòd qñque nihil agitur cum illa quæ vult contrahere matrimonium, sed agitur cum tertio, cui prohibetur ne res donatas det in dotem, imò vt non nubat: & isto casu respectu tertij valet ista prohibitio, C. de indic. vidui. l. j. & ff. de condi. & demon. l. mulieri. præter quàm in duob. casibus:

putà,

putà, si dos esset reuersura ad illam mulierē, vt in l. auia. §. Titio. ff. eodem. vel pater esset ille tertius, vt ff. eod. l. hæres. §. fin. & hoc vsque ad versic. eadem ratione. Nunc illis sic præfatis, incipit argumentari, & firmat vnam propositionem de duabus propositis, quòd valeat prohibitio, ne detur in dotem, & arguit sic: si nos concludimus, quòd quando datur tertio, ne det in dotem, valet talis prohibitio, vt in d. l. mulieri. eadē ergo ratione si datur feudum, ita vt non det in dotem, talis prohibitio valet: & iterum dicamus, leges illas loqui in vltimis voluntatibus, non autem in contractibus. Respondet tamen, vt sicut dicimus in authen. de nup. quòd voluntas testatoris habetur pro lege: idē dicamus in contractibus, vt ex cōuentione legem accipiant, l. j. ff. de depos. §. si conuenerit. nā generaliter dicimus, q, in re sua vnusquisq; est moderator & arbiter. Est bene verum, dicit Isern. vt tametsi talis vetatio valeat, non intelligatur, quando nihil aliud haberet pro dādo in dotem, arg. authen. res quę. C. cōmunia de lega. Et hæc fuit opinio Iac. de Ardi. in sua summa, in tit. vtrùm feu. possit dari in dotem. omissis reliquis, quæ faciunt p̄ ista parte, & hoc vsq; ad

versiculum, & cùm hoc sit reuersurum. In contrarium ex his quæ præmiserat, argumentatur sic: si quando bona sunt reuersura ad mulierem, in hoc casu prohibitio, quòd non alienetur in mulierem nubẽtem, non valet, vt in d.l.auia. §. Titio. ergo & pariformiter cùm hæc dos sit aliquando reuersura ad mulierem, prohibitio quòd nõ detur ei in dotem, non valebit. Quam ob rem videtur contrarium verum, vt hac prohibitione non obstante possit dare in dotem, quia ista conuentio est contra bonos mores, & cõtra rempublicam, quæ vult matrimonia frequentari ad sobolẽ procreãdam, vt patet in d.l. hoc modo. in fine. Nam pacta contra bonum publicum non valent, vt ff. de pact. l. iuris gẽtium. §. & generaliter. & §. si paciscar. Sed sic est, quòd reipublicæ interest, mulieres dotatas esse ad procreandam sobolem, vt in l.j. ff. sol. matrim. ergo sequitur, vt talia pacta minimè valeant: & hoc vsque ad versiculum, faciliter. Nunc Isern. sentit aliud contrarium, si Iurisconsulti considerant impedimentum matrimonij, matrimonium est maris & fœminæ coniunctio, vt Instit. de nupt. in prin. de dote verbum nullum, quomodo ergo si impeditur dare in dotem,

tem, impedietur matrimonium? Dicit Isern. qui ad omnia aduertit, satis impediri matrimonia, quoniam sine dote non est quis ducturus vxorem, & sic faciliùs nubere poterunt cum dote, quàm sine dote, vt ff. quæ in fraudẽ credito. l. si fraudator. §. j. & ff. de doli except. l. purè. §. eum. & hoc vsque ad versic. hac ratione. Quæ verba memoriæ commendanda sunt. Dixerat namq; Isern. quasi in principio operis, id quod paulo pòst iterũ dicet: In quibus sapientes, vxorem venire ex ara deorum. Deinde verò, quasi in medio libri, subiungit, Dulcia ergo sunt colloquia vxoris & viri. Nunc autem addit, Non tamen sine dote ducẽda est. Tertiò videmus, quòd prohibitus alienare, non censetur prohibitus dare in dotem, vt ff. quæ in fraud. patron. l. j. §. si libertus. Et hoc idem videmus in tutore & minore, vt C. si maio. fact. alien. sine decre. rat. hab. l. fin. §. cùm autem. C. de admi. tut. l. lex quæ. & ff. de admin. tut. l. cùm plures. §. in primis. & de tut. & ratio. distrah. l. j. §. sed nõnullos. & in medio cursus hoc sentit argumentum. Tu Iser. frustrà arguis à legibus Ciuilibus, quia nos habemus de iure feudorum, quòd quotiens-cunq; est aliquid statutũ de iure feudo-

Prohibitus alienare, non censetur prohibitus dare in dotem.

rum, & contrarium ſtatuitur de iure Ciuili, ſtemus iuri feudorum: ſed ſic eſt, quòd de iure feudorũ eſt in ſpecie prohibitum, ne feuda dentur in dotem, vt in c.j.§.donare.quali.olim feu.alie.po. ergo fruſtra hæc tua argumenta in medium producuntur. Dicit Iſer.cum ſuo mirabili intellectu, liber feudorum nõ eſt liber legum, ſed cõſuetudinum: ſed ſic eſt, quòd conſuetudo contra bonos mores non dicitur conſuetudo, ſed corruptela, vt in authen.vt nulli iudi.§.j.& C.quæ ſit longa conſuet. l.ij. ergo liber feudorum in hoc nullius erit momenti: quod nota, quia contrarium dixit Iſern.in c.j.qui ſucc. ten.& in c.j.de feu. guard. ex quo hoc ſecundum notabile ſequitur, vt cap.j. de feu. cogni. habeat locum in conſuetudine bona, non in corruptela. Nunc Iſern.ſentit aliud cõtrarium, in verſiculo ibi, niſi quatenus, etc. Tu tenes, quòd facere mulierẽ incapacem in feudo in cauſa dotis, ſit cõtra bonos mores, ergo totum ius feudorũ eſt corruptela, quia fœmina nunquã admittitur à lege feudali, eo quòd ſeruire nequit, vt in c.j.§.hoc quoq;.de his q feu.dar.poſſ.c.j.§.ad filias.de grad. ſuc. & c.j.§.ad filias.de ſucc.feu. Dicit Iſer. hoc quoq; fuiſſe irrationabile, l.maximum

Fœmina nunquam admittitur à lege feudali.

mum vitium. C. de lib. præte. nam si in feudo consideratur seruitium, vt in c. j. §. fin. in quibus causis feud. amit. poterat illud prę̃stari per virum qui magis strenuus est, quàm filius masculus, & interim seruire per substitutum, sicut alij minores, & alij inhabiles, c. si quis decesserit. in tit. si de feu. fue. cõtr. sicut obseruatur quoq;, quando fœmina succedit per pactũ, c. j. de nat. suc. feu. & alijs casibus, vbi fœmina admittitur, quos cumulauit ibi Iser. in quib. casibus etiã secundũ hęc iura nouissima esset irrationabile, vt ei non detur in dotẽ. Et tanto fortiùs hæc iura essent irrationabilia, quando aliquo modo mulier successit in feudo, & ipsa dedit in feudũ: & hoc vsq; ad versic. const. regni Siciliæ. Nũc Iser. sentit hoc aliud contrarium: Tu dicis, quòd consuetudo feudorum, tanquam irrationabilis, in hoc non valet, ergo & lex imperatoris & regis, in cõst. fratribus. & in constit. honorem. quę inhibent vt feudum non detur in dotem, nisi certo modo, non valent. Dicit Iser. primò, q, licet illę leges sint perquàm duræ, debent tamen seruari in regno Imperatoris & regis, arg. l. prospexit. ff. qui & à quibus. Secundò, quoniam omnia argumẽta suprà dicta sunt de iure

Ciuili, & non de iure naturali, & licet naturalia non possint mutari, ciuilia tamen sic: ergo, etc. Sed dicit Isern. quòd isti qui tenent hanc opinionem, sunt timidi, & cantant, Placebo dño. Nunc Iser. transit ad aliam opin. dicēs, quòd etiam in casu constitutionis, fratribus. & cōstitutionis, honorē. alij, & veriùs, tenent contrarium, per suprà dictas rationes. Et ad iura allegata in cōtrariū respōdet, q, illę nō sunt leges, nec p legib. debēt obseruari, quoniā de essētia legis est, vt sit iusta, vt iiij. dist. c. erit. & j. dist. c. ius naturale. sed ista est iniusta, ergo minimè est seruanda: quòd aūt sit iniusta, probatur, quia matrimonia sunt de iure diuino, vt xxxij. q. ij. c. sicut. §. his ita. & hoc etiā attestatur Philosophus, dum dicit in ij. Oeconomic. vxorem venire ex ara deorum: sed sic est, quòd per talem prohibitionem prohibetur matrimonium, vt suprà in suis præmissis ipse probauit: ergo sequitur, vt lex ista, tanquam contra ius diuinum hoc statuens, nihil valeat, quoniam statui aliquid contra ius diuinum non potest, vt in c. literas. de restit. spol. ergo lex iniusta. Verùm quia dominus directus feudi dicere posset, nego minorem, quòd per hanc prohibitionem alienationis

Placebo domino.

Lex iustitiam desiderat.

Vxorem uenire ex ara deorum.

feudi

feudi in dictis constitutionibus impediatur matrimoniũ. Hunc in modũ illã probat Isern. in versic. impeditur. nam dominus in illis constitutionibus vetuit duo: &, quòd feudum non detur in dotem: &, quòd nec pecunia detur in dotem, si pro illa pecunia obligatur feudum: quibus fit, vt si dominus dicat, ego nolo consentire, quòd des huic feudum in dotẽ, tacitè videatur inhibere ne nubat, quia cũ dote vult vxorẽ vir, sine dote non: ergo impedietur per hũc assensum denegatum, matrimonium ipsum. Et quia dominus iterum dicere posset, certè Isern. tu vis multùm restringere hanc meam iniustitiam: ego etiam nihil loquor de matrimonio, quare ergo tu ita strictè matrimonij impedimentum ponderas? subiungit Isern. tu domine negare non potes, quin matrimonia debeant esse libera, vt C. de invtil. stipulat. l. libera. ff. de verb. obligat. l. Titia. §. final. Sed si per viam indirectam impediuntur, libera non sunt: nam ita considerabimus impedimentum viæ indirectę, sicut directæ, vt ff. de tutor. & cur. l. scire. §. si mater. ergo, etc. & hoc vsq; ad versicul. hæc enim. vbi dicit Iser. quòd isti, qui tenent hanc partem, arguunt hoc alio for

Impedimentum viæ indirectæ sic consideratur, ut directæ.

tiori argumento: ea quæ non possunt fieri per pactum, nõ possunt fieri per legem: quia lex & homo vadunt à pari, l. non solùm. §. fin. ff. de oper. no. nunciat. & C. de fideiuss. l. fin. in fin. Sed sic est, quòd per pactum nõ potest prohiberi, ne res detur in dotem, vt probauimus suprà in re propria: ergo sequitur, vt minimè per legem fieri possit, maximè in alieno, quia vasallus suum vtile dominium dat in dotem, non autem directum. Et cum hac opinione transit Iser. quòd lex, quæ impedit matrimonia, nõ debeat dici lex: erit ergo iniqua, & sic nõ seruãda, vt testatur Isaias x. dũ dicit, væ illis qui condunt leges iniquas. & hoc vsque ad versicul. maximè. Secundò addit Isern. quòd tanto maximè hęc opinio debet dici iniusta, quanto q, in regno Siciliæ fœminę succedunt in feudo: & si per viam successionis eis dari debent, vt in constit. in aliquibus. multo fortiùs si dantur in feudum pro dote, admittendæ sunt. Ex quibus concludit, satis patêre responsum, an vicarius possit dare licentiam de dando in dotem, quasi quòd sic: quia rex nõ debuit etiã impedire. Sed pondera verbũ Iser. quia non dicit, quòd non potuit, sed quòd non debuit. Et præter allegata

Fœminæ in regno Siciliæ succedunt in feudo.

per

per alios probat hoc Iſer. nam facta prohibitione de non alienando, non cenſetur vetitum ei, qui ex neceſsitate vult alienare, ff. de lega. ij. l. peto. §. prædiũ. Sed ſic eſt, q, qui dat in dotẽ, ex neceſſitate dat: quia dos eſt ſequela ſeu conſecutiua matrimoniorum: ergo non extenditur ad prohibitionem de dando in dotem. Et nota, quia Iſern. cum magno myſterio dicit, quòd alienabit per §. prædium. quaſi quòd in vita valeat, & non vltrá. Nec obſtat, ſi dicatur matrimonium conſtare poſſe ſine dote, vt ff. de iure dot. l. j. C. de don. ante nupt. l. fin. Nam hoc ſaltem negari non poteſt, vt frequenter matrimonia fiant cũ dote, quia non eſt quis facilè ducturus vxorẽ ſine dote, vt d. l. pater. de dol. except. & l. ſi fraudator. ff. quę in fraudem patron. Sed ſic eſt, quòd iſta frequentia debet attendi, vt in l. iuſto. ff. de vſucap. in prin. ergo, etc. Hodie tamen nulli dubium eſt, in regno vicarium regis poſſe conſentire, ſi feudum datur in dotem: quod probo ſic, nã hodie in dote aſſenſus non eſt voluntarius, ſed magis neceſſarius certo modo, vt in c. in planitie ſan. Martini. Sed ſi rex interpellaretur, teneretur cõſentire, vt ibi: ergo & multo fortiùs eius vicarius. Probo con

Neceſsitati nõ moderatur lex.

Dos eſt ſequela matrimoniorũ.

Frequentia debet attendi.

Procurator, qui non facit illud quod dominus facere tenetur, culpa notatur.

sequentiam, quia procurator, qui non facit illud quod dominus facere tenetur, culpa notatur: lege, mulier. §. sed si cùm distrahere. ff. ad Trebellianum. Demandatum namque vicario omne illud videtur, quod rex teneretur facere, vt ff. de condict. indeb. l. si procurator. Et ita resident Iser. in hac materia. Quid ergo dicemus? Id planè ego dicã, vt principiò illos legatis qui quęstionẽ hanc ante nos tractarunt, quęrentes, an & quando feudum dari possit in dotẽ, vel pro dote, vel donationem propter nuptias obligari, eo quòd varij varia dixerunt, provt fuerunt Iacob. de Ardiz. in sua summa, in titul. vtrùm vasal. poss. feu. dar. in dot. glos. Iser. & cæteri hîc, & in c. j. §. donare. qual. olim feu. alien. po. in c. j. an mar. & in c. j. de eo qui sibi & hæred. suis. & in c. j. de inue. quã Tit. accep. à Semp. & per glos. in c. j. de controu. inter dom. & empt. & cæteri in c. nuper. de don. inter vir. & vxor. Ias. Pet. Corn. & alij, in authen. res quę. C. commun. de leg. Felin. post Ioan. And. Ant. de Butr. & alios in c. quæ in Eccleſiarũ. & relati per ipsum, Extra. de constitut. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxo. §. xij, xiij. & xiiij. latè Iac. de s. Georg. in verbo, ita etiam quòd ipsi vasalli, & eorum

rum hæredes. in fin. Cyn. & Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiſſ. Salic. in l. fin. C. de rebus alie. non alie. Ioan. An. in tit. de locat. §. fin. verſic. xcix. Spec. in tit. de feu. verſi. xxxviij. Rot. in deciſi. cxcix. incip. pater poteſt dare feud. in dot. Franc. Curt. in tract. feu. in iiij. parte, chart. xlj. col. ij. Socci. in conſi. xix. in cip. pro deciſione. verſic. verùm. circa fi. Gl. Hoſtien. Ioan. And. & Imol. in c. ij. de feud. Specul. verſic. xix. in tit. de locat. §. ij. & in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. cix. Ioã. And. in c. potuit. in tit. loc. Salic. in l. fin. C. de rebus alien. Ludo. in conſil. ccccxxxvij. incip. omnipotẽtis, circa propoſitam. in fine. Imol. in c. potuit. de loca. Aceruauerim Doctores hos, vt videas in primis pleroſq; ex his magis terminos noſtros confudiſſe, pleroſque verò ex eis ſola recitatione contentos remanſiſſe: rurſum, vt minimè mireris, ſi hac de cauſa quibuſdam ex eis citatis, provt neceſſe erit, dimiſsis diſputationibus, Felin. Aluar. & Iaco. ac Cur. in locis ſuprà dictis plures & diſtinctas concluſiones colligam, ſolum Iſerniam vobis proponens, qui in feudis noſter Auriga eſt. ¶ Et primò ponamus regulam, quòd non obſtantibus tot ſpecialibus priuilegijs dotium,

Feuda non dantur in dotem.

de quibus in l.j.& ij.ff.solut.matrim. & per Campeg.& reliquos in suis tractatibus:inspecto iure communi feudorum in dotem sine assensu minimè feudum à tertio fœminæ aut eius viro dari possit,per text.in c.j.§.donare.qualit.olim feu.alien.pot.eo quòd non quærimus, quid per ius ciuile doti sit concessum, sed quid per legem feudalem in feudo sit prohibitum,c.j. de feu.cogn.Contra quod non obstant responsiones Isern. hîc in superiori doctrina sua, quam declarauimus,dũ dicit,quòd magis §. donare.possit dici corruptela, quàm lex: & sic seruari non debet,argu.tex.in authen.vt nulli iudic.§.fin.& C.quę sit lõga consuet.l.ij.Quia in istis consuetudinibus in scriptis redactis nõ quærimus, si consuetudo est contra bonos mores, nec ne:sed an ita sit statutum à lege feudali?vt in c.j.de feu.cog.quem ita intelligit,& rectiùs Iser.in c.j.qui succes.ten. & in c.j.de feu.guar.Et iterum aduerte, quia Isern.hîc non quærit,si feudum potest dari in dotẽ, maximè in regno, vbi iam per legẽ prohibitũ est, etsi perquã dura est,seruaretur,vt dicit ipse,argu. l. prospexit.ff.qui & à quibus.sed quęrit, an sicut rex tenetur consentire , teneatur eius vicarius? & dum vult concludere,

re, quòd sic, has rationes in medium producit, volens demõstrare, quòd lex fuit iniusta, & quanto magis iniusta, tãto faciliùs consentire debet, non autem quòd propterea ipse teneat, vt feudum sine assensu possit dari in dotem, quia contrarium tenuit in §. donare. & vbique. Et si nulla ratio afferri posset, vt ita intelligatur doctrina Isern. hæc sola sufficit, quia Isern. dicit, quòd rex & vicarius debent consentire, ergo opus est assensu. Nec videatur hoc tibi mirum etiam iure ciuili inspecto, quoniam rerum omnium triplex, quantum ad id, de quo quærimus, attinet, datur diuisio. Nam quędam sunt omnino nostrę, in quibus liberè contrahimus, vulgata l. in re mandata. ff. manda. Quædã omnino alienę, in quibus si eorum datur cõmerciũ, ad interesse obligamur, dum inuitis dominis earundem dispositionem liberam nõ habemus, iuxta l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. iuncta l. apud Iulianum. §. si rem. ff. de leg. j. & l. rẽ alienã. ff. de contrah. empt. Quædam verò partim sunt nostræ, partim certo modo sunt alienæ, vt in l. fi. C. de bonis quę lib. l. fin. C. de iure emph. cum concord. sub qua tertia specie connumeratur feudum, quod partim, quo ad

Diuisio rerum de iure ciuili triplex.

vtile dominium, est vasalli, partim verò quo ad directum, regis, c. j. §. fin. de feu. cogn. in quo nec dominus in præiudici um vasalli, vt in c. j. qui succ. ten. nec vasallus in præiudicium domini, per l. istam, & l. j. de prohib. feu. alien. per Loth. quicquam agunt: aperta namq; lege in d. §. donare. statutum est, vt minimè vasallus sine domini assensu feudū in dotem det: quod facere recto iure & omni æquitate potuit. Quoniam si videmus, quòd in ecclesia, quæ fauorabilior est dote, vt notatur in l. j. C. de sacrosanct. eccl. & in l. j. ff. solut. matr. ius ciuile permittit, vt res nostra ita alienari possit, ne tamen in ecclesiam non transferatur, & valet pactum, vt Doctores obseruant in l. fin. & l. si ita quis. C. de pact. inter empt. & vend. multò ergo facilius permittetur, vt in dotem nō detur: hoc enim in specie firmat gloss. in l. si nullā. C. de iure dot. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. cix. Bald. hîc, & Mart. in suprà dicto §. donare. & Lup. in d. rubrica de donat. inter vir. & vxo. quòd autem lex feudalis iusserit, vt minimè in ecclesiam feuda trāsferantur, patet hîc, & in d. §. donare. & in regno ita confirmatum est, in c. item statuimus, quòd possessores. Nam eadē ratio-

Ecclesia fauorabilior est dote.

ratione in c.j.§.aut si libellario. prohibuerunt, vt nec pro fame alienentur, quod erat magis necessarium. Animad uertamus quęso rationē finalem, vt inalienabilia fiant alienabilia pro causa dotis, illam esse, nempe vt mulieres faciliùs nubant, l.si fraudator. §.j.ff. de his quæ in frau. & l.purè.§.si eum.ff.de doli excep. quam rationē non considerat lex feudalis, quę nec virum, nec eiusdē fœminæ filium masculum respicit, vt in c.j.§.j.cum cōcor.de grad.succes.sed tā tùm admittit sanguinem descendentē masculorum eius qui primò fuit inuesti tus, exclusa filia fœmina quę vult nubere, sicuti in c.j. de succ.feu. latiùs demō straui. Non quidem lex feudalis considerat, quòd possit per virum & per filium masculū militare, quia regulariter non attendit hæc seruitia lex feudalis, sed fidelitatem elegit, ac proinde vt descendat à sanguine acquirētis, vt in c.j. in princip.de succes.feud.& c.j.de gra. succes. Qua ratione dicemus, vt postquam dare in dotem, alienare est, l. ex promissione.ff.de action. & obligat. & l.sicut.§.si debitor.ff.quib. modis pign. vel hypot.sol.& l.fin.§.j.C.de dona.ante nup.vt patet etiam in c.j.an maritus. & in c.j.de eo qui sibi & hæred.suis. re-

Sanguinē præcipuè lex feudalis respicit.

ctè vetitum sit, tum per legē illam feudā lem antiquam, vt in d.§. donare. tum etī am & genericè vetando omnem aliena tionem per Feder. hîc, & Loth. in l. j. de prohib. feu. alien. per Lothar. quòd pro dote feudum dari non posit, maximè quando extimatum daretur, quia tunc magis esset vendere, l. j. C. de iure dot. & l. plerunque. §. si ante. ff. de iure dot. quod in iuribus prædictis in specie pro hibetur. Nec etiam inspecto iure ciuili iura citata per Isern. hîc, obstarent, quia etsi in l. cùm ita. & in l. hoc modo. statui tur, vt genericè inhiberi non possit, ne matrimonia contrahantur, tamen in cō trarium videmus, quòd prohiberi po-test genericè, ne feuda dētur in dotē, se-cūdum Doctores quos citat Alex. in cō sil. lvj. incip. consideratis verbis testamē ti. in primo vol. quem sequitur Ias. & cō muniter Doctores aceruati in authent. res quæ. C. communia de leg. post glo. in d. l. nullam. C. de iur. dot. & per Lup. in rubr. & c. j. de donat. inter vir. & vxo.

Authent. res quæ. nō habet locum in feudis

Hanc enim ob rem dicimus, vt authen. res quę. non habeat locum in feudis, se-cundum Doctor. prædictos, & Bal. hîc, & in d.§. donare. vbi Moderniores quo-que notāt, & meliùs per Lup. §. xvj. qui dicit, q, quando in specie vetatur, ne res

detur

detur in dotem, cessat dispositio authē. res quæ. Itaq; tenuerunt cumulati per Iaſ. in d. authen. res quæ. & Ambro. in repetitione §. diui. col. xc. post Alex. in consil. lvj. in primo vol. Quia si potest vetari, ne detur in dotem, secundum gl. in l. nullam. C. de iure dot. quę cōmuniter approbatur à cumulatis per Lup. in d. rubr. de donat. inter vir. & vxor. nullum habebit locum d. authen. res quæ. stante prohibitione facta per legem feudi in d. §. donare. tum maximè, cùm nō dicamus in feudis, quòd prohibeatur, ne nubat, sed vt feudum in dotem non det domino insscio, qui vult hunc vel illum in re sua eligere, ac illum aut alterum excludere: quæ omnia in d. l. hoc modo. & in l. cùm ita. à Iureconsultis tolerantur, & cōmuniter à Doctoribus in locis paulo antè citatis. Nec refert, q; non esset contrahere matrimonium cū simplici voluntate contrahentium, contra tex. Inst. de nupt. in princ. & saltem quia esset alia via legē circumuenire, vti Iser. ponderat hîc, quia vt nubat, est vnum, vt feudum det in dotem, est aliud, nec est circumvenire, quando alia lege permittente suo vtitur iure, aliàs nulla lex in materia dotis limitari aut interpretari posset per aliā, qd̄ ridiculū esset

asserere: tũ maximè, cùm electio ista in matrimonio ipso in personam tertij cõ ferri possit, vt in d.l. cùm ita. dum tamẽ arbitretur, & bene: sic enim soluitur §. turpia . qui in contrarium ab Isern . hîc affertur vnà cum alijs iuribus suprà dictis, quæ fuerunt Iacob. de Ardiz. & satis, quantum ad rem nostrã attinet, sunt soluta, vt pinguiùs articulum hunc examinatum habeatis, quia etsi omnia iura ciuilia feudis aduersarentur, adhuc feudalibus iuribus staremus, & de iure cõmuni feudorũ à §. donare. & l. ista, ac l. j. de prohib. feu. alie. per Loth. & à cõ stit. fratribus. & à c. item statuimus. in regno, tanquam à Carrotio (vt Bononienses aiunt) non discederemus: ita communiter, si simpliciter quęrimus, an pater possit dare feudũ in dotẽ, cõcludũt Doctores à me citati. Itaq; teneas tu, dimissis interpretationibus, si §. donare. loquitur in patre vel extraneo, ac alijs argumẽtis recitatis à Iac. de sancto Georg. à Feli. & à Cur. in locis s̃. allegatis, qa sunt chymerę, & stamus tantùm regulę d. §. donare. nec aliud quęrimus, ar gu. c. j. de feu. cog. reliqua paulo pòst dicemus. ¶ Secunda cõclusio ex cõmuni mente suprà dictorum sit, quòd licet tertius non posset feudum dare in dotẽ sine

Fœmina, quæ habet feudũ, an illud det in dotem pro semetipsa.

ne

ne assensu, si tamen fœmina successit in feudo eo modo, quo de iure capax est feudi, vt notatur in c.j. quemad. feud. ad fil. pert. cũ cõcor. poterit ipsamet mulier, dũ tamẽ nõ fiat pactũ de lucrãda dote, vel q̃ detur feudũ extimatũ, dare feudum in dotem: c.j. de eo qui sibi & hęre. suis. c.j. de inue. quam Tit. acc. à Semp. & in c. si maritus. in capitulis extraordinarijs, arg. l. mulier. §. cùm proponebatur. ff. ad Trebell. & ita tenet Isern. in §. donare. col. j. & hîc, col. vj. in c. j. de inuest. quam Tit. acce. à Sempron. & in c. j. de eo qui sibi & hæred. suis. post Iac. de Ardiz. in summa, in tit. an possit dari feudum in dotem pro filia. & in rubr. mulier habens feudum. quos communiter sequuntur Doctores in principio quæstionis huius cumulati. Assignant rationẽ Aluar. & cæteri in locis allegatis, quia lex sic interpretatur, vt nõ censeatur esse vetitum dotare semetipsam, d. §. cùm proponebatur. maximè, quia si tertius dotat, nullũ dominiũ remanet penes dotantem: at si semetipsam fœmina dotat, remanet quodam naturali iure inspecto adhuc aliquod dominiũ penes ipsam, l. in rebus. C. de iure dot. & secundò, quia cõstante matrimonio vtitur vsufructu ad cõmoditatem suam, l.

vbi adhuc. C. de iure dot. ex qua ratione vtiliter domina dici potest, iuxta terminos c. j. §. fin. in qbus causis feu. amit. secundũ Alua. & tenentes istã partẽ, in locis superiùs allegatis. Mihi tamẽ nunquam placuit hæc cõmunis Ciuilistarũ opinio, à quibus aliqui indocti quoq; Feudistę decepti sunt, nec prò aut contrà in hoc regno iudicatũ aliquid vidi, cùm nostris vtamur iuribus. Nã aut hęc mulier cõtrahit matrimonium simplici ter, & secũ tãquam qd paraphernale, in domũ viri intromittit feudũ, iuxta terminos c. in planitie sancti Martini. & res omni iure satis aperta est, vt hoc facere possit, secundum Isern. hîc, vt infrà suo loco dicemus: aut feudum dat extimatum viro: quo casu perpetuò transiret dominium in virum, l. j. C. de iure dot. Aut & tertiò, dat feudum in dotẽ inextimatum: quo casu negari non potest, quin durãte matrimonio vir sit dominus feudi, l. doce ancillam. C. de rei vend. & istis duobus casibus certũ est, à lege ista, & à l. j. de prohib. feu. alie. per Loth. oía esse prohibita. Nec refert, q. mulier vtatur fructibus, si alter iure proprio illis vtitur contra voluntatem domini, vt suprà in princ. text. super illo articulo, an liceat constituere vsum, vel v-

sum.

ſumfructum.probauimus. Nam pater, qui compellitur dotare filiam,etiam de fructibus feudi non dotat ipſam, conſtituendo iūs in re,vt dicit Martin. declarando Bal.in d.§.donare.col.ij. Nec curandum etiā eſt,quòd mulier ſoluto matrimonio,aut hęres,feudum recuperēt, quoniam lex feudalis nō conſiderat recuperationem feudi faciendam ex interuallo,ſed ipſam alienationem iniuſtè factā tunc,c.j. quid iur. ſit,ſi vaſ.poſt alie.feu.rec.Nec attēdit lex feudalis, ſi per omnia trāsfertur dominiū, nécne? cùm declarauerit contractum eſſe nullum,nec aliquid de iure transferri poſſe:ſed tantùm conſiderauit, vt nullum cōmercium in contemptum domini in feudo haberetur,vt in l.iſta,&l.j.de prohib.feu.alie.per Loth.vt apertiùs ſuprà demonſtraui.Ex quibus vides,quo modo rationes ab illis propoſitę corruunt, & ſi rationes nō ſubſiſtunt, minimè iura feudalia in contrariū producta aliqd probant,quoniam iura illa non aperiunt,ſi feudum fuit datū cū aſſenſu, aut non:vnde in dubio debemus preſuppo nere,quòd feudum ſit rectè datum,& q, alios caſus iura illa determinent,non iſtum.Nec §.proponebatur in feudis.ob ſtat,qa ſi ibi illud permittitur, eſt ꝓpter

præsumptam mentem testatoris, at in feudis contrariã præsumptionem volũtatis, in l. ista, & §. donare. videmus. Hęc fortè cogitãs Alua. in d. §. donare. dixit, quòd tutius est, vt cũ assensu taliter maritandę feuda viris tradant. Quod mihi quoq; videtur disputando, sed in iudicijs in hoc ambiguo articulo, quando feudum inextimatũ, quovsq; durauerit matrimoniũ, datur in dotẽ viro sine assensu, propter ipsius ambiguitatẽ, fretus authoritate tantorum virorum, qui cõmuniter hoc tenẽt, contrarium iudicarem, vt alio non sit opus assensu: nõ quidem in iudicando à communi opinione discedendum est: tum maximè, quãdo viro nullum ius formatum causaretur à principio, sed sola fructus percipiendi potestas indefinitè, quoad vixerit, daretur, quia propter temporis incertitudinẽ nullũ ius constitutũ esset à principio, sed magis vxoris vice fructus caperet: qđ quidẽ sine assensu fieri posset, secundum gl. & Iser. in const. constitutionẽ. & nedũ per ipsam semetipsam dotantem, sed per quemlibet alium, secundum Curt. in suo tracta. in iiij. parte, chart. xlj. quia non est alienare, & satis fuit de mente Feli. in c. quæ in eccle siarum. prout apertiùs suprà in quæstione

ne fructuum demonstraui: quod quidē si nulla alia ratione tenendum esset, hęc sola sufficeret, quia per c. in planitie sancti Martini. in regno est specialiter vetitum: quasi quod sapientes illi, qui regis negotia gerebāt, pro comperto habuissent, vt summoto illo text. liceret in dotem dare, nedum de iure cōstitutionū, sed etiam de iure communi feudorum, postquam vetitum non inuenitur, quia §. donare. situatur sub rubrica, qualit. olim feu. alien. pot. & sic de illa datione in dotem loquitur, per quam feudū alienatur, non autem quando hoc modo mulier se ipsam maritans feudi administrationem viro, durante matrimonio, concedit, maximè ex his quæ in sequenti quæstione dicemus. Ex quibus illud etiā decisum habemus, q, mulier multo fortiùs poterit feudum tenere, tā quam quid paraphernale penes se, vetā do ne vir se in eo intromittat, ne in fraudem censeatur factū, vt declarat Iser. in illa quæstione, an feu. possit obligari ꝓ dote? Quā ob causam nihil quicquā addimus, quia articulus satis apertus est, si sine fraude fiat. ¶ Tertia cōclusio sit, vt pater aliud non habens, iuxta tradita in l. commodis. ff. de re iudica. & in authē. res quæ. C. communia de leg. eiusdē pa

Pater aliud nō habens feudū, dat filiæ in dotem ad uitam suam.

tris vita durante filiæ in dotem feudum dare posſit, c. nuper. de dona. inter vir. & vxor. provt determinauit Rota in de cis. cxcix. in nouiſſ. Iſern. hîc, col. ij. & col. xij. ibi, ſed & tunc, ſi non haberet aliud. & Capic. hîc, & communiter omnes Doct. in principio quæſtionis aceruati. Itáque limitatur §. donare. quãdo pater aliud non habet, & ſublimitatur quoq;, vt tũc nõ liceat, niſi ad patris vitam: in quo & nos quoq; eoſdẽ ſequimur, nõ tamẽ rationibus ab eiſdẽ in medium productis: vidiſti namq; in prẽcedẽtibus, authẽ. res quæ. nõ habere locũ in feudis: & rectè, quoniã illud quod toleratur in authen. res quæ. eſt propter fauorem publicum, vt mulieres nubant, & partus edant, provt Doctor. ibidem dicunt, & ſi hæc ratio attenderetur in feudis, vtique mulieres ex eadem cauſa ſuccederent in feudo, quod tamen prohibitum eſt, c. j. de grad. ſucc. & c. j. de ſucc. feu. cum concor. & ratio rationis eſt, quia ſi intereſt reip. vt mulieres partus edant, non minùs etiam & reipublicæ intereſt, vt à militibus à Rege electis regna defendantur, vt in l. iſta, & l. j. de prohib. feu. alien. per Loth. iuxta illud,

Non minor eſt uirtus, quàm quærere, parta tueri,

vt in authẽ. de nup. §. ſoluto. Hãc. n. ob cauſam

causam feuda inuenta sunt, vt in princ. tex. declaraui: quo fit, vt cùm fœminę eiusdem militiæ incapaces sint, vt in c. j. §. hoc quoq;. de his q feu. dare poss. priuilegia publica conquassentur, iuxta au then. quas actiones. cũ vulg. C. de sacro sanct. eccl. & §. donare. remaneat incorrectus. Rursum, quia si rectè ponderamus c. nuper. nõ dicit, q; possit causare ius in re viro, durãte vita patris, sed dicit, quòd vir, qui in vita sua feudum possidere debebat, nõ potest post vitam vxori ex causa donationis propter nuptias sine assensu feudum concedere. Nec potest inferri ex illo tex. ergo in vita licet obligare, vt not. gl. ibi in verbo, quo adduxerit. primò, qa vt tex. ille declarat, casus ille euenit in donatione ꝓpter nuptias, quę nõ debetur vxori in vita viri, sed post mortẽ. Et secundò, qa dicere non potest, post mortẽ, ergo potest in vita, esset arguere à contrario sensu, qd̃ fieri non posset, corrigendo text. in §. donare. Nec quæritur in text. illo, de eo quod vir disposuit in vita, sed de eo qd̃ disposuit post mortem, vt patet in text. ibi, nisi donationi ille, ad quem spectat dominium illius terrę, voluerit consentire. qui consensus, siue loquatur de cõsensu dñi directi, siue de consensu suc-

ceſſoris, aut hęredis, vel, & rectiùs, de cõ ſenſu hęredis & domini, & ſic vtriuſq;, iam ſatis conſtat, quòd ſine conſenſu illorũ, ad quos poſt mortẽ feudum peruẽturum eſt, nihil egit Itaq; verum eſt, etiam in feudo hæreditario, vt poſt mortem ſine nouo conſenſu hæredis & domini nihil agat, vt infrà vnà cum Iſern. ſuo loco dicemus. Ratio autem, quę me mouet, illa eſt, quoniã quãdo pater dat feudum in dotem, dũ aliud non habet, poſtquã ipſi mouẽtur per tex. in l. commodis. ff. de re iudic. nil aliud in effectu facit, niſi quia dum aliud nõ poteſt, dat corpus feudi genero, ſiue vt fructus lucretur propter onera matrimonij tanquam intereſſe, ſiue vt extenuent ſortẽ principalem, vt notat Iſern. in conſtit. in aliquibus. per c. ſalubriter. Extra. de vſu. quod quidem in ſumma hoc erit, id eſt, alienare fructus toto tempore vitæ ſuæ: & hoc ſine aſſenſu fieri poteſt, vt dixi in præcedenti articulo, & ſuprà in articulo fructuum, authoritate Iſern. in conſtit. conſtitutionem diuæ memorię. & aliorũ. Qua ratione inſpecta in regno, vbi infra quinque annos licet de fructibus diſponere, vt in eadem conſtitutione dixi, poterit obligari feudũ pro dote, vt patet in c. vniuerſis. & c. reſcri-

reſcripſit.in capitulis regni, & ſic indefi nitè concedi : & hæc fuit vera eorum mens,quam explicare neſciuerũt, quia ſi ipſi conſideraſſent, quòd eſſet tranſlatum ius feudale formatum ſuper re, non concluderẽt.ſuprà dicti Doctores, quòd in caſu ſeruitij præſtandi ſeruiat pater: qui poterit etiã vti fructibus pro ſeruitio.Et pro complemento iſtius capitis non omittamus illud, quod dixit Alexan.in conſil.xxviij.incip. In cauſa & lite vertente. in vltim. col. in quinto vol.authoritate Hoſtien.& Ioan.Andr. in c.ex parte. de feud. Hoſtien.in ſumma de immun.eccl.Oldr.in cõſil.cclxx. incip.In quęſt. ꝓpoſita. & Cald.in conſilio x.ſub rubrica, de feud.nempe vt capitulum,nuper.loquatur in feudo temporali,& ideo vſque ad vitam det:ſed ſi feudum eſſet perpetuum,vtiq; in perpetuum pro dote in feudum daret: & concordãdo iura dicunt, quòd §.donare.loquitur,quando aliud habet,c.nuper. qñ aliud non habet: vnde nõ eſſet corrigere, ſed diuerſos caſus determinare. Ex quo illud reſultaret, vt ſicut cum aſſenſu hominis pater non diſponit de feudo filij, niſi ad vitam, vt in c.j. de alien. feud.pat.& c.Titius.cum concord.ſi de feu.fuerit controuer. & in feudo hære-

ditario, aut in feudo etiam ex pacto & prouidentia nouo, disponit in prejudicium filij, & perpetuò, vt in c.j. an agna. in j. oppo. dixi: eodem modo dando in dotem, disponeret cum assensu legis, per c. nuper. sic à suprà dictis Doctoribus interpretatum. Sed parcant mihi tanti patres, quia si rectè illum textum ponderant, nihil ex his dicit, quinimmo ibi in §. postulasti. loquitur in feudo perpetuo, & postea vtrunque casum similiter determinat, & quia mortuus est sine hærede, dicit litera, quòd contractus suus non nocet domino: ergo vt si cum hærede moreretur, noceat hæredi, non tenet consequentia: quoniam esset corrigere text. in d. §. donare. & tex. in l. ista, vt suprà in præcedenti articulo dixi, contra l. cum patrefamiliâs. C. de condit. insert. Non quidem vera est horum distinctio, vt text. in §. donare. loquatur, quando aliud habet, & c. nuper. quando aliud non habet: quia vtraque litera loquitur simpliciter & sine ista qualitate, vt ibidem patet, & standum est, quo ad hanc ampliationem, iuri certo feudali, in d. §. donare. sic simpliciter loquenti, non autem ambiguæ istorum interpretationi, c.j. de feud. cogni. vtinamque isti præclarissimi viri

Ciui-

Ciuilis ac Pontificij iuris interpretatione contenti essent, & feuda Feudistis relinquerent, quoniam ex eorum authoritate, quam recitatores attendũt, sæpè euenit, vt iudicantium ingenia confundantur. ¶ Quarta conclusio sit, quòd in regno licet sine assensu obligare feudum pro dote, vt in constit. fratribus. In quo illud primò scire debetis, quòd istud obligare potest fieri dupliciter: vno modo, simpliciter obligãdo, & nõ tradẽdo: alio & secundo modo, tradendo, vt de vtraque specie locuti sumus in illo articulo, si licet constituere ius in re. Secundo verò loco scire debetis, in hac materia dotis & in lucris matrimonialibus nos habere varia iura & nomina, videlicet dotem, donationẽ propter nuptias, quartam, Morgigab, antefactum seu tertiam, dotarium, & paraphernalia, antiferna, & arras: de quibus per Isern. in §. donare. Capic. hîc, & Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxo. §. xij. quos vos ipsi legere poteritis: ad rem redeamus. Et quo ad primum, si feudum in regno possit dari in dotem, Isern. suo more examinauit articulum hunc suprà, non minus confusè, quàm doctè & subtiliter, ita vt quidam ex Modernioribus nostris Neapolitanis ipsũ

An liceat obligare feudũ pro dote, in regno.

Obligatio dupliciter fieri potest.

non intellexerint, dum dicunt, quòd in quinta col. ibi, in regno Sicilię. concludit, quòd posit dari in dotē, & in xiiij. ibi, veriùs, etc. concludit, quòd non: & volentes saluare Iser. dixerunt, quòd in
* monen- versi. ibi, veriùs, etc. loquitur * mouendo, forte. do. Quod quidem, si Iser. ponderassent, non dixissent. Quis enim hoc negabit, eos penitùs Isern. non intellexisse, dum parificant dare in dotem, & obligare pro dote? Non quidem Isern. dubitauit, vt omninò consti. fratribus. sit correcta, quo ad dādum in dotem, nec super hoc disputat, sed bene super obligatione feudi, si fieri potest sine assensu. Quoniá
Consit fratrib. contiuet tria. constit. illa, fratribus. continet tria: primum, quòd matrimonium cōtrahatur cum licentia regis: alterum, vt cum tali licentia possit dare feudum in dotem sine alio assensu: & tertium, vt possit etiam obligare sine assensu. Cumque per c. in planitie. nō corrigatur, nisi quo ad duo, videlicet de matrimonio contrahendo cum assensu, quia corrigit ex diuerso, quòd matrimonia contrahantur sine assensu, & corrigit de dando feudum in dotem, quia non vult, vt sine no uo assensu feudum detur in dotē, provt erat tempore const. fratribus. vnde quærit Iser. an quo ad tertium, quod continebatur

nebatur in constit. fratribus. videlicet, quòd sine assensu possit feudum obligari pro dote, fit correcta. Super quo Iser. suam posuit doctrinã, quam, vti potuimus, ibidem declarauimus: omnia ergo ibi dicta hic repete, vbi congruentiùs starent. Sed quia Iser. per horulas, quas furari poterat, feuda scripsit, vt ipse in prælud. in princ. protestatur, & fuit fisci patronus, qui in tantis bellorum turbinibus in varijs & infinitis casibus fiscum defendit, quo tempore & peritissimorum Feudistarum, qui aduersus eũ causas patrocinabantur, consilia vidit (quorum sudores non parum authoritatis Isern. nostro Aurigæ tribuerunt) hunc casum extra ordinem, & extra locum accommodauit: sed præsuppositio, quòd dare in dotem extra regnũ non liceat, quicquid capitula Papæ Honorij dicant, vt liceat feudum dare in dotem absque eo, quòd matrimonium contrahatur cum speciali licentia: siquidem illa non seruantur, nisi quatenus sunt rationabilia, secundum Isern. in c. j. §. non est alia. quæ fuit prima caus. provt passim iudicãt: rursum c. in planitie. vetare, ne feudum detur in dotem, per quod corrigitur consti. fratribus. Et denique, quia constitutionem illam, de qua facit

mentionem gloss. in const. mulier quæ dotarium. non habemus, nec ei credendum est, arg. authen. si quis in aliquo. C. de eden. Ex his recta ratione eos dixisse videtur, vt nec extra regnum, nec in regno feuda pro dote sine assensu obligari possint. Ego verò, quia hęc conclusio regnicola est, vbi paucos, qui hoc bene scribant, habemus, ne ex argumentorum confusione ingenia legẽtium confundantur, ad partes articulum examinabo: In quo illud pro faciliori intelligentia prẽmittam, nempe omnem vim in eo consistere, an cap. item statuimus. aliàs, in planitie sancti Martini. corrigat constitutum, fratribus. etiam quo ad hoc tertium caput, vt si non potest dare feudum in dotem, posset saltem illud obligare pro dote. In qua conclusione his prò & contrà Isern. vtitur argumentis: Id quod per legem nouam immutatum non est, stare secũdum legem antiquam minimè prohibetur, l. præcipimus. C. de appellat. sed quia constit. fratribus. per quam pèrmittitur, quòd feudum sine assensu possit obligari pro dote, non est correcta per c. in planitie. eo quòd nullum verbum super obligatione, quòd possit obligari, aut non: ergo minimè dicemus, quin eiusdem

dem constitutionis authoritate liceat hodie sine assensu feudum pro dote obligare. Secundò, nam dare in dotem, & obligare pro dote, duo & diuersa sunt, & dum datur in dotem, dominium trás fertur, C. de fun. dota. l. j. & l. vbi autem. ff. de verb. oblig. in fine. quod non est, quando obligatur pro pignore, C. de pigno. act. l. pignus. Prohibendo ergo vnum de dando in dotem, vt fecit capitulum, in planitie. reliquum de obligando cum instantia prætermisit, l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. iuxtà l. vnicam. §. sin autem. C. de cadu. tollendis. Tertiò, quia istud posse obligari sine assensu, erat introductũ in fauorem vasallorum, &c. in planitie. similiter factum est in releuamen, & fauorem vasallorum, vt patet: ergo quod dictum expressè non est, minimè in eorum grauamen conuerti debet, l. quod fauore. ff. de legi. & sic non extenderur ad id, quod tacuit de obligatione. Quartò certũ est, quòd cap. in planitie. lex prohibens est, dum prohibet ne detur, in dotem, quę etiam prohibere poterat, ne obligaretur pro dote: excipiendo ergo hunc casum de dote, alium de obligando non includit, argumen. l si minor. ff. de verb. obligat. Quintò affert Isern. qa si videmus, quòd

ei, cui vetitum est quod est minus, benè censetur vetitum, quod est maius, l. cui pacto. ff. de ser. expor. non tamen contrà cui interdicitur quod est maius, interdicetur quod est minus, l. relegatorum. §. penul. ff. de interd. & releg. ergo prohibito eo quod est maius, scilicet dare in dotem, non censebitur prohibitum id quod est minus, nimirum obligare. Sextò, nam lege nulla hoc vetãte, & constitutione, fratribus. hoc permittente, quòd feudum possit dari in dotem, esset etiam per subauditum intelle ctum corrigere, vt rei suæ vnusquisque non sit moderator & arbiter, contra l. in re mandata. ff. manda. Septimò, nam per c. in planitie. nil aliud fit, nisi qa remittitur ille assensus, vt dominus in matrimonio consentire debeat: hoc ergo donauit, l. si mulier. ff. de condi. ob cau. & sic non est corrigere conſt. fratribus. sed potiùs de nouo augere. Pro contraria verò parte affert argumẽtum vnum: Tu scis feudum mixtim esse domini & vasalli, c. j. §. fin. in quib. cau. feu. amit. vt s̃. in prima lectione, in princip. text. declaraui. Interest ergo domini, vt sicut vasallus vtilis dominij sui debet esse liber moderator & arbiter, pariformiter sui directi dominus etiam sit moderator

Feudũ mixtim est domini & uasalli.

&

& arbiter, secundum Ilsern. & alios in articulo isto. Cumque domini interest, vt non contemnatur, l. fin. ff. de vsu & hab. scire debet, ad quem feudum vadat, eo quòd ab eo fidelitas domino debetur, c. j. §. fin. per quos fiat inuestit. & interest domini vasallũ scire & eligere propter fidem, cui inest non reuelare secreta, c. j. de noua forma fidel. quia si exteri essent, illa reuelare possent, arg. l. iiij. C. de cõmer. & merc. & natio vna magis, quàm alia, prouocat & deterret, l. quòd si nolit. §. mãcipia. ff. de ędil. edict. Quis enim negauerit tum cum cæteris, tum etiã inter regnicolas domini interesse hãc speratam fidem ab illis habere, qui fideles esse consueuerũt? arg. l. quisquis. §. filij. C. ad legem Iulia. maiest. Si ergo dominus scire debet, nihil refert, quando ei datur electio personę, an vno modo contrahatur matrimonium, vel alio. Cumque in const. fratribus. sciebat dominus, cui viro copulabatur mulier, pro qua feudum dabatur in dotem, nullo modo intererat domini, si remanente certa portione feudorum penes vasallum, reliqua portio, vt in d. const. mulier. habetur, in hunc virum pro dote transiret: vnde hoc reassumam, nempe vt si dare in dotẽ, vel obligare sine assen

su fuit permissum propter illam qualitatem adhęrẽtem, videlicet quia dominus sciebat cui copulabatur in matrimonium, submota illa qualitate per c. in planitie. omnia tollãtur. Ita communiter concludũt Doctores in l. commodissimè. ff. de lib. & posth. & in l. si cùm dotem. in princip. ff. soluto matr. arg. l. interpositas. C. de transactio. Itaque in specie tenuit Isern. hîc, col. iiij. versiculo, qui ergo. de quo plenissimè suprà in materia extensionis, in xj. conclusione dixi. Non obstat ergo primũ argumentum, quoniam si submota vna qualitate submouetur legis dispositio, constitutio illa iam est correcta, & hac ratione non obstat secundum, quia quòd corrigatur tacitè, vel expressè regulariter, parũ refert, l. cùm quid. ff. si cer. pet. Non obstat tertium, quia si in fauorem vasallorum est introductum, ne matrimoniũ contrahatur cum domini scientia, tamen expressè declarauit in casu, in quo feudum datur in dotem, vt non detur sine assensu: & si nulla lex hoc diceret, hoc perspicuè appareret ex illo c. in planitie. quia dum per constit. mulier quæ dotarium. erat permissum disponere de feudo, dum tamen matrimonium contraheretur cum assensu, ex diuerso remisso

missō assensu in matrimonio declarat de feudo nō posse disponi: & quia si qua dispositio priùs virtute constitutionis permittebatur, illud erat ratione adiuncti, si quidem in matrimonio consentiebat: quo cessante cessat & legis dispositio, vulgato c. cùm cessante. Extra. de appel. quia non quærimus hîc, si est correctus vnus casus cōst. an corrigatur alius ex eadem ratione: quod negamus, vt not. in authē. quas actiones. C. de sacro sanct. eccle. in l. præcipimus. C. de app. & in l. sancimus. C. de testa. & in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. sed quærimus, an sicut submota anima ab homine nō est homo, eodē modo correcta ratione legis, quæ eius anima est, nō sit amplius lex, & oīa in eadē lege dispositā annullentur. Quo casu licet Doct. in c. à multis. Extr. de æta. & qual. disputent, tñ in c. miramur. Extr. de ser. nō ordi. est text. apertus, q, non sit amplius lex. Itaq; tenuerūt Bar. post glo. in verbo, prudētiā. & cæteri in l. j. ff. de legi. tut. & Imol. in d. §. de viro. col. iij. in tantū, q, ipsa ratio, quæ anima legis appellatur, l. cùm mulier. ff. sol. mat. & l. facta. §. fi. ff. ad Treb. habet vnū, quod est mirabile: quia correcta ratione non est amplius lex, vt vidisti, & tñ correcta lege, ratio ipsa, si lex

rationabilis erat, adhuc allegari poteſt, & in iudicio deduci: Tex. eſt ſingularis, in l.j.C.de Lati.liber.tol.in prin. Et per hæc tollitur quartum, & quintum arg. Non obſtat ſextum, quia ſi rei ſuæ vnuſquiſque eſt moderator & arbiter, domi nus quoq; directus ſui directi dominij moderator debet eſſe & arbiter. Cumq; fidelitas promiſſa, vt in c.j.de noua for. fidel.inducat, vt non alienet ſine aſſenſu, ſecundum Socci.in conſi.xiiij.provt Iatè in articulo de feudo franco affirmaui, recta ratione dicemus, vt in re ſua ſit moderator & arbiter, ne cõtemnatur, l.fi.ff. de vſu & habi. Non obſtat ſeptimum argu.quia ſi is qui remittit, dãt, illud dat, quod expreſsit, videlicet vt matrimonium contrahatur ſine aſſenſu, ſed non minùs ex alio capite operatur diminutionem, vt non liceat dare rem in dotem, ex quo eſt ſubmota qualitas, qua mediante ſine aſſenſu poterat feudum obligari, vel dari in dotẽ. Ita Iſer. hîc. Quod notate, quia lex, ſi mulier. intelligitur, vt qui remittit, de illud quod principaliter agit, non autem vt conſequenter diminutionem quoque cauſare poſsit. Limitatur tamen prædicta cõcluſio, quòd ſi nõ poteſt dare in dotem, vel obligare pro dote, eo quòd conſtitutio

tutio, fratribus. est correcta per capit. in planitie. vt saltem in regno pro dotario vel antefato liceat obligare feudũ, & sufficiat antefatum in vita esse constitutum per text. in const. licentiam. quæ loquitur in dotario, & nõ reperitur correcta, secundum quosdam, quia in c. in planitie sancti Martini. verbum nullum de dotario, arg. l. præcipimus. in fine. C. de app. Gloss. tamen in constit. mulier quæ dotarium. in glo. magna ibi, hodie autem. dicit, quòd per nouam constitutionem corriguntur omnes constitutiones loquentes de dotario, quandoquidem constitutiones illæ intelligebantur, quando cum speciali licentia contrahebatur matrimonium. Pro quo allegat constitutionem domini regis: sed Cap. præceptor meus. post Iser. hîc, in v. col. post verbum, in regno Siciliæ. dicit, quòd non est credendum gloss. & sic remaneret prima opinio vera, quantumcunque Capic. ex alio capite idem velit affirmare interpretãdo verba Lucę in l. iubemus. la prima, in fine. C. de præpo. sacri cubic. & allegando omnes copias constitutionum, quas viderant ipse & relati per ipsum, penes dominum Antonium de Ianuario, dominũ Antonium de Alessandro, dominum Ioannẽ Loy-

sium de Actaldo, & dominum Matthæum de Afflicto, viros planè literatissimos, & nostra ac præcedenti ætate præstantissimos, quia si secundum Isern. & eundē Capic.glo. non credimus, nec ei credemus, nec his chartulis in iudicio vteremur. Tu autem dimissis his cōstitutionibus pondera tex.in const.fratribus.§.vt tamen.vbi dicit litera, quòd omnia quæ permiserat, videlicet q̄ sine assensu feudū detur in dotem, vel quòd obligetur pro dote, aut quòd in eo dotarium cōstituatur, intelliguntur, q̄n cum speciali licētia matrimoniū contrahere tur, aliàs omnes actus redderētur nulli. Et quia certū est, quòd in const.illa, fratribus.verbum nullū de dotario, sed de eo locutus erat in cōst.licētiā. & in cōst. mulier quæ dotariū. quæ præcedebant const.illā, fratribus.necessariò dicemus per hæc verba, sic vt præmisi, speciatim expressa cōst.illas limitasse. Q̄ nota, quia ponderando consti.illam incipientē, licentiā.per se solā, fecerat me quandoque dubitare, nec minùs mirabar, vt illam tot peritissimi viri silentio pertransiuissent, & quòd in regno non liceret pro dote, sed bene pro dotario feudum obligare, nec gloss. nec præceptori meo sine legibus credebam, sed tādem cùm

cùm tex. hunc in §. vt tamen. ponderaſſem, abſq; dubio idem confirmandum eſſe duxi. Quia ſi c. in planitie. tollit ſpecialem conſenſum matrimonij, omnia iura, quę ſub hac radice ſunt ſuperędificata, corruunt. Ex quibus etiã damnare poteris Ioa. Lupi. & omnes cumulatos per ipſum in rub. de don. inter vir. & vxo. §. xij. dum vult, quòd §. donare. intel ligatur dãdo feudũ in dotem, c. verò, nuper. de donat. inter vir. & vxor. & c. j. de eo qui ſibi & hære. ſuis. ac c. j. de inueſt. quam Tit. acce. à Sempr. loquantur in donatione ꝓpter nuptias, maius priuilegiũ concedẽtes donationi propter nuptias, q̃ doti. In quo & ipſe, & cumulati per ipſum grauiter errãt: primò, quia iura illa c. j. de eo qui ſibi & hær. ſuis. ac c. j. de inueſt. quã Tit. accep. à Sempr. non aperiũt, ſi in caſu ꝓpoſito interuenit aſſenſus, aut non, & oĩa præſumuntur ſolenniter acta. Secũdò, quia loquũtur in dote, & nõ in donatione ꝓpter nuptias, eo q; mulier dedit in dotẽ. Et vltimò, qa c. nuper. ita intelligitur in dote, ſicut in donatione ꝓpter nuptias, ſecundũ glo. & oẽs ibi, ac p Iſer. in c. j. qui ſuc. te. col. iij. Limita ij. vt ſi nõ licet feudũ dare, vel obligare, pro dote, nec etiã liceat ꝓ dotario & antefato. In regno tñ adeſt vnũ

ſpeciale, quia adeſt conſtitutio quædã in regno, quæ fuit Federici, & extat in archiuo, de qua facit mentionem Iſern. in c.j.§.donare.qual.olim.feu.alie.pot. in conſt.in aliquibus. & in conſt.fratribus. per quam permittitur, vt feudum ſine aſſenſu detur viro etiã extimatum, ad hunc tamen finem, vt teneat loco pignoris capiendo fructus in ſubſidium, quando feudatarius non eſt ſoluendo, fructibus non computandis in ſortem propter onera matrimonij, vt in c.ſalubriter. de vſu. donec verè dos ei ſoluatur. Et Capic. referens Iſern. dicit, quòd iſtud nedum eſt in regno, ſed etiam de iure communi, ſecundũ Imol. & omnes in d.c. nuper. de don. inter vir. & vxor. Quia ſecundum Iſern. non eſſet aliud, quàm donare ad vitam vaſalli pro oneribus matrimonij: quod quidem & nos affirmauimus ſ. ſed parcat mihi doctiſsimus præceptor, quia remedium conſt. ſatis. differt à c. nuper. quia c. nuper. nõ habet locum vltra vitam, vt in præcedẽtibus concluſionibus declaraui, conſti. autem illa, de qua per Iſer. in d.§.donare. in addi. & in conſtit. in aliquibus. & in conſti. fratribus. loquitur etiam poſt mortem, donec ei ſatisfiat de dote, ac etiam quãdo feudum datur extimatum,

ita

ita vt const. loquatur in casu magis difficili, & multo fortiùs, dicit ibidē Isern. quando daretur inextimatū: hoc tamē si daretur extimatū, nullo modo de iure cōmuni toleraretur, vt §. dicti Doct. in prin. conclusionis cumulati notant. Quam ob rem cùm omnis vis pendeat ab ista const. nescio, an id dicere debeamus Iser. quod ipse dixit glossæ, ostēde nobis patrē, vel si cùm eundē in regno Euangelistam nominemus, & in iuriū interpretationibus ei credimus, in hac facti depositione pariter credamus: tū maximè, cùm idē à Capic. hîc, & ab Afflict. in §. donare. confirmetur. Quos & nos sequamur, quia dubium non est, vt hoc saltem ambiguū sit: ergo pro dote iudicandū, l. in ambiguis. ff. de reg. iur. etiam ꝙ esset contra fiscū, vti Iser. & prę dicti, arg. l. non puto. in omnibus §. dictis locis notāt. Nec refert, quòd per capitulum Regis Caroli primi, quod incipit, ad maiestatis nostræ. dicatur, vt obligatio facta de dote, nō nocet fisco feudo aperto, quia loquitur respectu corporis ipsius feudi, non aūt respectu fructuum, vt tenet Afflic. in §. donare. col. vij. in fin. Nam Iser. fuit post tēpora Caroli, & sciuisset capitulum illud allegare, si constitutionem correxisset, sed de

eo non curauit, quia loquebatur in corpore feudi, & ipſe quo ad fructus, diſputabat. Adhuc tamen obſtat capitulum regni, incipiens, dotariũ. quod põderat Iſer. in conſt. mulier quæ dotariũ. vbi Iſer. non eſt corruptus, ſicut Capi. notat, quia punctus eſt faciendus ante illa verba, non ſoluitur releuiũ. de dotario diximus s̃. in conſt. poſt mortem. vbi idẽ dixerat Iſer. & ſic punctando, vti neceſſe eſt ipſum legere, Iſer. dicit totum cõtrariũ eius, quod dicit prẽceptor meus: videlicet, quòd liceat conſtituere dotarium ſine aſſenſu. Quam ob rem quidam intelligunt, quòd c. dotariũ. in capitulis regni, char. xvij. col. iiij. intelligatur, vt feudatarij poſsint in terra feudali cõſtituere dotarium abſq; licentia domini regis, vt penes ſe illud retineãt, ſcilicet ratione fructuum, vt s̃. dixi, non tamen vt feudum ſic obligatum, vel ius ſic percipiendi & lucrandi fructus, ſine aſſenſu transferant in ſecũdum virum: aliàs plus daremus donationi propter nuptias, quàm ipſi doti, pro qua iterum ſine aſſenſu obligari non poſſet, vt in c. illo patet. Tu autem, ne violetur litera illius text. pro concordia illorum iuriũ dic, q̃ capitulũ illud loquitur ſecundũ tẽpus, ante quàm corrigeretur conſt. licenti-

centiam. & sic ante c. in planitie sancti Martini. ex quo c. illud, in planitie. & c. dotarium. ambo sunt edita à Carolo II. quo tempore dominus consentiebat matrimonio, & licitum erat obligare feudum pro dotario sine assensu. Sed quia dubium erat, si eodem modo, sicut sine assensu, semel erat constitutum dotarium, si iterum contrahendo matrimonium sine assensu domini, posset etiam sine assẽsu idem dotarium dari in dotem, aut dotarium, ita vt sic limitare tur constitutio, fratribus. quòd non requiratur consensus in secũdo matrimonio, quando virtute consensus primò habuit dotarium, & rex Carolus per capitulum illud negat hoc, dicens, quòd nullo modo liceat dare sine consensu præstando, aut in ipso matrimonio, vel in ipsa donatione in dotẽ, vt erat de iure illo per constitutiones antiquas tũc non correctas, quia dum consensit cum vno matrimonio, non extenditur ad aliud matrimonium cui non consensit: & ita declaretis vos, & intelligatis doctrinam Isern. secundũ tẽpora illa, quia non loquitur Isern. per vocem, hodie. Nam si nullam haberemus legem, satis dictat hoc capit. in planitie sancti Martini. per quod in specie tempore quo

matrimonium poteſt contrahi ſine aſſenſu, vetat ne detur in dotem: ergo minimè in donatione propter nuptias, vti arguit Capic. hîc, & bene, arg. authen. ęqualitas. C. de pac. cõuen. & in l. pẽn. §. pen. de donat. ante nup. etſi Cap. poſtea dicit, c. illud in nullo corrigere conſtitutionem, fratribus. quicquid dicat Iſer. iam vobis ſuprà demonſtraui, qualiter currenti calamo præceptor meus Iſer. doctrinã ptranſiuit. Nec meo iudicio ratio ſua, quã in mediũ affert, militat, vt ideo c. dotariũ. ſtare poſsit, quia de ſolo vſufructu loquitur, non aũt in dote, in qua tranſit dominium, l. j. C. de fun. dot. Quia ſi rectè inſpexiſſet, in c. dotariũ. continentur duo, ſcilicet, dotariũ, & vſus fructus dotarij. Sed qd ſi nulla ratio adeſſet in mũdo, nónne in cauſa Baroniſſæ Aluigniani, in cauſa dominę Caſſandrę de Capua, & in mille cauſis determinauimus, q, capitulũ Neapolitanorũ, per quod ſine aſſenſu obligãtur feuda pro dote, non extendatur ad antefatũ, quia nulla regni lex hoc dictat, vt in feudis ſine aſſenſu ẽt mulieribus Neapolitanis antefatũ debeatur, vt s̃. in viij. cõcluſione in materia extenſionis, dixi. Verùm quia in poſterũ proceſſus, & ſentẽtię apparere nõ poſſent, & cùm reſpon-

reſponderetur, oſtende nobis patrẽ, illas non haberemus, dimiſsis ſentẽtijs, rogabo, quæ nã cauſa eſſe potuit, quòd Neapolitani ſupplicauerunt, vt capitulum conceſſum, q, ſine aſſenſu feuda obligentur pro dote, extendatur ẽt ad antefata præterita? Hæc quidem fuit cauſa, quia nõ aderat ius in regno, per qd' prẽſtaretur aſſenſus in antefato, & ſic in dotario: quæ, quo ad hoc, parificantur, vt s̃. dixi. Limita tñ tu, quòd licet in regno, & extra regnũ etiam, non liceat dare feudũ in dotẽ ſine aſsẽſu: quòd ſi res propterea eſt feudalis, quia ſubiecta dũ taxat eſt feudo, de qua ſoluitur cenſus, poterit villanus ſine aſſenſu baronis rẽ illam dare in dotem, licet dominus ius percipiendi illum cenſum nõ poſsit alienare ſine aſſenſu. De cuius veritate, quia articulus continet plura capita, & concluſionem hanc latiſsimè examinaui ſub illo articulo de ſpecie feudi Franci, ne bis idem repetamus, ad ibidem dicta recurre. Limita vltimò, vt pro dote per patrem & fratrem nedum obligẽtur fructus indefinitè vſq; ad mortem, quæ incerta eſt, ſed pro tempore certo in regno obligẽtur fructus vſq; ad quinquẽnium ſine aſſenſu, vt in c. reſcripſit, & in c. vniuerſis. quæ ſunt capitula re-

gis Roberti. Nam infra hoc tempus nõ dicitur ita esse alienatum, vt ius formatum causetur in re: quo fit, vt à domino etiam feudo aperto, quo ad fructus, toleretur in dote. Circa alia dic, vt dixi s̃. in quæstione fructuum. ¶ Quinta cõclusio sit, quòd licet aliquo casu feudũ possit dari dotem, & soluto matrimonio ad vxorem reuerti, vt s̃. premisi, si tamẽ daretur extimatum, & valeret, quia est effectum viri, vt in l. j. C. de iure dot. cum concord. s̃. citatis, non poterit sine nouo assensu iterũ res restitui, quia nouus est contractus, & nouo opus est assensu. Ita tenuit Iser. in dotario loquẽs in c. j. §. si verò. de contr. inuest. Pro quo videre poteris dicta per me s̃. in materia extensionis in xij. conclusione, & dicta per Bar. in fin. & alios in l. vsufructu. cum concor. ff. sol. matr. ¶ Sed hîc cadit pulchra dubitatio: Quid in casu, in quo requiritur assensus, & dominus debeat consentire, ac eius vicarius, secundum Iser. hîc, & in const. si quis post litem. cum concor. non tñ vult cõsentire, an habeatur ꝓ præstito? Dicit Capi. hîc colum. cij. quòd iudex conualidabit alienationẽ sine consensu domini, postquam noluit, quod iustum est, concedere, ex not. per Bartol. & alios in l. si cùm dotem.

An feudum datum in dotem extimatum, possit sine assensu restitui.

Consensus si negatur, vbi requiritur, quid iuris?

dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matrim. & per Alexand. in consil. lvij. ab eo citato, Afflict. in §. donare. simpliciter dicit, quòd dominus compellitur consentire, quoniam si authoritate legis tenetur alienare, ergo dominus tenetur consentire, ex his quæ dixit Bal. in authentic. si captiui. C. de episcop. & cler. & ex his quæ notantur in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebell. Vos autem tenete contrarium, quia assensus nunquam præstatur secũ dum iustitiam, sed secundum gratiam, vt in const. si quis post litem. & si domi nus, qui deberet cõsentire, tum quia est onus feudi, tum etiã ex rationibus hîc ab Iser. cumulatis, nollet cõsentire, pro indeq; non faceret secundum honestatem, secundum Iser. in c. j. de inuest. de re alien. fac. ex hoc dicemus, quòd non cõpellatur, quia Iser. sciuisset hoc dicere, si esset cõpellendus. Itáq; tenendũ est, dimissis Ciuilistarum argumentis, quia non inuenitur iure cautum, vt sine assensu pro onere feudi obligetur feudum, sed fructus tantùm, & persona domini, vel agnati, secundum An. in cõst. in aliquibus, provt suprà in articulo, si feudum potest obligari pro pignore. latiùs demõstraui, & pro Andreę opinio-

ne nouissimè ponderaui text. in d. c. in planitie. dum rex, si infra octo dies non præstatur assensus, punit iudices cõtrà facientes: sed nõ propterea dicit, quòd habeatur pro præstito, quod quidẽ cùm de facili dicere potuisset, magna cũ causa tacuit, arg. §. fin aũt. l. vnicæ. C. de cadu. tol. nisi adessent illa verba, cũ potestate donãdi, in dotẽ dandi, vendendi, etc. nostro tamen assensu interueniẽte. quia tunc recurrendum esset ad ea, quæ dixi in illo articulo in vj. ampliat. ad tex. quando concessit rex feudũ pro se & hæredibus quibuscũq;, vt possit alienare, etc. Nec obstant doctrinæ Bal. & aliorũ, qa nõ tenetur corpus feudi ꝓ onere feudi alienare, ꝓut fieret dando in dotẽ, vt in illo articulo, si potest feudũ pignori dari, apertiùs probaui. Dubiũ tñ si qd remanet, illud erit, an in casu, in quo egemus assensu, poterit fauore dotis impetrari post mortem, iuxta l. si ego. ff. de iure dot. Quod quidẽ, quia congruentiùs tractabitur in alio articulo, illo scilicet, an mortuo vasallo regulariter contra hæredẽ possit impetrari assensus, ibidem de hoc me dicturũ reseruo. Et quia nõ defuere, qui dixerint, vt c. in planitie. loquatur, quo ad obligandũ bona viri, nõ aũt dum bona propria

pria feudalia in viros transferũt: dic tu, hos minutos Feudistas mirũ in modũ deliraſſe, cùm c. ſatis. apertè loquatur de his qui maritant filias, neptes, ſorores, & amitas, ne dent feudum in dotẽ. Bene verũ puto ad hoc animaduertendum eſſe, ſi ita per cap. Neapolitana obligẽtur vxori bona cõſtituentis dotes, ſi cut obligantur bona viri, aut illius qui recepit dotes. Quia ſi nos cõcludimus, quòd de iure generali non licet obligare bona feudalia tertij, qui dat dotes ſine aſsẽſu, oportet vt hoc ſpeciale videa mus in mulierib. Neapolitanis, in quarum fauorem loquitur capitulum Neapolitanorum xxj. vbi expreſsè cauetur, quòd pro dote ipſo iure bona feudalia viri ſint obligata vxori ſine alio aſsẽſu, eo quòd per c. illud rex aſſentit. Paulo verò pòſt ſubnectit, vt ſint obligata bona dotantis, qui fecit inſtrumentũ mutui, quandoquidem depẽdet à dote, vt patet ibi, & conſiderando, che detto debito depende per cauſa delle dote. Ex quibus verbis hoc ſatis apertum habemus, vt ſuper inſtrumẽto mutui ipſo iure cẽſeatur pręſtitus aſſenſus: quo fit, vt multo fortiùs idem dicamus, quãdo in ſpecie obligauit bona feudalia ꝓ dote, vt per illud c. ſit pręſtitus aſſenſus, quia

Minutorũ feudiſtarum delira mentum.

propter vnũquodq; tale, & illud magis, authen. multò magis. C. de epiſ. & cler. vt in viij. concluſione dixi ſ. in materia extenſionis. Et vltimò ſcias prædicta oĩa iura regni loqui in feudis quaternatis ſimpliciter, vel ſecundum quid, quæ qualia ſint, ſ. diximus: non aũt in feudis planis & de tabula, prout in ſimili dicit Iſer. in conſt. conſtitutionẽ. in conſt. vt de ſucceſsionib. & in conſt. poſt mortẽ. Quocirca, ſi ſecũdum reliquas conſtitutiones loquẽtes in feudis quaternatis, regulãdum eſt c. in planitie ſancti Martini. dum dicit, quòd ſi ſine aſſenſu feuda in dotem dantur, illa amittant, & ad ius curiæ applicentur, ſubiungere nos poterimus, niſi dans in dotem ãtea reuocaſſet, vt in d. conſt. conſtitutionẽ. Etenim ſi in regno generaliter, qui alienat feudũ, non perdit illud, ſi ante q̃ fiſcus conqueratur, reuocat, vt ſ. in illo articulo, an liceat mox recuperare, declaraui: quis dicere audebit, vt hoc ſpecialiter in odium dãtis in dotem inductum ſit, vt ſine poteſtate reuocãdi priuetur feudo? quid. n. hoc eſt, quod ponderant, quippe literã ſimpliciter dicere vt feudũ perdat? cur nõ conſiderant per cõſt. fratribus. & alias, ea ratione fuiſſe licitũ dare feudum p̃ dote ſine aſſenſu, quia

quia ipſi matrimonio rex cõſentiebat: quo ſubmoto, declarat ibidẽ c. illud, vt dãtes in dotẽ ſine aſſẽſu in futurũ feuda ꝑdant, non aũt ꝓhibuit, vt nõ poſsit reuocare: quo fit, vt in hoc recipiat interpretationẽ à lege antiqua, l. ſciendũ. ff. qui ſatiſd. cog. iũcta authẽ. offeratur. C. de lit. cõteſt. Nam & ante c. illud, qui cõtrahebãt matrimonia ſine aſſẽſu, feuda ꝑdebant, vt in cõſt. incipiente, cùm hæreditariũ. §. fi. & hoc voluit tantùm c. illud reſeruare, non aũt cõſt. conſtitutionem diuæ memoriæ. corrigere. In quo errabant, qui cõtrariam partẽ tenebãt, quia credebant, q; tunc liceat reuocare, quãdo non ꝑderet feudũ: & hoc qdem falſum eſt, quoniã ſola reuocatio ꝓmittitur in regno: & ſi reuocatio facta non ſit, feudũ ita in regno, ſicut extra regnũ, ad regẽ reuertitur, vt ſ. in illo articulo, an liceat mox reuocare, dixi. Et ſi aliam rationẽ non haberemus, illa dũtaxat vterer, quia ſi leges Ciuiles & regnicolæ tantum laborauerunt, vt tot priuilegia doti concederentur, non eſt ferendum, vt à generali priuilegio facultatis reuocandi voluiſſent illã excludere: aut ſaltem, quia ambiguũ eſt, vt pro dote iudicetur, arg. l. in ambiguis. ff. de regul. iur. Reliqua de authoritate vicarij, quæ hîc

Reuocatio ſola in regno permittitur.

tractat Iſern. quia ſuprà ſuo loco Iſer. rectè locutus eſt, & ea quæ addenda erant, ibidem diximus, ad illa recurratis. ¶ Sum modò in verſiculo, item quęritur, an conſenſus. Vbi Iſer. quærit: pone, quòd feudatarius impetrauit aſſenſum non in ipſo cõtractu, ſed poſt contractum, vel antequam contraheret, vtrùm iſte aſſenſus retrotrahatur, vel porrigatur ad futura? Et dicit, quòd ſic, per tex. in l. licet. ff. de iudic. & per tex. in l. fin. ff. communia præd. Secundò arguit ſic: nam cauſa, quare perdit feudũ, eſt, quia dominus nõ conſentit. Modò ſic: vbicunq; ceſſat cauſa, ceſſat effectus, vt ff. de vſucap. ff. vbi lex. §. j. l. quod ait. §. j. ff. de repud. ſed ſic eſt, quòd per hunc conſenſum ceſſat cauſa priuationis feudi, eo quòd ſciuit dominus, & conſenſit: ergo ceſſat & lex, quę iubet, vt feudũ perdatur: & hoc vſq; ad verſiculum, igitur. In hoc verſiculo Iſer. ſentit vnum contrarium: ergo ſequitur, quòd in feudo antiquo alienato ſine aſſenſu domini, quod vadit ipſo iure ad agnatos, vt in cap. ſi vaſallus culpam. ſi de feu. fuer. controuerſ. per aſſenſum domini reuocabitur ius acquiſitum agnato. Iſern. ſentiẽs hoc contrarium, reſpondet, dicens: aut tu conſideras hunc aſſenſum

Aſſenſus porrigitur ad futura.

poſſe

posse præcedere, vel sequi, in præiudicium domini: & ita dicimus nos, quòd sic, vt patet etiam C. de emanc. lib. l. iubemus. & ff. de aqua plu. arc. l. in concedendo. in fin. si verò consideras hunc assensum posse subsequi in præiudicium agnatorum, tunc dico, quòd talis gratia non intelligitur in præiudicium tertij, c. inter dilectos. Extra. de fide instr. Ratio patet, quia princeps non debet, nec intendit vnquam facere gratiam cum iniuria alterius, vt C. de emanci. l. nec auus. & ff. ne quid in loco publ. l. ij. §. si quis à principe. & ita residet. Dein de verò in versiculo, vbi verò. sentit aliud contrarium, si feudatarius non potest contrahere sine assensu domini, vt hîc, ergo cõsensus debet interuenire in ipso contractu, vt ff. de autho. tut. l. obligare. §. tutor. ff. de acquir. hære. l. si quis mihi bona. §. iussum. & C. de ven. re. ciuit. lib. xj. l. fin. & ita residet Iser. in hac quæstione. Sed dicendo, vbi verò, etc. simul soluit, quòd hîc non sumus in authoritate præstanda, vt in iuribus contrarijs, sed in consensu. Quid dicemus? dicam profectò hũc articulum semper mihi visum esse facilem: sed quia Neapolitani nostri Moderniores aliqua in medium produxerunt, super quibus

relinquunt nos cogitantes, ne fortè hæc cogitandi via posteris aliquod impedimẽtum tribuat, latiùs, quàm determinassem articulum, examinabo. Et præsuppositò, quòd assensus nõ veniat in forma authoritatis, neque in forma consilij, neque in forma solennitatis, neq; requiritur pro forma actus, in quibus casibus oporteret, quòd assensus interueniret in ipso actu, provt arguit Aflict. hîc, & meliùs ante ipsum Alexan. in l. si cùm dotem. §. eo autẽ tempore. ff. solut. matrim. Aretin. & Moderniores in l. si quis mihi bona. §. iussu. ff. de acquir. hæred. ac Scribentes in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebell. cùm paulo antè dixerim hunc assensum venire in via simplicis consensus, eo quòd nihil facit dominus, nisi quia tollit obstaculum suum, per quod impediebatur id quod partes agebant, vt in j. q. in materia extensionis dixi: super hoc disputandum erit, si iste consensus, per quem tollitur impedimentum contrahentium, possit ita præstari, nécne? Et pro parte contraria, quòd retrotrahi non possit, affertur primò per gloss. in d. constitut. constitutionem. in verbo, confirmare. quòd non possit retrotrahi: quia si contractus est nullus à principio, vt in tex. isto,

iſto,& in conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ. confirmari deinde non poteſt, c.inter dilectos. de fide inſtr. & ibi per Doct. Cumque conſtit. loquatur, quòd debet confirmari, ergo,etc. Secundò videmus planè in tex.conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ. literâ dixiſſe,quòd actus nulli ſint, niſi de ſpeciali noſtrę celſitudinis licentia confirmẽtur:ergo requiritur licentia. Sed ſic eſt, quòd licentia debet adeſſe in ipſo actu,vel ſaltem præcedere actum,vt notãt Scriben.in l.licet. de regul.iur. & in l.j.C.de ſacroſanct.eccleſ.ergo minimè poterit retrotrahi, quia actus nulli non confirmantur ex iure ſuperuenienti,ſecundum gloſ.Bart. & alios in l.ſeruum filij.ff.de leg.j. Tertiò dom.Ant.de Alex.& Capi. hîc afferunt doctrinam Innoc.poſt tex.in c.ſup eo.Extr.de cõdi. appo.vbi vult, q, ſi contrahuntur ſponſalia,quæ aliàs nulla erant,cum conditione, ſi Papa cõſenſerit:quòd aſſenſus Pontificis non poterit retrotrahi ad illud,quod ppetuò prohibitũ, & ſic nullum erat,l.non dubiũ.C.de legib.Vnde ſub tali cõditione contrahi non potuerunt,l.inter ſtipulantẽ.§.ſacrã.& l.continuus.§.pen.ff.de verb.oblig. ſed contractus ſine aſsẽſu eſt nullus,vt hîc,& in

d.constit.Ergo, etc.Pro contraria parte affertur per glo.in d.cõst.& per Iser.hîc, quòd retrotrahatur,tex.in l. licet. ff. de iudic.& in l.fin.ff.cõmunia præd. Itáq; practicamus passim,& indistinctẽ. Sed quia authoritas dom.Anto. de Alex. & dom. Capic. in regno sunt in causa, q̃ pleriq; ex causidicis mulsitent, dimissa distinctione Alber.de Rosa.in d.l.fin.ff. communia prædio. si porrigatur ad futurum,aut si trahatur ad prẽteritum,omissa quoq; confusa distinct. Salic.in l. fin.C.ad Macedo. & dictis per Dynum in c. ratihabitione. de regul. iur. ac per Rotam in antiquis,& in addit.char.xx. in decis.incip.quidam patronus.conabor soluere arg. quibus solutis conclusio indubitabilis erit. Quòd autẽ non obstet primum argumentũ, pro eius solutione præmittatis,vt dixi vobis in illo articulo,an legato feudo sine assensu debeatur extimatio,& in prima conclusione in materia extensionis, quòd partes sunt quæ agunt & distrahũt,dominus autem nil aliud facit, præter q̃ quòd tollit obstaculũ de medio:ita quidem,vt tametsi nulliter contrahant, vt in tex.isto,& in constit. cõstitutionem diuæ memoriæ. non tamen contractus sit omninò nullus propter spem reconualida-

ualidationis, si dominus vult consentire: & magis potest dici, vt interim, donec speratur assensus, stet tanquam qd gestum præter legem, secundum Iacob. de Are. & alios in l. non dubium. C. de legi. & Bald. qui loquitur in feudo in c. j. §. donare. qualiter olim feu. alien. pot. quę cùm ita se habeant, non obstat tex. in c. inter dilectos. quia loquitur in actu omnino nullo, non autem in actu simpliciter nullo ratione alicuius extrinseci, id est, assensus domini, secundum Ioan. Fabr. in §. non solùm. Instit. de legat. provt apertiùs in suprà dictis locis istud demonstraui. Quamobrem dicimus, q̃ etsi ad contractum omnino nullum nõ detur retrotrahitio, secundum doctrinas & iura contraria, tamen ad contractum simpliciter nullum datur retrotrahitio, l. si rem alienam. ff. de pignorat. actio. quia non est perpetuò prohibitus. Ita distinguit Imol. in l. cùm vir. col. iiij. ff. de vsucapion. & ita est intelligenda doctrina Innocen. in c. super eo. de condi. appos. in actu omnino nullo, omni tempore prohibito & nullo, vt ipsemet ibidem dicit in verbis suis ibi, quia ius ea perpetuò prohibet, etc. Per quæ soluitur & tertium argumentum. Præterea text. iste dicit, quòd

Cõtractus nullus, & omnino nullus, in quo differant.

ſolo tẽpore non poteſt conualidari, nõ autẽ facto hominis, vt dicimus nos ex aſſenſu domini ſuperueniente. Etenim ſi extra regnum certum eſt aſſenſum retrotrahi poſſe, multo fortiùs erit in regno. Cæterùm conſiderate, quòd ſi licẽtia debet interuenire in ipſo actu, poteſt tamen & paulo antè præcedere, & ita præcedere, vt per interuallum præcedat, vt notant Bal. & alij in l. j. C. qui admit. & in rub. de exer. ac per Franciſ. de Aret. in d. §. iuſſu. col. v. in fin. quo fit, vt ſi licentia poteſt præcedere cum interuallo, eodem modo dicamus, vt licẽtia quæ poteſt ſequi, poſsit ſequi ex interuallo: quia quod operatur propoſitum in propoſito, ita oppoſitũ in oppoſito, l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. ff. de verbo. obligat. in regno autem licentia poteſt ſequi: ergo quandocunq; ſequatur, ſuffi cit. Probo minorem per tex. in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ. vbi nõ dicit litera, quòd cum ſpeciali licentia cõtrahatur, ſed dicit, q, contractus ſint nulli, niſi de ſpeciali licentia confirmẽtur. Sed ſic eſt, quòd confirmari non poteſt, quod factum non eſt, d. c. inter dilectos. de fide inſtr. Ergo patet in illa cõſt. quòd licentia, per quã confirmatur, ſequitur contractum, & ſic ex pòſt facto venit,

Licentia præcedere poteſt.

venit,& ista est realis,& vera responsio pro scrupulis insipientium, quia periti nostri regni ita Iser. authoritate passim iudicarũt,& nos quoq; iudicamus semper.Nec dicas,quòd vox illa, Confirmare.in constit.illa stat impropriè, quia simul fateris,vocem quoq;,licentia.stare impropriè,vt dicit Afflict. nõ tamẽ hæc considerans,in consti. constitutionem. & hîc.Limita tamen hoc, vt nunquam retrotrahitio fiat in præiudicium tertij, secundum Isern. hîc, gloss. in d.constit.constitutionem. & per omnes hîc argum.l. nec auus.C. de emã.& l.ij.§. si quis à principe.ff.ne quid in loco publ. In quo illud duntaxat determinãdum est, si appellationẽ tertij comprehendatur hæres,vel successor primi acquirentis.Dicam in sequenti articulo, vbi congruentiùs determinabitur:nam impossibile est,q, noceat tertio, quia ista retrotrahitio fit p viã fictionis,in qua fictione nunquã lex intendit nocere tertio, secũdum Bart.in l.si indebitũ.§.j.ff.rem ratã hab.& in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.& per gl.& Doct.in c.per tuas.de cõdi.appo.provt regulare etiã est, vt in l.ij.§.si quis à principe.ff. ne quid in loco publico.& in c.inter dilectos.de fide instr.,pvt Iser.semper dicit in c. j. q suc-

Retrotrahi assessus nõ potest in præiudiciũ tertij.

ceſſ.ten.& in c.j. §. donare. qualiter olim feu.alie.pot. & Moderni Neapolitani quoque obſeruant hîc, qui allegãt Iſern.in c.j.de vaſ.decrep.ætat.& alios. Et de poteſtate principis, an & quando poſsit in præiudicium tertij diſponere,videte poſt cumulata per Feli. in c. nonnulli.de reſcript. quæ cumulauit dominus Loffr.in ſua Parafreſi,in tit.de cap.qui cur.vend. ¶ Iterum Iſern. format vnam quæſtionem, quæ à paucis, vti decet,guſtatur: ideo pro eius intelligentia præmitte diſtinctionem, quæ fit,an vaſallo alienante feudum aperiatur domino,agnatis,vel filio, hanc eſſe: aut feudum erat nouum,aut antiquum: ſi nouum,& tunc aut erat hæreditariũ, aut non hæreditarium: ſi erat hæreditarium, quoniam agnati non ſuccedunt in feudo nouo, ſi alienaret feudum ſine aſſenſu,priuaretur vaſallus, & ſuccederet dominus etiam in præiudicium filij: ſi verò feudum eſt antiquum hæreditarium,ſimiliter & filius & omnes agnati perdunt illud,& ad dominum reuertitur: ſi verò non eſt hæreditarium, & eſt antiquum, quamvis in delicto ſit differentia inter filium & agnatos, vt p Iſer.in c.j.ſi vaſal.feu.priu. cũ concord. in contractu ſunt æquales, & ſuccedũt omnes

Aperitur feudũ diuerſis modis.

omnes,& filius & agnati,ordine suo: & si alienans priuatur,dominus non posset feudum habere, nisi & filius & omnes agnati refutarent. Hæc Isern. doctrina est,quæ colligitur ex c. j. si vasal. feu.priue.c.si vasallus culpam.si de feu. fuer.contr.c.j.§.et si libellum.col.ij. de alien.feu.pat.ac etiam §.firmiter. infrà ead.l.nostra. Item præmitte aliud, qđ nos examinauimus suprà, quippe pœnas istius cõstitutionis,seu capituli, nõ habere locum,nisi re tradita, vt probamus per §.callidis.ita quòd licet quis vẽ dat,si tamen non tradit,feudo non priuetur. Item & tertiò præmitte, quòd feudum non hæreditarium non alienatur etiam cum assensu domini,vt in c. j. de feud.succes.& in c.j.de alie.feu.pat. Item præmitte,quosdam non intelligẽtes Isern.præsuppositisse,Iser. propterea sibi cõtrarium fuisse,quia in locis superiùs citatis cõcludit,quòd pater alienando feudum hæreditarium noceret agnatis & filio,hîc autem ibi idẽ,si esset hęres,dicit,quòd non. Sed dicite vos Iser.in locis contrarijs loqui,quando pater alienauit,& tradidit,hîc autem, quãdo non tradidit,quia nulla est pœna, vt præmisi,vt patet in principio quæstionis ibi,& non tradidit. & prope finẽ an

te additionem ibi, ideo dictũ est. Quod notate, quia quidam minuti Feudistæ, Andream non intelligentes, dicunt, q. Andreas fuit sibi ipsi contrarius. His itaque hunc in modum præmissis, aggredior doctrinam Isern. & quæro: Pone enim, quòd quis habens feudum, illud vendidit, non tamen tradidit, num hoc casu, si iste moritur, dominus possit consentire? & quęstio per te formata ẽ. quòd assensus retrotrahatur, habeat locum in casu præpositę quæstionis? Dicit Isern. quòd non. Moueor, quia ratihabitio debet fieri tempore congruo, vt in l. bonorum. ff. rem ratam hab. & ff. de appel. recip. l. j. in princip. Sed sic est, quòd in casu nostro iste assensus non interueniret tempore congruo, ergo ratihabitio non valebit. Probo minorem per text. in l. istius seruus. ff. de manumiss. testa. nam sicut alienata re ibi non est sua, ita eo mortuo ista res non est amplius sua: & sic confirmatio esset super re aliena, & non super re alienantis: & hoc vsq; ad versiculum, & est ratio. Nũc Isern. sentit vnam tacitam quęstionem, quo modo intelligitur hoc, quòd feudũ eo mortuo sit effectum alterius, & tempore, quo habetur iste assensus, censeatur res aliena? Cui quæsito hunc in modum

Retrotrahi an possit assensus, qui præstatur post mortem, ad contractum celebratum inter uiuos, præsertim in præiudicium domini, uel hæredis?

dum respondet: patet hoc, quoniam statim dominium illud vtile suum, quod sine assensu non potuit transferre in emptorem, quia contractus est nullus, vt dicitur hîc in text. nostro, re non tradita descendit ad agnatos, qui succedunt in feudo, si feudum erat paternum, vti paulo antè dixi. Et hoc modo dominus confirmando non tollit illud, quod est agnati vel filij, si fecit inuentariũ, vt per iura præcedentis quæstionis probauimus. Quid in hæreditario, an eo mortuo possit contractus cõualidari in prę iudicium hæredum? Idem respondet, quoniam statim dominium post mortẽ continuatum est, & translatum in quẽlibet hęredem, ac etiã in filiũ, vt ff. de statu libe. l. seruus si hæredi. circa prin. Vnde perspicuè patet, hoc casu confirmasse rem tertij, quòd inutiliter fieret, d. l. Stichus. & hoc vsque ad versicul. teneretur tamen. Tunc enim hoc modo dominium transfertur, & continuatur in quemlibet hæredem ipso iure, nedum in filiũ, vt ff. de statu lib. l. seruus si hęredi. circa princip. His sic resolutis, Iser. sentit hoc aliud contrarium: Ergo tu Isern. tenes, in feudo hæreditario, in casu, in quo feudatarius disponit sine assensu, nõ obligari hęredẽ? quod videtur

durum,& contra l. cùm à matre. C. de rei vend. Dicit Iſern. aduerte, & diſtingue, quando quærimus, an teſtator obliget hæredẽ: quia aut quęris, an obliget hæredem, vt teneatur obſeruare obligationem illã realem cauſatam ſuper re, quę nulla eſt: & hoc rectè negamus. Aut verò pręter illam realẽ perſonaliter ad aliquid ſe obligauit teſtator, & iſta perſonalis tranſit ad hæredẽ, & exequitur contra hęredẽ, & hoc voluit dicere Iſer. teneretur tantùm tunc ex perſona eius, cuius eſt hæres, ſicut ille. Et hoc vſq; ad verſic. confirmatio. Quibus ſic enarratis reuertitur Iſern. ad quæſtionem propoſitam, & iterum arguit: nam confirmando dominus dat, l. lege obuenire. ff. dè verborum oblig. Supple tu, & tũc ſine conſenſu illius, cuius eſt res, minimè dat, vt C. de pact. l. fin. in fin. Quarę, etc. & hoc vſq; ad verſicu. ſi verò, etc. Nunc ſentit vnum contrarium. Ego tuam hanc ſingularem doctrinam accepto, habito reſpectu ad filios & agnatos, ſed ponamus feudum non eſſe antiquum, ſed nouũ, quo caſu nõ ſuccedũt agnati: nec habet filios, & ſic aperitur curiæ, vt in §. etſi clientulus. de alie. feu. vel ponamus feudum eſſe antiquum, & eum carere agnatis, quid impedit, quin

quin iſte aſſenſus noceat domino? ſiqui dem vidimus ſuprà in præcedenti quæ ſtione, magis retrotrahi aſſenſum in prę iudicium domini, quàm in pręiudiciũ agnatorum. Reſpondet Iſer. nequaquã iſto caſu eũ nocere poſſe. Nã dominus cogitauit cõfirmare alienationẽ Titij, nec cogitauit aliquid de ſuo dare, & qa id, quod non eſt cogitatum, perimi nó debet, vt in l. qui cum tutoribus. ff. de trãſa. ergo ſequitur, quòd minimè iſtud vtile dominium apertum domino cenſeatur donatum. Sed tunc ego contra Iſer. arguo ſic: Iſta reſponſio tua non eſt generalis: nam, ſicuti concludis, hoc eſſet ꝓpter ignorantiã domini: ergo vbi dominus ſciret, noceret ei, & ſic habere mus intẽtum, vt aliquo caſu noceat domino. Pro quo allego tres gloſſ. primã, in l. Gaius. ff. de pignor. action. ſecundam, in c. ij. in fine, ſi de inueſt. feu. inter dómi. & vaſal. lis ori. & in c. j. ſuprà, de prohib. feu. alien. per Lotha. Dicit Iſer. iſtud argumentum alia ratione nullius momenti eſſe, quia etiam quòd dominus ſciret, noluit donare rem ſuam, quod poterat, ſed vtile dominium Titij præmortui. Quod igitur potuit, noluit: quod voluit, adimplere nequiuit, & ſic neutrũ tenet, arg. C. ſi quis alt. vel

sibi.l.multum.& ff.de rebus dub.l.in ambiguo.Secundò arguit sic: nam verba debent esse apta ad transferendum dominium,vt in l.nunquam.ff.de acquiren.rer.dom.& l. traditionibus. C. de pact.hoc est,vt verba debeãt significare aliqd,per quod intẽdatur transferri dominiũ:sed quum dixit,confirmo alienationem Titij.non videtur aliquod verbum expressisse,per quod dominiũ suum directum à se abdicaret: ergo sequitur,vt minimè per hæc verba dominiũ suum directũ alienatum esse censeri debeat:& ita resider. Nunc Iser. in versic. ideo dictum est. dicit,aduerte, quia cũ mysterio ego posui suprà illud verbum, & non tradidit.vt ostenderem tibi, me loqui in casu,quando non tradidit: qa si tradidisset,perdidisset feudum, vt infrà in versi. callidis. in fine. vnde si tunc dominus consentiret, regularetur ab his quæ in prẽcedẽti articulo diximus, non autẽ ab his,quæ diximus in principio quæstionis.Et aduerte iterum,dicit Isern.quoniam hæc quę diximus,& nõ tradidit.sunt intelligenda inspecto hoc iure feudorum generali. Sed si tu es in regno,& vis discurrere per hęc capita, poteris figurare quæstionem,etiã si tradidisset, eò quòd alienãs sine assensu nõ

amittit

amittit feudum, etiamsi esset nouũ, vel hæreditarium, quando ipse idem reuocasset, vt in constit. constitutionẽ diuæ memorię. & ita resident in hoc. Examinauerat Ilernia in prima lectura quæstionẽ illam, an post mortem posit præstari assensus mortuo vendẽte, ad quam iterum reuertitur in additione, dicens: Concluſimus nãq; in feudo non hęreditario morientem non nocere ſucceſſuro etiã cũ aſſenſu, vt in c. j. de alien. feu. pat. dubium igitur eſt in hęreditario, in quo vt nocere nõ poſsit, hac ſaltẽ ratione perſpicuè patet, quia ſi conſideras aſſenſum venire ſuper alienatione facta per defunctum, nulli dubium eſt, eam fuiſſe nullam: quo ſic exiſtente, non obſtat argumentũ factũ per l. cùm à matre. C. de rei vend. quia lex illa nõ habet locum in cõtractu nullo: nam licet interueniat aſſenſus, perinde erit, ac ſi nõ interueniſſet, qa paria ſunt nõ eſſe & inualidum eſſe, argum. ff. quod cuiuſq; vni. l. j. §. quòd ſi nemo. verſicul. & quidem. *Nõ eſſe, & inualidũ eſſe, paria ſunt.*

Nunc Ilern. aggreditur aliam quæſtionem, & proponit illam in aëre hoc modo: ego fateor contractum celebratũ cũ Titio moriente non poſſe conualidari per aſſenſum impetratum poſt mortem eius: at quid ſi hæres in feudo hæredi-

tario, cùm potuit reuocare feudum alie natum per eius anteceſſorem, hoc nõ fecit, an tacitè videatur cõſentire, vt propter iſtum tacitum conſenſum hęredis, aſſenſus præſtitus vires ſuſcipiat? Nam hæres & defunctus, vna & eadem cenſentur perſona, vt in authen. de iureiuran. à mor. præſt. in princ. & ita videmus has perſonas eſſe coniunctas, vt exceptio, quæ obſtat morienti, obſtet etiam hæredi, d. l. cùm à matre. C. de rei vend. Ergo ſequitur, vt propter hanc identitatem perſonarum non debeamus requirere nouum contractum in hærede, ſed ſufficit tacitus conſenſus ſuus non reuocando: probo hoc, dicit Iſern. argu. eorum, quę dicuntur ff. de ritu nupt. l. minorem. & ff. de ſponſa. l. quæſitum. Ad hæc, nam certum eſt, contractum iſtum eſſe nullũ, vt hîc dicitur. Et patet etiam de iure Ciuili, in l. poſt mortem. cum concor. hîc allegatis per Iſern. vbi probatur, quòd cõtrahens lege prohibente nulliter contrahit. Poterat igitur hunc contractum nullum reuocare: omiſit illud facere, ergo perpetuò debet ſilere, arg. C. vt lit. pend. l. fin. & hoc vſque ad verſic. aliud eſſet. Nunc Iſern. ſentit vnum contrarium: Tu dicis ſolam taciturnitatem non reuocando cauſare tacitum

citum consensum: contrà, nam sola taciturnitas sine scientia non inducit consensum, vt in l. sciendum. & vbique notant Doctores: sed in dubio quis præsumitur ignorare, vt in l. veriùs. ff. de ꝓb. maximè si est hæres, vt in l. qui in alterius. ff. de regu. iur. Ergo sequitur, quòd sola taciturnitas non inducat hunc consensum. Isern. vt nihil omittatur ex parte ipsorum sic tenentium, fatetur hoc esse verum, addens, ita esse, & alia ratione, quia ignorantes non puniuntur, ff. loca. l. si ignorans. & hoc vsq; ad versi. in hoc feudo. vbi Iser. memor illos, qui tenebant hunc tacitum consensum hæredis sufficere ad validandum assensum post mortem præstitum, in duos errores incidisse: alterum vt in feudo hæreditario hæres conficiens inuentarium liberetur ab omni facto defuncti, & habeat feudum præcipuum, etiam quod cum assensu contraxisset prædecessor: alterum, vt iste assensus tacitè præstitus, sic conualidet actum, vt non iudicetur vt cõtractus gestus per ipsum hęredem, sed magis confirmet actum factum per prædecessorem: & hoc ad euitandum, ne propter factum proprium obligaretur, vt in l. j. ff. de acquir. hæred. & in rubri. & in l. fin. C. de iure delib. Et hoc

Errores duo circa cõsensum tacitum hæredis, quòd sufficeret ad validandum assensum post mortem præstitum.

quidē vt per hæc ostenderent, propterea per inuentarium hæredem liberari, quoniam hoc factū non censetur, vt nouus contractus suus, sed cōfirmatio primi: vnde sequitur, vt propter suum tacitum consensum confirmetur factum defuncti, & domino deinde assentiente nil noceat hæredi, qui inuentarium fecit: Quibus Isernia in faciem resistens, ait, vanam esse hanc quęstionem, an per inuentarium liberetur: nam etiamsi esset factum authoris sui, per inuētarium in feudo hęreditario non liberaretur, vt ipse dixit in c. j. an agna. & tandem Iser. determinat contra istos, & reassumit cōclusionem, dicens: Nos probauimus suprà, quòd absque facto hæredis, quod fecit prędefunctus, est nullum, facto, inquam, hæredis expresso & nouò cōsensu hæredis, cum impetratione assensus domini super contractu hæredis: aliàs nihil fit: quia non inuenimus iure cautum, quòd ista taciturnitas sufficiat, imo totum contrarium. Probat hoc Isern. Nam quòd contractus sit nullus, si assensus non interueniret, non est dubium: sola spes remanet, vt contractus nullus reconualescat per confirmationem, vt declaraui in principio additionis: hæc spes euanuit immediatè, quòd

res

res non est amplius sua, quia dominiũ translatum est in hæredem, & res non dicitur amplius sua, l.final.C.de inoffi. test. confirmatio ergo non tenet extincta spe, propter quam assensus retrotrahitur ad confirmandum contractum nullum. Quæ cùm ita se habeant, incipit Isern.in versic.nec obligauit.respondere argumentis contrarijs. Et dicit, non obstat l.cùm à matre. quia non habet locum in actu inualido non confirmato in vita, dum alienans erat dominus, vt suprà ipse declarauit, & non sine mysterio in hac additione illam declarauit Isern.tum pro præcedenti quęstione, tum etiam pro præsenti. Non obstat, quòd persona hæredis & authoris defuncti maximam habeant coniũctionem: siquidem non adeo coniunguntur, vt hæres, quando cõuenitur, conueniatur nomine proprio, sed hęreditario & alieno ex contractu defuncti, vt notatur in l.fin. C. de iure deliberan. & C. de hæred.act. Item non est tanta cõiunctio, vt res non dicatur defuncti, sed hęredis, vt in l.per procuratorem.ff.de acquirend. hæred. quoniam mutata persona mutatur & res, vt ibi, id est, aliam qualitatẽ respectu dominij res assumit. Non obstant, l.minorem. & l.quęsitum.

Persona mutata mutatur & res.

quoniam erat eadem persona, quæ consenserat inualidè. Item defectus nullitatis erat respectu ætatis: nimirum igitur adueniente tempore valido, & eo remanente in eadem voluntate, si confirmatur id quod priùs inualidè factum erat, vt in simili dicimus in c. ex literis. Extr. de sponsal. At hîc persona non est eadē, cæterùm res illa non durauit in manibus eiusdem, sed transijt in alium: & sic cùm alia sit persona, & res alterius, ab illis iuribus non est arguendum. Item si consideramus ipsam confirmationem ibi, in iuribus contrarijs. venit tempore valido, hîc autem datur etiam defectus respectu domini, qui non consensit tempore debito. Dicam igitur, à defectu ętatis ad defectum confirmationis non habitæ, consequentiam nil valere: nam si habemus respectum ad ætatem, ætas ipsa perficitur sine nouo labore, id est, sine aliquo facto: solum tēpus operatur, vt adueniat ætas legitima, nihil est faciendum ministerio hominis de nouo, sicut in simili dicimus, quòd non dicimur laborare in accessione temporis, secundum gloss. ff. de except. rei iud. l. si à te. §. Iulianus. At quando loquimur de ipsa confirmatione, non fit sine labore hominis, vt dicit gloss. in loco prędicto,

&

& dictum est suprà, si de feud.fuer.contro.c.si beneficium. Non mirum ergo, si sine aliquo facto, vbi ætas deficit, & postea perficitur, sufficit tacitus assensus, & in cõfirmatione, vbi oportet aliquid fieri, requiritur nouum factum. Quibus sic resolutis, iterum arguit Isern. contra istos : Nam etiam sciens & tacens non confirmat id, in quo de suo præiudicio agitur, l. filius. §. inuitum. ff. de procur. maximè, si res esset onerosa, provt est feudum, secũdum Innoc. in c. in genesi. de elect. quare, etc. & si volueris similia, recurre ad gloss. & ad quotas hîc allegatas per Isern. Sed huic conclusioni Isern iæ obstare videtur id, quod voluit Cal de. consil. vj. in tit. de iure pat. & Rom. in antiquis decisio. decclxxiij. quibus placuit, vt alienatio facta per patrem iuris patronatus, possit in præiudicium filij per assensum superioris post mortem confirmari. Sed dic tu in primis, Rotam per iura ab ea aceruata, quantũ ad quæstionem istam attinet, huic opin. Isern. subscripsisse. Deinde verò, quia quo modo Neapolitani etsi doctissimi sint, in materia Canonistica, quam præ manibus non habent, persæpè errãt, eodem & doctissimi Romanenses rarò Isernią legentes, non minùs in hac materia er-

Sciens et tacẽs non confirmat id, in quo de suo præiudicio agitur.

Rotæ errores.

rant. Dixerim hæc, vt videas magnum festum Rotam feciſſe de l. cùm à matre. C. de rei vend. quam paulo antè Iſer. rectè excluſit. Minimè præterea conſiderauerunt ſpem reconualidationis eſſe extinctam morte, vti Iſer. hoc loco probauit. Neque etiam Rota ponderauit c. cura. & c. ſuggeſta. de iure patro. quia ſi conſenſus epiſcopi poteſt interuenire pòſt, non tamen dicit, poſt mortem donantis. Non quidem huic Iſern. opinioni obſtant text. in c. quod in dubijs. Extra. de renun. l. per fundum. ff. de ſer. ruſti. præd. & de don. inter vir. & vxo. l. cùm hic ſtatus. §. ſi ſocer. quia ſicut Iſer. dicit, ſi contractus eſt nullus, non obligat alienantẽ, vt not. Doctores in l. non dubium. C. de legib. & id poſſet hæres, qd̃ defuncto facere licet, vti paulo pòſt hanc eſſe communem opinionem infrà in concluſione iiij. oſtendam. Præterea non quærimus hîc, an valeat in præiudicium ſuum, ſed an valeat in præiudicium domini & hęredis, poſt eius mortem domino aſſenſum præſtante? quod in feudo fieri non poteſt, argu. l. potior. in prin. ff. qui pot. in pign. hab. Et denique, quia Rota mouetur authoritate Innoc. in c. illud. dum ei placuit, laicum poſſe in laicũ ius patronatus ſine conſenſu

sensu episcopi transferre, & hoc in feudis asserere, satis ridiculũ esset. Nec video, qua ratione motus sit Rota, vt propterea, quia dixit Innocen. assensum episcopi posse sequi, vt dixerit quoque, post mortem alienantis posse sequi: quod Innocen. non dicit. Vtinam Isern. legissent, & aliter fortè per iura, quæ citant, ipsi iudicassent, Archidiacono subscribentes, qui tot canones pro contraria opinione attulit. Sed dicent periti Romani, sufficit nobis authoritas Rotę: sunt enim duodecim viri, post Innocen. Cald. & Roccum in suo tract. de iur. pat. Ego verò respõdebo, tredecim esse consiliarios nostros, nec exemplis esse iudicandum: persępe namque vidimus, aliter alios iudicasse, quàm antiquiores fecerint, sed iura diglutiendo, non autem digerendo. ¶ Prima cõclusio sit, vt contractus feudalis, considerando ipsum cõtractum, licet sit nullus, eo quòd contra legem factus, non tamẽ omnino sit nullus, vt vnà cum Isern. dixi in præcedenti articulo, si assensus potest retrotrahi, quoniam datur quędam spes reconualidationis, secundum Iser. hîc, & rectè: nam, sicut præmisi, iste assensus non venit vt authoritas, quasi q, vasallus sine authoritate domini non

posit contrahere: quoniam si sic esset, non posset retrotrahi assensus, vt ff. de author. tut. l. obligari. §. tutor. neque venit vt forma, quasi requiratur pro forma, quia tunc necessum esset, quòd interueniret in ipso actu, vt in l. quid ergo. in princip. ff. de his qui nota. infa. Veniet igitur iste assensus, tanquam quoddam extrinsecum, vt declarat Isern. 5. col. vij. & ibi dixi, & apertiùs Ioan. Fab. in §. non solùm. Institu. de legat. in vltimis verbis, & Bald. hîc col. iiij. ibi, quæro, vtrùm pater. & in v. in fine. prout suprà in materia extensionum in prima conclusione dixi: tunc enim consentit dominus pro interesse proprio, vt sciat vasallũ, vt suprà vnà cum Isern. in v. col. diximus. Qua de re communiter Doctor. concludunt, assensum retrotrahi: hac enim ratione contractus feudalis habet spem reconualidationis, quasi in pendẽti obligatio nascẽda sit inter venditorem & emptorẽ. Pro quo est tex. in l. fin. C. communia prædio. in versic. igitur rursus. & communis opinio Bart. & aliorum in l. ij. §. & harum. ff. de verb. oblig. vbi in simili dicunt, quòd quandoq; ab initio cõtractus obligatio non est nata, sed stat in pendenti propter spem, quòd nascatur, vt in l. inter stipulan-

Assensus retrotrahitur.

pulantem. §. sacram. in fin. versic. nam, etc. Pro quo ponderate tex. in l. j. §. prodest. in ij. respons. ff. quorum lega. & bene faciunt dicta per Doctor. post Anto. de Butr. in cap. cùm consuetudinis. de consuet. & per relatos per Franc. de Aret. in d. l. si quis mihi bona. §. iussu. ff. de acquir. hæred. col. vij. Videte quoque cumulatos per Curt. in suo primo consil. col. viij. Ex quibus iuribus regulabimus propositionem istam feudalẽ, arg. c. j. de feud. cogn. Nam cõtrahere super feudis est in nostro commercio, vt declaraui in illa quæstione, an legato feudo sine assensu debeatur extimatio? & in prima conclusione suprà in materia extensionum. ¶ Secunda conclusio sit, spem reconualidationis extingui morte. Mouetur Isern. in vlti. col. hoc principali fundamẽto ibi, spes quæ erat. quoniam per eius mortem, postquam non fuit contractũs conualidatus in vita, est dominium illud translatũ in hęredem, vt probat in penul. col. circa medium, ibi, quia dominium statim continuatũ. per text. in l. seruus si hæredi. ff. de statu libe. Posset tamen subtilis scholaris Isern. disputando obijcere, iura à te citata hoc non probant, si quidem l. seruus. & aliæ leges à te citatæ magis probant,

Spes reconualidationis extinguitur morte.

vt confirmatio illo tempore post mortem non possit fieri, quàm quòd spes euaneſcat per mortem. Rursum, quia in facto, quod est nullum respectu rei, si ali quo modo potest valere ratione personarum, transit ad hæredes: text. est in l. venditor. in princ. ff. communia præd. ergo, etc. Vos autē conuertimini ad me, id considerantes, quod paulo antè post Iser. suprà col. vij. dixi, nempe vt in consentiēdo nec dominus solus, nec feudatarius solus aliquid agant: quia necesse est, vt vterq; consentiat, quoniam quotienscunq; actus non potest cōualidari sine consensu duorum, licet consensus vnius trahatur ad tēpus alterius, vt prędiximus, tamen donec omnes consentiant, primus consensus non est validus per se, nisi coniūgatur cum alio: quo fit, vt hoc medio tempore primus consensus sit in pendenti propter spem quæ durat, quòd cōfirmetur per dominum, vt dixi in prędecedenti conclusione. Spes autem eam ob rem non potest durare, nisi in vita primi consentiētis: quia post mortē res non stat in eodē statu: ité mutata re, vt probat Iser. non potest conualescere primus assensus per secundum: & per consequens, euanescit spes: text. est formalis ad literam de omnibus suprà

In consentiēdo nec dominus solus, nec feudatarius solus, aliquid agunt.

prà dictis in l. final. ff. communia præd. qui text. scriptus fuit pro doctrina Iser. hîc. Nec obstat, si tu subtilis diceres, quomodo respondes ad tex. in l. venditor? Nam gloss. respondet in d. l. fin. in verbo, nihil. quòd licet quandoque à lege detur exceptio, tamen non probat, quòd primus actus cõualidetur, de quo quærimus. ¶ Tertia conclusio sit ex dictis Isern. hîc, q, si dominus consentiret, sciẽs feudũ sibi esse apertũ, nõ propterea sibi præiudicat: quoniam quod suum est, non donauit: quod alienum erat, non potuit confirmare. Ista doctrina Iser. videtur esse contraria doctrinæ suæ, in c. j. qui succeſſ. tene. col. iij. vbi concludit, quòd si rex scit feudum sibi aperiri, eo quòd non habet filios masculos, consentiendo præiudicat sibi, vt resoluto iure vẽdentis non resoluatur ius emptoris. Sed cùm dominus ibi consensit, sciebat istũ vẽditorem habere feudum pro se & hæredibus suis, itaq; etiã accepisse emptorẽ: nil mirum ergo, si cõsentiendo valet pro hæredibus recipiẽtis. At hîc, quod gesserãt inter se, non poterat per dominũ mortuo feudatario confirmari, & confirmando actus non valet omni meliori modo, quo potest: quoniã in materia feudali, si nõ valet quod

Dominus nõn cõsentit in præiudicium suum.

ago vt ago, nec etiam valet vt valere po teſt, vt probaui ſuprà in materia refuta tionis. Quamobrem dixit Iſern. hîc, quòd ſi erat feudum vacans, & ſciebat hoc dominus, non videtur ius ſibi quæ-ſitum dediſſe, poſtquam conſentire tan tùm voluit: & hæc ſunt diuerſa, vt in pri ma quæſtione in materia extenſionis dixi. Nam videmus etiam, quòd ſi do-minus donaret feudum, tanquam vacãs ex vna cauſa, ſi non vacat ex illa, & va-cat ex alia, gratiã nõ valere: videte Iſer. iura cumulantem in c. morib. ſi de feu. fue. contro. Ita & pariformiter ſi domi nus noluit per viam venditionis con-firmare, non debet dici, quòd ex alio ca pite donationis debeat valere: & pro hoc do tibi tex. in c. j. de cler. qui inueſt. fec. vbi vult, quòd ſi donatio eſt facta purè, & non valet, & valuiſſet in diem feudo aperto, non conualidatur: quia illa conualidatur, quæ fuit facta in diẽ tantùm à principio. Voluit enim do-minus confirmare tantùm: quo caſu ſi dixiſſet, concedo, non ſtaret niſi in ter-minis confirmationis, ſecundum Inno. & alios, in c. inter dilectos. extra. de fi-de inſtrum. & ibi per Doctor. Pro quo faciunt dicta per Lucam in l. ſi quos. C. de decur lib. x. Nõ enim per quodcũq; verbum

verbum censetur quis confirmando iuri suo derogasse, secundum Isern. & alios in c. j. per quos fiat inuest. vbi est tex. formalis, quo ad hoc. Nam etiamsi dixisset, & de nouo concedo, adhuc nihil daret, si confirmare cœpit, per ea quæ dicuntur per Isern. & alios in c. j. de vasal. decrepitæ æta. oportet enim vt aliquid appareat, per quod de nouo concedatur: de quibus per Doct. in c. inter dilectos. de fide instrum. & Bald. in l. & quia. ff. de iurisd. omni. iud. & ibi per reliquos, & in alijs locis suprà dictis. Ex quibus & illud determinare fas erit, an Capicius, præceptor meus, rectè loquutus fuerit, dum voluit ex dictis Iser. limitare hoc, vt noceat domino, quando dixit de nouo concedo, per text. in l. nunquam nuda. ff. de acquirendo rerum domin. & l. traditionibus. C. de pact. nisi hoc intellexerit, quando constat dominum de nouo voluisse concedere, ex verbis, quæ illud significarent: sed contra se allegat Isern. in c. j. de vasal. decrep. æta. qui ita loquitur, vt suprà per prædictos Doctores declaratur.

Confirmans actum non censetur donare de nouo.

¶ Quarta conclusio sit, q; extincta spe reconualidationis, post mortē non potest præstari assensus in pręiudicium eorum, qui successuri sunt, per l. bono-

Assensus non præstatur post mortem.

rum.ff. rem ratam hab. Quod quidem in feudo ex pacto & prouidentia, clarum est, quia si qua dispositio daretur in vita, non potest post mortem perfici, c. Titius. si de feud. fuer. controuer. c. j. de succ. feu. & c. j. §. sed & res. per quos fiat inuest. Sed quid in feudo hæreditario? idem diceremus, si feudū non esset traditum, extra regnum: quo casu aperiretur agnatis, vt suprà præmisi in declaratione doctrinę Isern. vel re tradita in regno, postquā datur reuocatio per const. constitutionem diuæ memoriæ. secundum Isern. hîc, qui euomuit vnum aureum verbum, vt non obstet hæredi, l. cùm à matre. C. de rei vend. quando actus, qui fit, est nullus. Cuius opinionis fuit quoque Bal. in consil. lxxxij. incip. proponitur, quòd inuestitura. col. j. in primo vol. & idē Bal. in c. j. §. hoc quoque. de succes. feu. col. pen. Pro quo faciunt dicta per glo. & alios in l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. ij. Itaque tenet etiam Loffred. in consil. x. in vj. col. licet ista non alleget, & Capic. hîc fretus authoritate Isern. Quos & nos sequimur, quia si potuisset idem author hoc facere in contractu nullo, per ea quę habentur per Bartol. & alios in l. post mortem. ff. de adopt. cum concord. ergo & hæres,

l. hæ-

l.heredem.ff.de reg.iur. Vnum tamen, etsi non sint termini nostri, non omittam, quòd licet Loffred.velit limitare l. cùm à matre. vt non habeat locum in his, quæ beneficio legis habemus, per ea quæ habentur in l. defuncto. & ibi glo. Bartol. & Salic. C. si in frau. patr. & hoc extendat in feudo: tamen Isern. determinat contrarium in c. j. col. ij. de alien. feud. pat. Quia illud intelligitur, qñ lex dat sine qualitate hæreditaria apposita ab homine. Et licet Capicius, præceptor meus, in suis ampliationibus velit multa cogitare, vt hæc procedant etiam, si hęres non faceret inuentarium, authoritate Isern. hîc, & multa velit cõsiderare circa inuentarium: vos tamen vidistis suprà, quare Isern. locutus sit de inuentario: & si hoc modo aliquo cogitauit, & in quantum ampliat, vt hîc hæres intelligatur etiam extraneus, bene loqueretur si dixisset, quòd fuit institutus cum assensu: aliàs non video, vbi Isern. hîc illud dicat. Bene tamen dictum illud puto, vt hæredi suus tacitus consensus minimè noceat, & quòd hoc dixerit Iser. hîc, cuius doctrinam, ni fallor, adeo apertè declaraui, vt additione non egeat: non tamen approbo, vt tacitus cõsensus domini sibi noceat, provt

Capic. hîc affert per dicta in l. j. de prohib. feu. alien. per Lothar. eo quòd prę-ter tacitum conſenſum alia quoque interuenire debent, vt ſuper text. in articulo præſcriptionis, dixi, & ideo nouo opus eſt aſſenſu, vti Iſern. noſter Auriga docet. Pro quo pondero tex. formalem in l. ſi ego. §. ſi res. ff. de iure dotiũ. quia ſi ſpeciale eſt in dote, ſecundum Bal. in l. cùm à ſocero. C. de iure dot. quem ſequuntur Pau. & Ludo. in l. ſi pecuniam. in princ. ff. de cond. ob cauſam. & Dec. in multis conſilijs ſuis, (quicquid dicat Alexan. in l. qui Romæ. §. Flauius. quòd non ſit ſpeciale, vt hæres conſentiat, validando actum factum per authorem.) ergo in contrarium eſt ius in alijs extra dotem, vt nouo opus ſit conſenſu, & ſic contractu, argu. l. nam quod liquidæ. ff. de pen. lega. Limitatur tñ iſta cõcluſio non habere locum in vltimis voluntatibus, quia & poſt mortẽ dominus præſtando aſſenſum validat teſtamentum: ita Bald. in c. j. §. donare. col. j. & ibi Aluar. Cardi. & Mart. Franc. Curt. in ſuo tractatu feud. in iiij. parte, §. retenta igitur. & Iacob. de ſancto Georgio in ſuo tractatu, §. & cum pacto, quòd de ipſo feudo. col. ij. & Capic. hîc: quod intelligunt, vt valeat reſpectu domini, nõ autẽ reſpe-

respectu agnatorum. Quid dicemus? Bald. in d. §. donare. quærit, si potest assensus retrotrahi ad testamentum nullum, & quia iudicat actum non esse omnino nullum, sed esse præter legē, secundum Iaco. de Are. in l. non dubium. C. de legi. dicit, quòd sic: non autem loquitur, vt statim sibi prejudicauerit, pvt prædicti Doctores concludunt. Nam ista quæstio, quantum ad dominum attinet, duo habet capita: vnum, quòd dominus possit confirmare illud testamētum in præiudiciū suum: & in hoc ego concurro cum eis, vt possit, si expressè illud agit, & hoc puto sensisse præfatos Doctores: aliud verò caput est, si simpliciter consentiendo videatur feudum apertum sibi donare: & hoc secundū caput ab eisdem non determinatur, sed regulabitur, vt ita loquar, ab his quę s. dixit Iser. & nos quoq; suprà in conclusione tertia. In quantum verò Mar. Iaco. & Franc. dicūt, quòd ideo non retrotrahitur in prejudicium agnatorum, quia eis nocere non potuit, arg. l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcen. vidētur sentire, vt hęc procedant in feudo ex pacto & prouidentia non hęreditario, vt in c. j. de succeſſ. feud. & sic intelligendo in feudo hæreditario, in quo nocere po-

test,retrotraheretur.Sed vos tenete contrarium per ea quæ hîc dixit Isern. & nos cum eo,vt in præiudicium agnatorum neque in feudo hæreditario præstetur assensus post mortem. Limitatur etiam prædicta conclusio, vt post mortem præstetur assensus fauore dotis,per text.in l.si ego.§.si res. ff. de iure dotiũ. In quo omnes Neapolitani concurrũt. Itaque sæpiùs practicatum esse vidimus:sed hoc verum erit extra regnum, in regno autem tunc procedet,quando defunctus virtute constit. constitutionem diuæ memoriæ. non reuocasset, vel eius hæres, qui idem facere posset, per text.in l. hæredem. ff. de regul. iur. secundum Afflict. & bene. Sed non debuit de hoc tantũ gloriari,eo quòd Doctores prædicti loquuntur,quando obligatio subsistit,super qua posit præstari assensus. Aduerte,quia idẽ Afflict.paulo pòst in eadẽ col.dicit,istud ius pœnitendi non transire ad hæredes,per text. in l.iij.ff. de ser.expor. & notata Bart.in l.qui Romę.§. Flauius.ff.de verb.oblig. & in l.cùm à socero.C. de iure dotium. Certè iste bonus senex valde laborauit, sed propter decrepitam ætatem, quando feuda scripsit, facilè distinctionem hanc necessariam omittere potuit,inter

l.si ego ff.de iure dot.

contra-

contractum nullum, & contractum validum dependentem à sola voluntate defuncti, & inter contractus nominatos & innominatos, an dissoluãtur quę facta sunt. Videte vos Doctores in d. §. Flauius. præsertim Iaſ. in iij. limit. & in l. iij. §. j. ff. de condi. ob causam. Nam aliud est quærere, si contractus, qui dependet à voluntate mea vt perficiatur aut nõ, possit per hæredem reuocari: quod negamus, secundum Bartol. per l. iij. ff. de ser. expor. cum concor. aliud est quęrere, si contractus, qui mediante assensu fuisset perfectus, antequam præstetur eodem modo, quo per me potuisset reuocari, reuocetur per hæredem meum, quando est nullus: quod Alex. & cæteri ibi non negant, per text. in l. hæredem. ff. de regul. iur. & ista est vera mens omnium ibi, vbi poteritis videre etiam additos in apostillis ad Bartol. Ciuilia enim sunt, quæ nos non tractamus, nisi quatenus pro feudis illa necessaria iudicamus. Quæ omnia intelligatis, nedum si mulier ageret ad dotes, sed si vir suam tacitam hypothecam intentaret, iuxta ea quæ habentur in l. j. §. & vt pleniùs. C. de rei vxor. act. nam text. in d. l. si ego. verè loquitur in viro p dote, & consecutiuè in muliere, ita vt

minimè perſonæ duntaxat ſit conceſſum priuilegium, vt voluit Iſern. in conſtit. quàm plurium. in ſimili, quãdo prę ſtatur aſſenſus obligationi, vt non conſideretur perſona, vt latiùs dixi in materia exrenſionum ſuprà in viij. concluſione. Lex enim non conſiderauit perſonas, ſed ipſas dotes, vt res detur pro dote, ne mulieres remaneant indotatæ, & ſiue dentur vxori, ſiue viro, dum tamen dentur pro dote in fauorem ipſius mulieris, nihil refert: per quæ reſoluuntur iura, quæ allegantur per Capic. hîc in contrarium, vt vir in d. §. & vt pleniùs. non habeat prælationem, quam habet vxor, quæ præfertur anterioribus, vt in l. aſsiduis. C. qui pot. in pigno. hab. ſecũdum gloſ. ibi, & Bal. idem Bal. in l. j. C. de primi. dot. & Bal. Nouellũ in ſuo tracta. dot. xij. parte, iij. q. quia quando lex dat priuilegium mulieri, quod cohęret perſonæ, tanquam exorbitans à iure, tunc poteſt dubitari, ſi trahitur ad virũ: at quando datur doti, & ipſi mulieri, cuius cauſa cæteri agunt, omnes comprehendit, iuxta d. l. ſi ego. Aliter & gl. & omnes loquerentur de directo, contra text. in d. l. ſi ego. §. ſi res. quia loquitur de viro, & ita ſentit Iaſ. in d. l. j. ff. ſolut. matrim. col. iiij. & v. & cæteri: ibi vi

dete

dete illos. Et eodem modo, si tenemus, q̃ priuilegium sit traditũ doti, licet pro missio esset facta viro, & nõ vxori: quo casu vir ageret, vt in l. si pro dote. C. de dot. pro. & oportet, vt fiat cessio vxori ad hoc vt agat, iuxta l. soror. §. Lucius. ff. solut. matrim. adhuc tamen idẽ dicam, quia mens legis hæc fuit, vt dos mulieris salua sit, & quocunque modo saluetur, & per quascunq; manus idem erit, quia omnia comprehendit legis mens, vt suprà in viij. conclusione, in materia extensionis dixi. Et ideo defuncta vxore, licet in l. j. ff. de lega. j. in l. post dotem. eod. tit. & in l. j. C. de priu. dot. velint, vt omniã priuilegia dotiũ transeant ad hæredes, præter duo priuilegia prælationis, putarem, vt hoc priuilegiũ minimè transeat, quia tex. in d. l. si ego. §. si res. dicit, q̃ dat priuilegium illud doti, & sic viro agenti, ne mulier remaneat indotata: q̃d non esset eã defuncta, arg. l. adigere. §. quãvis. ff. de iure patr. Et si fortè dici posset, q̃ hęres tenetur consentire, postquã semel in vita fuit ius causatũ vxori: super quo disputamus: videte iura & Doctores in locis allegatis, & tractatus dotium: tñ ex deficientia alterius consensus, scilicet regis, qui nunquam consueuit consenti-

re in tali casu, adhuc locũ nõ obtinebit, eo quòd regentes nõ consueuerunt cõsentire, vti Capi. tenet hîc, quod nos cõ firmamus. Sublimitatur tamen prædicta limitatio, vt non habeat locum, quando mulier posset aliunde dotes suas consequi à burgensaticis: quia semper, quòd lex concedit executionem contra feuda sine assensu, intelligitur in subsidium, secundum communem conclusionem Doctorum in l. commodis. ff. de re iud. cum concord. in tantũ, quòd licet electio sit mulieris eligere feuda, & relinquere burgensatica in assistentia, quando habet assensum, vt in sua propria quæstione, in c. j. an agnatus. dixi, tamen in obtinendo assẽsum non dabitur ei electio alijs existẽtibus bonis burgensaticis: & ita intelligo d. l. si ego. §. si res. ff. de iure dot. vt patet etiam ibi in text. ne remaneant indotatæ. Itáque passim iudicamus, vt capitulum Neapolitanorum, per quod datur à iure assensus mulieribus Neapolitanis, intelligatur in subsidium propter eadem verba, quę ibi adsunt, videlicet, ne remaneant indotatæ. Nec velis considerare, quod longa declaratione disputauit dominus Loffred. in suo consilio xxxj. vt in text. §. si res. non sit attẽ-

attẽdendũ illud, videlicet ne remaneãt indotatæ. Quo fit, vt mulieri habẽti dotes, minimè opus sit alio: quia si consultum est ei in burgensaticis, frustrà deueniendũ erit ad feuda, in quib. nec hæres consentiet, nec dñs assentiendo gratiã facere debet. Nam si essemus in casu, in quo dominus non debet cõsentire, vtpote quia dos esset constituta ab extraneo, vt notat Loffred. in eod. consi. quãtumcunq; consentiat hæres, non propterea ipso iure censebitur præstitus assensus, sed ita demum, si dñs voluerit illũ præstare, eo quòd gratia semper est, vt super text. dixi, quam non compellitur dominus facere, vt in const. si quis post litem. Non enim semper, quod potest dominus consentire, illud facit, & regentes, præsertim nostri temporis, bene ad hæc animaduertunt: hac enim ratione nequaquam lex illa habebit locum in antefato, prout in materia extẽsionis in simili in viij. conclus. dixi.

¶ Hactenus de his, quę in tex. glosis, & Isernia, vsq; ad §. præterea si quis infeudatus. qui est pars secunda legis istius, tractãda erant: supereſt, vt reliquas partes expediamus, omissis multis, quę scribenda omninò fuissent pro veritate quæstionũ, quę in quodã tractatu

de ſubfeudo continentur: qui cùm poſt iſtum ſcriptus eſſet, ante iſtũ typis traditus fuit: impreſſa nãq; hæc magna ex parte erant, quãdo quidã bibliopola librum illũ mihi donauit: erit tñ tempus, vt quæ nunc occurrunt, in cæteris noſtris Cõmentarijs ſcribamus: quæ cùm Beneuenti in hac mea perſecutione annis decẽ & octo occuliſſent, Romę hoc anno illa recuperaui. Alacri igitur animo iſthæc ſuſcipite, corrigite, emendate, & ſi ſcriptorũ vitio aliud pro alio pſæpè citatũ reperietis, veſtro labore omnia caſtigate: ſatis ſit charitate comite vigilias meas vobis, quantum licuit, cõmunes feciſſe: non. n. conquieſcã, ſi hęc lectoribus placuiſſe intellexero, donec octo volumina Commentariorum meorũ ſuper feudis typis tradidero: nõ quidẽ omnes Doctores in medio rumorum horũ, quos in hac caritate Romæ præfectus annonæ cõſtitutus ꝓ omniũ ſalute ſubſtineo, legere licuit, nec, vti decet, typographorum errores reſtituere.

FINIS PARTIS PRIMAE
legis, Imperialem.

§.

§. Prętera si quis. & §. Firmiter.

PRÆTEREA si quis infeudatus. Omissa hac secunda parte legis istius, in qua nihil explicatione dignum inuenitur, præter sententiam illam, quippe beneficia, quæ pupillo, ecclesiæ, mulieri, & fisco dantur, minimè in causa criminali locum sibi vendicare: tertiam aggrediar partem.

§.

FIRMITER. Hæc pars tertia legis huius est. Cùm paulo antè Federicus de feudo propter alienationem aperiendo tractasset, nunc de feudo aperiendo ob seruitium non præstitum agere incipit, expressis verbis declarando, vt feudatarius submonitus, qui per se, vel substitutũ, vel cum parte fructuũ seruitium nõ præstitit, feudo priuetur, & domino aperiatur. h.d. Vidistis in principio istius legis, ita seruitium inest fidelitati, vt vasallus, qui non concomitatur dominum suum in bello, iuxta terminos §. sed nec alia iustior. quę fuit prima causa benefic. amit. feudo priuetur, domino aperiendo, vt hîc. Est enim concessio ipsa feudi donatio quę-

Cõtractus feudalis donatio sub modo est.

dam, vt dicit text. in c. j. §. fin. in quibus cau. feu. amit. donatio, inquam, sub modo, quæ altero non adimplẽte id, quod promisit, reuocatur, l. iij. C. de donat. quæ sub modo. ita quidem, vt tametsi dominum associauerit, si eum dereliquit, adhuc feudo priuetur, c. j. §. qui dominũ. in tit. quæ fuit prima causa. siue rex in proprio feudo vasalli exercitum habeat, siue in regno, siue extra regnũ, vt iustè, nõ autem tyrãnicè militet pro regno. Ita Andr. in c. j. §. nec alia iustior. quę fuit prima causa. & c. j. de cap. Cor. Seruitium autem in pecunia præstandum alio nomine ostendit: aliter enim soluitur hîc, vbi medietatem feudatarius soluit: aliter in c. similiter. de cap. Cor. vbi secundum consuetudinem Alemanię soluit tertiam partem: aliter in regno, vbi prętatur adoa. Sed quid est adoa? scire debetis, omne feudum in regno valoris xx. vnciarũ annuarum esse oportere, vt testatur Iser. hîc, & meliùs in c. j. in fi. quis dicatur dux. in c. j. §. j. de controuer. feu. apud par. term. & in cõstit. quàm plurium. vt pro vnoquoque feudo Rex habeat militem vnum, vti Iser. dicit in d. c. j. de controuers. apud par. term. vel si adoa eligitur à rege, pro quolibet feudo habeat vncias decem

Seruire tenetur ubique feudatarius.

Adoa quid sit.

&

§. Firmiter.

& dimidiã, in quo se conformat huic l. Imperialem. Verùm quia multa feuda minoris reditus sunt, vt rei huic succurreretur, inuentum fuit, vt multa feuda simul vnirentur, vt hoc seruitium vnciarum decem à quolibet feudo integro solui posset, itáque stipendia militibus soluerentur: adoa barbaro modo, id est, coniunctio dicta, siue ipsam coniunctionem in feudis, quæ minoris valoris erant, consideraueritis, siue in his, quæ maioris reditus erant, & taxa militum coniungenda erat, vt sciret curia, quot milites ab vno feudatario exigere posset. Sed rogabis fortè, num aliquo casu is, qui non tenetur ad seruitium militare, nihilo minùs teneatur ad præstandum adoam? Huic quæstioni respondet Iser. in const. regni, quàm pluriũ. vbi dicit in omnib. casib. in cõst. illa comprehensis, adoam à rege posse imponi, quia constit. illa habet locum in rege, secundum ipsum cap. j. §. final. de pace iur. firm. quam doctrinam tu intellige sanè, quando scilicet adiutorium, quod vasallus præstat domino, est expressum à lege, vt ibi: quãdoquidem qui non tenetur seruire, minimè ad soluendum adoam obligatur, vt Isern. dicit in c. j. §. huius autem. in quibus caus.

Adoa non præstatur nisi ab eo, qui aliàs obligatus esset seruire: item, quando adoa possit imponi.

feu.amit.ſubrogatur namq; adoa loco ſeruitij militaris, ac proinde naturam ſapere debet eius,in cuius locum ſubro gatur, l.eum qui ita. §.qui iniuriarum. ff.ſi quis caut. Sic enim quando pro feu do prętſtatur ſeruitium pecuniariũ,quia adoa ſubrogatur in locũ ſeruitij perſonalis, haud quaquã eſt præſtanda,ſecũdum gloſſ. Aluar. & Alex.in c.j.§.fin.de cap.qui cur.vend. Secus autem,quando dominus vellet ſuperindictum imponere:tunc enim ad propriam vtilitatem,non niſi cum cõſilio baronum (etſi contrarium paſsim fiat)in comitijs id facere poſſet: excipio bonũ publicum: quo caſu ſolus rex adoam imponeret, ſecundum Lucam in l.j.C.de ſuperindicto.Andr. Iſernienſis,iacto hoc fundamento, nempe feuda idcirco inuenta eſſe,vt vaſallus obligetur defendere dominum,nil aliud vſq; ad verſiculũ, hæc eſt culpa.agit,quàm ſummare text. cui nil aliud addendum eſt,niſi cum myſterio literã dixiſſe,vaſallũ ſubmoneri debere ad ſeruitiũ prętſtandũ:quia nõ ſubmonitus ſeruitiũ prętſtare nõ teneretur, vt dicit idem Iſern. in c.j.§. ſed nec alia iuſtior cauſa.& in c.j. de eo quĩ interfe. frat.do.ſui.ita vt poſt intimationẽ tempus competẽs ei detur, infra quod iter agere

Superindictum ſolus rex impone re an poſsit?

Submoneri debet uaſallus ad ſeruitium præſtandum.

agere posſit,xx.nimirum miliariũ pro qualibet die,ſecundum gloſſ. hîc:cui Iſern.ſubſcribit ampliãdo eam, vt idem ſit & in quocunq; ſubfeudatario baronis:addens,vt id, quod dicimus in maiori domino,idem dicendum ſit de minoribus,qui ſubmonẽt ſubfeudatarios ſuos:quod nota. Nunc autem in verſ. hęc eſt culpa. ſciẽs Iſer. non poſſe amitti feudũ ſine culpa, vt in c.j. de feud.ſine culpa non amit. tacitè quærit, quæ culpa homini huic imputari poteſt, ſi non iuit ad bellum? quid enim mali fecit? Cui quæſito Iſern.reſpondet, duplicem eſſe culpam;alteram,in omittẽdo: alteram,in committẽdo. Sed quo modo in cõmittendo? ea ſcilicet ratione, quia ſi dominus nõ offenditur directè, offenditur ſaltem indirectè,non iuuando,vt ſ.in §.callidis.bene tamen fateor minorem culpam eſſe, quàm in faciendo,ff.ad Syllan.l.j.in fin. & l.ij. Nunc Iſern. quia à paucis intelligitur in verſiculo,& cùm dicat.hanc proponit quęſtionem, ſi diſtinctio iſta culpæ in omittendo,& culpę in committendo facienda eſt,ac maiorem eſſe culpam in committendo,tunc,quia text. iſte in culpa in omittendo ſimpliciter dicit,feudum redire debere ad dominum, nec diſtin-

§.Firmiter.

Culpa duplex.
Culpa in omittendo.
Culpa in committendo.

guit inter feudum nouum & antiquum, de vtroque sic simpliciter litera intelligenda est, & multo fortiùs vtrunque redibit, quando culpa fuit in faciendo: & hoc approbat in glos. suprà titulo primo, in fine. Dixit hoc Andreas, vt quæstionem illam decidat, an culpa vnius in omittendo alteri agnato sic noceat, vt perdat feudũ antiquũ: non dico hæreditarium, quia illud perdit, sed ex pacto & prouidentia nõ hæreditarium: pro quo ponderabatur tex. iste, qui simpliciter loquitur. Veriùs tamen videtur, dicit Iser. id quod dicitur s. si vasal. feu. priue. vbi plenè de hoc diximus, & sic intelligatur hîc de feudo nouo ex pacto & prouidẽtia, quod vim hæreditarij habet, vel in antiquo, quando nõ habet agnatos, vel nolũt agnati habere illud feudum, vt ibi dicitur in glos. & per Hostien. in summa, hanc opinionem æquiorem esse, cui nos in c. j. an agnatus. multis explicatis atq; additis ante nos sub quadã confusione traditis subscripsimus. Nunc Iser. in versic. item non. reuertitur ad verba tex. in quiens: Nota, quòd vasallus feudum tenens, alterum horum trium facere tenetur, vel ire, vel pro se mittere substitutũ acceptabilem domino, vel soluere me-

Vasallus submonitus quid facere teneatur.

medietatẽ fructuũ, nec aperit cuius sit electio: quæramus igitur, cuius hæc electio esse debeat? Cui quæsito respondet Iser. vt in hac alternatiua alterũ ex tribus vasallus ipse possit eligere, argumen. l. plerunque. §. fin. in fine. ff. de iure dotium. Sic enim in alio simili dicitur in gloss. in §. præterea. in fin. ĩ. ea d. l. nostra. Ex quo aliud correlariũ emergit, vt semper vasallus seruire possit per substitutũ, de quo dictum est s̃. si de feu. fue. cõtr. §. si quis decessit. in glo. Quod quidem indubitabile est, quando feudatarius est persona inhabilis ad seruiẽdum, vt ibi: & dictum est suprà, in cap. j. an mutus. Alij dicunt eam ob rem esse in voluntate domini de substituto, quia litera dicit, acceptabilem. vnde si non acceptet, aut ibit personaliter, aut soluet medietatem fructuum, d. l. plerunque. secundum quam opinionem electio vasalli erit in alternatiua duorũ, non autem trium. Alijs verò placet, vt electio sit trium, moti, quia non sic vox illa, acceptabilem. intelligenda est, vt pro libito domini in potestate sit illum acceptare, aut expellere, quia notula hæc, Acceptabilẽ. exponenda est, vt talis sit substitutus, qui omninò à domino de iure acceptari debeat, sicut ille q̃

§. Firmiter.

Notulæ, Acceptabilem. explicatio.

ire debebat: argu. l. illud. §. fin. ff. quod metus cau. nam acceptari, & acceptari debere, paria sunt, ff. pro emp. l. qui fundum. §. seruus. & ff. si certũ pet. l. quod te mihi. Hoc enim indicat verbum, Acceptabilem. id est, aptus vt acceptetur, quasi habilis aptat. secundũ Grammaticum. Non quidem dominus pro libito iudicare debet, siquidem in hoc, an substitutus sit habilis, nécne, etsi iudex sit, vt s̃. quid sit inuest. quia tamen, si iudex est, vir bonus dicitur, l. cõtinuus. in verbo, testibus. ff. de verb. oblig. vir bonus non erit delicatus, vt dicat, nolo nisi talem, nec vasallus onerosus, vt mittat odiosum domino, argum. C. de iure emphyt. l. fin. §. j. ibi, his tantùm personis, etc. argum. xciij. distinct. c. Adrianus Papa. Nam cùm is, qui displicet, mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Quod dictum est, ęque ido neus. totum importat, vt non sit austerus dominus, ff. de vsur. l. si bene. nec vasallus teneat extrema, vt viles mittat: per hoc enim diceretur delicatus, ff. de pign. act. l. si seruos. Ex quibus hęc remanet conclusio, vt in hoc, an substitutus sit habilis, minimè simpliciter domini sit electio, sed secundum quid, hoc est, si iustè iudicauerit. Hactenus

Idoneus quis est.

vsq;

§. Firmiter.

vsque ad verba illa Isern. sed si Marchio. vbi ea, quæ dixerat, limitat non habere locum, quando rex moneret vasallos, vt irent ad bellum, non pro defensione regni, sed pro vindicanda iniuria propria: tunc ea considerauemus, quæ scribuntur in §. præterea. in titul. quæ sit prima causa ben. amit. & quib. ex cau. feud. amit. in prin. Et hæc vsque ad verba illa: quid in regno. vbi And. quærit, an ea, quæ dicuntur in l. ista, seruanda sint in regno, corrigendo iura regni? Et arguit primo loco, quòd non: Nam postquam regnum liberè fuit ecclesiæ, in eam directum quoq; dominium translatum fuit: quo factum est, vt leges Imperatorum eatenus in regno locum habeant, quatenus sunt rationabiles, vt dictum est in præambulis in principio huius libri. Secundò, quia videmus in const. regni, si vasallus. edita à Guilielmo Rege regni, aliũ obseruari modum satis diuersum ab isto: dicit namq; litera ibi, ter debere submoneri vasallum, nó autem semel, vt hîc. Sed confestim Iser. considerans const. illam, si vasallus. loqui in subfeudatario Marchionis, non autem in Marchione, quasi arg. hoc à subfeudatario ad feudatarium nihil valeat, alia iu-

Correctio iurium regni quâdo ab alijs fiat.

ra aggreditur, vt hoc probare queat, inquiens: Vis videre, quàm perſpicuũ hoc ſit, obſerua id quod videmus in regno, quippe adoã, quę ſoluitur in regno, aliter ſolui, quàm fructus ſoluũtur in text. iſto, quia in regno in feudo nouo cum vaſallis nõ ſolùm ſoluitur medietas fructuum, vt hîc, ſed aliquid plus. Eſt enim quodlibet feudũ valoris xx. vnciarum in regno ſic conſiderati, vt ſingula feuda vnũ militem præſtent, & cùm maioris reditus aliquod caſtrũ, vel comitatus fuerit, hac ratione ſeruitia computentur, hoc eſt, vt pro ſingulis xx. vncijs redituũ ſoluantur pro feudo nouo vnciæ x. cum dimidia, quæ plus ſunt ipſa medietate fructuũ. Rurſum in feudo nouo ſine vaſallis ſoluitur minus, quia ℔ xx. vncijs adoa erit vnciarũ ſex. Si verò feudum conſiſtat in aliqua re, à qua pecunia ſoluitur, hoc caſu ℔ xx. vncijs non ſoluet vaſallus, niſi vncias v. Nec proinde mireris, dicit Iſer. dum hãc varietatẽ propono: nam ſicut in pręſtatione vectigalium varias exactiones videmus, ff. de publica. l. ſi publicanus. §. fi. ita & in hoc videmus: nãq; præter hæc, quæ in feudo nouo diximus, in antiquis propriam, ſatiſq; diuerſam conſuetudinem ſeruari, id eſt, pro feudo antiquo

quo magni valoris pauca & minima solui, provt taxata reperiũtur. Quibus hunc in modum explicitis, Iser. ibi de istis const. subiungit, minimè spernendas esse, quandoquidem ordinatiõ quę dam Regis Caroli primi de illis mẽtionem fecit, quæ incipit, Prouisum. vti in præludijs feu. q. ij. idem Iser. dixit. Possem hoc loco multas quæstiones circa ipsius adoæ præstationem examinare, sed quia impressus iam est tractatus de adoa do. Iacobi de Aiello viri nostra ætate literatissimi, laborem hũc vitabo, horumq; loco hoc alterum substituam, nẽpe vt cùm vasallus fuerit contumax, minimè hac forma vtamur, sed illa quæ traditur in c. j. de mili. vasal. qui cõt. est. & ibi per Isern. cui placuit, vt priuatio feudi in sola sequestratione consistat, quod verum est: sed simul feudo priuatur, vti litera dicit, nisi tẽpore ibi statuto comparuërit. Quapropter idem Isern. in const. si vasall. apertè dixit, vasallum feudo priuari, hoc scilicet modo, vt dixi. Nec illud prætereundum duxi, vt minimè fiscales nostri tẽporis sequi velitis, qui pro omni contumacia feudo vasallum spoliant: non quidem hoc fieri debet, nisi quando vasallus pro causa fidelitatis contumax fue-

§. Firmiter.

Contumax qui, do feudi successione priuandus sit.

rit, vt litera satis apertè ibi hoc dicit. Hactenus Isern. doctrina vsque ad verba illa, si quæratur. Cùm enim paulo antè Isern. circa quæstionem hanc, an quis possit per substitutum seruire? plures opiniones citasset, illam tãdem elegit, vt in re hac, nec onerosus dominus sit, nec delicatus vasallus, ff. de pign. act. l. si seruos. ff. de vsu. l. si bene. mediũ nãque perpetuò est eligendum, vt in authen. de consul. in fine principij. Hoc tamẽ sanè intelligas, quia si vasallus ali quam excusationem iustam haberet, vel fortè esset inhabilis, omninò p substitutum seruiret, sicvti paulo antè dixerat. Itidem si plures essent vasalli, qui ad vnum tenerentur seruitium, secundum Isern. hîc, & in c. omnes filij. si de feu. fuer. controuers. Sed dic quæso Isern. quo modo tu intelligis propositionem hanc, non delicatus debitor, nec onerosus creditor? Pone enim vasallũ, qui modicum seruire pro suo feudo teneretur, non accessurum absq; magna comitiua, quam domino non offert, nũ admittendus? sanè nõ. finge rursum vasallum præstare posse duo, hoc est, quia strenuus, & consiliatiuus, substitutus verò strenuus duntaxat, num iste admittendus? minimè: quia consilia multùm

Seruire per substitutum quis, & quando possit?

§.Firmiter.

tùm prosunt in bello, & proinde ad vsum belli sunt, qui consilia dant, arg. ff. de capt. & post. reuers. l. postliminium. §. fi. Pone itē magis interesse domini feu datariū, quàm substitutū comitē habere, nónne dicere poterit, tuā ego industriā elegi, industriā tuā volo? vtiq;: vt ff. de solu. l. inter artifices. Nūc Iser. sentit vnum contrarium, si hæc tua opinio vera esset, perpetuò dominus dicet, interest mea, vt personaliter venias: cui quęsito respondet Isern. post Iac. de Ardiz. in sua summa, §. sed quæri consueuit. omnino fraudibus obuiādum esse, vt ff. de rei vē. l. in fundo. & ita residet in quęstione ista. Deinde verò ibi, itē si vasallus. aliā quęstionē format, inquiens: qd ex diuerso? ponamus enim, q, vasallus velit personaliter ire, dominus verò tantā pecuniam sibi solui eligat, quantā vasallus expenderet, si iret ad bellum, num compelli poterit à domino, vt pecuniam soluat? Respondet Iser. eam ob rem non esse compellendum, quia duriùs soluitur pecunia, quàm seruitium personale præstetur, ff. de oper. liber. l. hæ operæ. §. final. Secundò, sicut aliud pro alio inuito creditore non soluitur, vt dicitur ff. si cert. petat. l. ij. §. ita. sic non debet dominus creditor postulare

Dominus an eū qui tenetur seruire, ut pecuniam præstet, cogere poßit.

id, cuius contrarium non sustineret, argumen. C. de solu. l. cùm pecunia. & ibi gl. nam non posset vasallus domino dicere, ecce do tibi pecuniam, nolo per sonaliter seruire, vt ff. de legatis iij. l. fideicommiss. in fin. in qua opinione resi det Iser. licet hîc videatur aliter scriptũ, dum quærimus, si ei detur electio. Sed quid istud, vt contra communem Doct. sententiam, imo contra decisionẽ legis Iser. hoc concludat? Obserua, quęso, aliud esse electionem dari domino, an pecuniam à l. taxatã, vel seruitium eligat, in quo domini est electio, quod Iser. permittit: aliud, an eligendo eam pecuniã, quam vasallus expenderet supra debitum, domini sit electio: quod Iser. negat. Limitat tamen hoc Iser. quãdo vasallus non esset strenuus, & dominus p illa maiori pecunia, quã vasallus expenderet, inueniret strenuiorem: tũc enim, si sine malitia bona fide & sincerè à domino hoc fiat, ista opinio alia ratione posset sustineri, hoc est, propter bonum publicũ: quod aliud est, quàm bonum domini: nã publica vtilitas priuatę prę fertur, vt in authen. de rest. & ea quę parit. §. quã ob rem. ff. pro socio. l. actione. §. Labeo. & C. de cad. tol. §. pen. nã in simili etiã videmus ea, quę certo loco sol

Publica utilitas priuatæ præfertur.

ui

§. Firmiter.

ui debent, ex causa in alio solui, vt C. de sol. l. vsuras. O' Isernia, nimiùm feudatarios grauas. Hoc volent feudatarij, Iser. respodet, magis esse in domo, quàm ire ad bellũ, sicuti Valerius testatur de illis trecentis Siculis, qui voluntarij dimisẽrũt equos & arma, vt Romani aptiùs supra equos militare possent: si tamen inuiti facerent, ferendum non est, eiusdẽ historiæ authoritate: siquidẽ Scipio Siculos non compulit, & hoc pro lege nobis erit, quia exempla principis pro lege nobis esse debent, vt ff. ad Trebel. l. apud Iulianum. §. Antistia. omnia enim quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ad Rom. xv. Num per gentiles? etiam per gentiles, quãdo quicquid boni dicunt, à Spiritu sancto est, & ideo est ab eis extorquendum, sicut ab iniustis possessoribus, & in vsum fideliũ applicãdũ, vt dicit D. Hieronymus in Epistol. ad Damasum, & Augu. lib. j. de Doctr. Christ. siue enim quis doceat, siue discat bonum, à Spiritu sancto est, vti Gregor. in Homel. pen. testatur, vbi in hæc verba prorupit: Nemo docens bonum sibi attribuat, quod ex ore dicentis intelligit, quia Spiritus sanctus est, qui nos docebit omnia. Nisi enim idem spiritus cordi adsit audiẽtis, otiosus est ser

Gentilium doctrinæ quomodo Christianis prodesse possint.

Seruire quomodo tentatur omninoinhabilis

mo docentis. Nec tamen ita intelligo, nisi casus occurrat in persona alicuius vasalli, qui sit omnino inhabilis, arguẽdo de operibus libertorum, ad seruitia vasallorum: siquidem in ipsis operibus videmus, quando sunt penitùs invtiles patrono, eas cedere & locare vt pretium habeat: non sic, si posset vti eis, ff. de oper. lib. l. patronus. §. sed & qui operis. & l. si libertus. Quibus hunc in modum explicitis vsq; ad versiculum, sed & tunc. Isern. tandem post argumẽta ista suam posuit doctrinã, vt omnia hæc locum non habeant, quando vasallus offerret substitutum: tunc enim, quia sufficit ei dare substitutum, nullo modo ad pecuniã compelli poterit, per ea quę suprà latiùs dicta sunt: præsertim in regno, per c. si quis decesserit. nam certũ est vasallum ad seruitium personale, & sic ad factum obligari, & in obligationibus facti non succedit obligatio ad interesse, nisi quando est in mora, vel nisi non debitũ accipiatur, quod nõ possit restitui: tunc enim præstatur pretium, vt ff. de cond. indeb. l. si nõ sortem. §. libertus. Animaduerte Isern. quia paulo antè dixisti posse dominum delegare & vẽdere alij. Fateor hoc, respondet ipse, si vellet quis emere à domino, vt ius suum

§. Firmiter.

um vendat, ipse tamen vasallus non morosus non cogeretur ad aliud, quàm qđ debet. Cui vltimę opinioni veriori ego quoq; subscribo. Hactenus vsq; ad versiculum, de infirmo. Nunc quærit Iser. quid de infirmo dicemus? Resp. de infirmo constat, quòd seruiat per substitutum, licet in summa, in principio, quibus ex causis excusetur vasallus à seruitio præstando, loquatur per verbum, Fortè. & allegat de præp. agen. in rebus. l. agentes. §. quòd si morbo. & de proxim. sac. scri. l. fin. §. alte. sed malè loquitur per vocem, Fortè. quia omnino ita seruire tenetur, quandoquidem seruitium erat annexum rei, non autem soli personę vasalli infirmi: quo fit, vt feudum conueniri possit, à quo seruitium debetur, argum. ff. de iur. fisc. §. denique. & ff. de Publ. l. Imperatores. licet ægrotantis nullum sit seruitium, ff. de vsufruct. l. arboribus. §. de illo. de statu liber. l. cùm hæres. §. Stichus. & ff. de oper. liber. l. libertus. Hoc enim in causa fuit, vt Iac. loqueretur per notulam, Fortè. Obseruate quæso verba hæc Isern. in quantum dicit, seruitium esse annexum feudo, quia absque lege loquitur: sed vos videte tex. in cõstitutione, cõsuetudinẽ. §. prędicta. vbi est text.

Infirmus seruit per substitutũ.

Seruitiũ an sit annexũ feudo.

de hoc satis apertus. Extra verò regnũ ponderate ea, quæ diximus in principio repetitionis huius, & in alio articulo, quando loquuti sumus de oneribus feudi, ne eadem repetamus hîc: quomodo autem cõueniatur feudum, aptiùs dicemus in §.illud.infrà ea.l.nostra. Quæro iterum, an si non excusat infirmitas, saltem excuset paupertas? Iacob.de Ardiz.in eadem summa, quærit de ista quæstione, & dicit, quòd excusatur vasallus propter paupertatem. And. incipit arguere, vt non modò non excusetur, sed amittat feudum, quia constit.regni, si vasallus à domino.simpliciter dicit, quòd si vasallus submonitus seruitium non præstitit, debet dissasiri: nec distinguit, an pauper, vel dives. Vnde neque per ista iura distingui potest, cùm non habeantur in regno pro validis, nisi quatenus rationabiles sunt, vt dixit in prǫambulis: quibus duabus opinionibus hunc in modum recitatis, tertiam addit, vt spreto Iacob.de Ardiz. illa sequenda sit opinio, quam ipse tenuit in §. sed nec alia iustior. quæ fuit prima causa benefic. amitt. vt non perdat feudum, qui propter inopiam non fecit seruitium, ea ratione, quia sine culpa feudum quis non amittit: qui non

Paupertas an excuset.

§. Firmiter.

non poteſt, non eſt in culpa, ergo amittere non poteſt. Item nec dominus perdat ſeruitium, quia cùm ipſe confitetur ſe debere ſeruitium, condemnabitur ex ſua cõfeſsione ad illud, quod debet, & non fecit: itaque executioni demandabitur in feudo, id eſt, executio fiet in feudo, licet aliàs ipſe ſit pauper. Difficultas namque præſtationis non debet dño obeſſe, vt dixit idem An. in d. §. nec alia iuſtior. & iſta de ęquitate procedũt, quia de rigore ſecus eſſet: debuit enim vendere ſua, & ſatisfacere dño, arg. ff. de leg. ij. l. ſi pecuniã. & per regulam iuris, qui poteſt. quam æquitatem tum maximè ſequor, quia litera dicit, temere recuſauerit. & potuit eſſe, quòd non inuenit emptorem: item quia non debet argui ab illa l. ſi pecuniam. ad iſtam, quia ibi habebat liberam adminiſtrationem rerum ſuarum. Collige ergo illud, quod dicitur in textu iſto, vt ſeruiat per ſe, vel per ſubſtitutum, aliàs feudum amittat, non habere locum in paupere, ſecundum An. hîc, quia ſi non mittit ſubſtitutum, non amittit feudum. Cęteri autem infirmi, debilitati, & quãdo plures ſunt, debent per ſubſtitutum ſeruire, aliàs feudo priuantur. Quidam tamẽ poſſunt, & ſine cauſa, per ſubſtitu

Difficultas præſtationis domino non debet obeſſe.

Seruire per ſubſtitutum.

tum acceptabilem domino seruire, dū modò non sit neq; delicatus, neq; onerosus, vt An. dixit suprá. Rursum vasallum non compelli, vt præstet adoam loco seruitij, sicut nec vasallus potest cōpellere dominum, vt adoam recipiat loco seruitij: sed litera hæc contrarium videatur innuere, dum per disiunctiuam, Aut. loquitur: non tamen obstat, quia dum substitutus debet esse acceptabilis domino, adoa, quæ præstatur domino, eam domino eligēte, eatenus est acceptabilis, quatenus consideratur persona alterius militis, q accepta adoa seruit: quo casu magis erit seruire per substitutum: ita sentit An. licet Iaco. & Bald. in c. j. §. fina. de pace iura. firman. in fi. velint contrarium, & ita hodie obseruatur, & est capitulum regij pœnarum, quod vult, vt de permissione curiæ adoa soluatur, per quod capitulum ego limito totum hoc, in quantum loquitur de priuatione feudi, si nō soluit adoam, vt procedat, quando nullo modo est soluta, spreta distinctione text. in c. j. si vasal. cont. const. Lotha. qui vult, vt si vasallus in parte delinquit, in parte priuetur: nullo enim modo priuabitur secundum capitulum regni. Et denique aduertite, vno tantùm casu vasal

lum

lum posse contendere Regi seruire per adoam, quando scilicet feudum non valet xx.vncias, quia adoantur, secundum An. in c.j.§.huius autem.in quibus cau. feud. amitt.

§. Præterea ducatus. *Vasallus uno casu potest contẽdere regi seruire per adoam.*

.§.

PRÆTEREA ducatus. Hęc quarta pars est legis istius, in qua de feudis dignitatũ Imperator Federicus tractat. Pro cuius intelligentia scire debetis: Quædam feuda iurisdictionis appellari, illa nimirum, quæ titulo dignitatis cărent, secundum Iaco. de Ardiz. Isern. & omnes post literá in c.j. quis dicatur dux. in c.j. de feud. marchię. in c.j. de his qui feu. dar. pos. & hîc. Quędã verò feuda dignitatum, id est, feuda titulata. Habent nãq; reges omnes sub eius corona feuda, principatus, marchionatus, Ducatus, comitatus: quę idcirco de regalibus sunt, quia solus Imperator, vel Rex ea conferre potest, secundum Bald. in c.j. de feud. march. Quantum enim potest Imperator in Imperio, tantum potest rex in regno: immo & hoc amplius, quia rex ad hæredes regnum, tanquam hæreditarium, transmittit, vt dicit Iser. in c.j. de his qui feu. dare poss. & in c.j. §. quid ergo. de inuestitu. de re aliena

Feuda iurisdictionis.

Feuda dignitatum.

Rex tãtum potest in Regno, quantum Imperator in imperio suo.

fact. Nec credas ita constitui posse hęc feuda, sicut comites Palatini creantur, quoniam nisi copulatiuè concurrant res & titulus qui rei sit annexus, sicut dicit textus in cap. j. quis dicatur dux, vel marchio, comes, etc. solus titulus, tãquam officium, teneretur: ita dicit An. in c. primo, de feud. marchiæ. & ratio est, quia ñecessum est, vt feudum in re immobili, vel mobili, quæ ab immobili pendeat, consistat, vt dicit text. in c. j. de feud. cognit. Secundo verò loco, quia persæpè de ipso feudo ex pacto & prouidentia locuturi sumus, intelligentes, in quibus à feudo hæreditario differat, inutile non erit prius, quàm vlteriùs ꝓgrediamur, ista funditùs péndere, quæ in c. j. an agnatus. fusiùs disseruimus. ¶ Queram igitur, quod est feudum ex pacto & prouidentia? cui quæsito respondebo, hoc nomen specificum à feudali consuetudine non esse cognitum, sed animaduertentes Pile. & Bulg. ab ipsius substãtia, & intrinseca virtute totam feudorum machinam pendêre, hoc magistrale nomen feudi ex pacto & prouidẽtia adinuenisse, secundum Iacobum de Ardiz. in sua summa, & Iser. hîc, sed confestim dices, sit ita quo ad nomen, hoc scire o-

De feudis ex pacto & prouidentia.

pto

pto, quod res ipsa significet? ego verò re spondebo, simplicia hæc priùs cognoscenda esse, nimirum quid sit pactū, & quid prouidentia, ne illa ignorando mistam hanc speciem feudi ex pacto & prouidentia facilè ignoremus. Vnde dic, q, tametsi pactum duorum sit consensus, l.j.ff.de pact. vtuntur tamen ista magistralitate & geminatione verborū pacti & prouidentię, quasi vox, Pactum. magis congruat priuato: vox autem, Prouidentia. magis congruat principi, aut domino concedenti feudum. Ita sentiunt glo. & Isern. in c.j.§.fratribus. de his qui feud. dare pos. vbi vocabulum hoc, Prouidentia. exemplificant in concedente, & tamen ibi & hîc, in gloss. in verbo, Retinere. non negant, quin pacto maiorum feuda habeamus, c.j. de duobus fratrib. & c.j. de eo qui sibi & hær. suis. Ex quibus vides, quo modo etsi sufficeret dicere, nos feuda habemus ex pacto maiorū: vel dicere, nos feuda habemus ex prouidētia dāris, nihilo minùs, vt tanquā ab vtroq; illa nos habere ostenderent, hoc magistrale nomen propter multa, quæ paulo pòst dicemus, adinuenerint, vt feuda habeamus ex pacto & prouidentia, quasi ab vtroq; simul: pactum hoc cōsiderantes respectu primi acqui-

§. prętera ducatus.

Simplicia priùs sunt cognoscenda.

Pactum priuato, prouidentia concedenti competit.

rentis, vt dicit gloss. in verbo, Retinere. de his qui feud. dare poss. & prouidentiam respectu illius, qui concedit feudum, secundum gloss. ibi. Non tamen defuere aliqui, quibus placuit pactum respicere primum acquirentē & dominum dantem, prouidentiam verò consi derari respectu solius legis, quæ ex sua prouidentia necessariò defert feudum, secundum Iser. in c. j. §. hoc quoque. de succ. feu. col. iij. cum concor. Nam legis *mysterio ex necessaria restitutione feudum capimus, secundum An. in c. j. de eo qui sibi & hæred. suis. in c. j. an agna. in c. si vasallus culpam. si de feud. fuer. controuer. & in c. j. si vasal. feud. priue. cum concor. & per Oldra. consi. cxciiij. col. iij. Nos autem rectiùs dicamus, promiscuè iura feudalia vocabulum hoc, Prouidentia. tam pro prouidentia domini dantis, quàm pro prouidentia legis vsurpasse, secundum Isern. in ca. j. §. donare. col. vij. qual. olim feu. alie. pot. dum dixit, nos non posse disponere de feudo in præiudicium illius, qui ex legis, vel hominis prouidentia feudum capit. Animaduerte tamē, quia etsi concurrāt simul, magis tamē ab vno, quàm ab alio, quandoque illa habemus. Nam licet pater pacto ab eo expresso feudum

*ministerio, forté.

à

§. Præterea ducatus.

à rege pro se & filijs capiat, si tamen rex donauit ei feudum, & filio ipsius, nomine filij expresso, tunc quia filij, non autem patris contemplatione feudũ conceditur, non minùs feudum erit filij, quàm ipsius patris, l. quodcunque. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. iuncta l. dedit dotem. ff. de collat. bon. & l. fin. C. de impub. & alijs substit. quo casu, etsi pater feudũ accipiat, magis tamẽ ex prouidentia dantis illud habebit, secundum Iser. in c. j. §. & si libellum. de alien. feu. pat. in iiij. v. & vj. col. & in cap. j. §. hoc quoque. col. ij. & pen. in princ. de succ. feud. Rursum, si considerabimus feuda dignitatum, in quibus nihil dixit primus acquirens, neque dominus concedens, iam videmus à legis prouidentia primogenitum ad successionem illius vocari, c. j. quis dicatur dux. c. j. de feud. march. & hîc: cuius prouidentię meminit Isern. in c. j. §. hoc quoque. col. iij. de succeff. feud. Sic enim in regno ex sola prouidẽtia const. vt de successionibus. fœmina ad successionem feudi vocatur, secundum Isern. in c. j. de eo qui sibi & hæred. suis. col. ij. in fine. Finge enim ex diuerso, veram esse doctrinam Isern. hîc, col. iiij. & in c. j. §. quid ergo. de inuest. de re aliena fact. in vlti. col. provt

Primogenitus in feudis dignatum ad successionẽ ex prouidẽtia uocatur.

non est, vt quando emimus feudum, eã ob rem non consideretur prouidentia domini dantis; quia dominus minimè personas, sed pecunias intuitus fuit: nónne hoc casu, si frater emeret feudũ pro se & fratre, nec ex prouidentia dantis, qui pecunias recipere, non autem personis prouidere studuit, nec ex prouidentia legis, quæ fratrem in feudo nouo non vocat, c.j.§. Corradus. de his qui feu. dar. poss. & c.j. de duob. fratr. in ipsa successione feudi veniret, sed ex solo pacto? Hactenus de hoc, vt videas, quo modo etsi perpetuò omnia simul concurrant; quia nisi dominus dedisset, & primus non acquisiuisset, haud quaquam succederent, lites insuper multæ oriuntur, nisi lex esset, quæ pacta & concessiones interpretatur, restringit, & ampliat, c.j. de duob. fratr. & c.j. de feu. non hab. prop. nat. feu. vt ponderat Isern. in c.j.§. huius autem generis. in quib. cau. feud. amit. dum allegat text. in l. quanquam. ff. de ritu. nupt. in c.j.§. hoc quoque. de succes. feud. & in hoc §. nostro: in quibus locis multa iura acceruauit. Sed rogabis tu, cur igitur isthæc per distinctas species diuidere conatus es, si omnia simul concurrũt? ego verò dicam ea ratione hoc me feciss̃e, vt Doctorum

scripta

§. Præterea ducatus.

scripta, imo & iura ipsa feudalia apertiùs intelligeres, scireſq;, quando pactũ hominis, vel legis, aut regis prouidentia plus minúsve cæteris, quæ ad idem concurrunt, operetur. Quibus hunc in modum explicitis, arg. l. cùm multæ. C. de do. ante nup. ante omnia barbariem quorundam Feudistarum corrigamus, dicentium, quoddam esse feudum ex pacto & prouidentia, quoddam verò hæreditarium: præsupponentes, feuda hæreditaria non esse ex pacto & prouidentia: in quo eam ob causam grauiter errant, quoniam ignorant omnia feuda tam hęreditaria, quàm non hęreditaria, ex pacto & prouidentia esse, secundum Isern. in c. j. col. j. de alien. feu. pat. vt ſuo loco infrà dicemus: & si quando Isern. in constit. hac edictali. & in alijs locis, feudum nõ hæreditarium vocat ex pacto & prouidentia, & cætera nominat simpliciter hæreditaria, hoc ea de re sic factum est, vt breuiori sermone vtatur: quocirca, vt intrinsecùs hos terminos intelligamus, duo faciamus capita, dicentes: quędam feuda esse feuda recta paterna, siue ex pacto & prouidentia non hæreditaria, quædam verò feuda conditionata paterna, siue ex pacto & prouidentia hæreditaria,

Hæreditaria, et non hæreditaria feuda, ex pacto & prouidentia sunt.

Feudorum distinctio noua.

secundum Iſern. in c. j. in fin. qui ſucce. ten. in c. j. §. etſi libellū. de alie. feu. pat. & in c. Titius. ſi de feu. fuer. controuer. vbi hac vtitur diſtinctione, palàm inquiens, feudum illud, de quo tractabat, eſſe ex pacto & prouidentia non hæreditarium, ad differẽtiam feudi ex pacto & prouidẽtia hæreditarij, vt dicit etiã Alexan. in iiij. vol. conſil. lj. aliàs lij. incipiẽte, pſpectis his quę in themate. col. iiij. Dixi paterna, quoniam feuda noua perpetuò vim habent hæreditarij, vti paulo pòſt oſtendam. ¶ Et quo ad primum caput feudi recti paterni non hæreditarij, præmittendum eſt, ſecundum Iac. de Ard. in ſua ſumma, quem ſequitur Iſer. in c. j. §. hoc quoque. in vlt. col. de ſucce. feu. feuda ita aliquãdo dari, vt poſt certum tempus extinguantur, c. j. de feud. guar. & c. j. quib. mod. feu. cõſt. pot. & ex diuerſo, vt poſt certum tempus incipiant, & ſic vt vno mortuo, alteri ſimiliter ad vitam concedantur, c. j. qui ſucceſſ. tene. c. j. de cler. qui inueſt. fec. & c. moribus. ſi de feu. fuer. contro. Vnde peruenit, vt cùm dominus ſimpliciter accipiẽti & eius ſucceſſoribus feudum dat: itidemque primus acquirens ita accipit in infinitum, c. j. ſi vaſal. feu. priu. & c. j. §. hoc quoq;. de his qui feud. dare

Feudi recti paterni ex pacto & prouidẽtia nõ hæreditarij, natura.

§.pręterea ducatus.

dare poſſ.minimè tunc dicamus, vt vna ſit donatio pro primo & omnibus ſequentibus in infinitum, quin potiùs vt totidem cenſeantur donationes, quot ſunt perſonę ad tempus & poſt tempus factæ, hoc eſt, vnicuique ad vitam, quo tempore finiũtur, & poſt tempus, id eſt, poſt vniuſcuiuſq; mortem pro ſequenti incipiat ſimiliter ad vitam, ſecundum Iſern.in c.j.§. hoc quoq;.col.iij.de ſucc. feud.& hîc col.iiij.& in c.j.§.quid ergo. de inueſt.de re alie.fac.col.ij.vt in ſimili declarat Bar.in l.ſi mihi & Titio. ff.de verb. obl. col. ij. ita vt vnuſquiſque ad vitã ex propria donatione feudum capiat, arg.l.ij.& iij.C. de don. quę ſub modo. Hinc ſanè prouenit, vt cùm poſt vitam vnius donatio finem habuerit, & alter iure ſuo feudum accipit, c. Titius. ſi de feu.fuer.contro.c.j.§.ſed & res.per quos fiat inueſt.& c. j. de alien.feu.pat. reſtitutioni neceſſariæ de vno in alium feuda ſic donata ſubiacêre intelligamus, ſecundum Iſern.in c.j. col.ij.de eo qui ſibi & hæredibus ſuis.in c.j.ſi vaſal. feu.priu.col.ij.in c.j.§. pręterea.in pen. col.quæ fuit pri.cau. & in d.§.hoc quòque. col. iij. de ſucceſſ. feud. & in c.j.§. quid ergo. de inueſt. de re alie.fact.col. ij. Cohærẽt namq; feuda ipſa ſanguini,

Feuda ſanguini cohærent.

vti in c.j.de ſucce.feu. in præfationibus demonſtraui, cuius cauſa ad ſucceſſores deuenire neceſſe eſt, l.j.C.de pri.co.qui in ſa.pa. mi. Itaque cohærent, vt vnus alteri in hac ſpecie feudi præiudicare non poſsit, l.iij. ff.de interd. & releg.& per Iſer.in c.j.verſic.& olim. in fine primæ,& prin.ij. col.de ſuc.fe.Et hoc quidem rectè, non ſingulari feudorum conſuetudine, ſed cõmuni iure inſpecto.Nã communis cõcluſio Doctorum & Bart. qui loquitur in feudis, in l. quod dicitur.in fi.ff. de verb. obli.hæc eſt,quippe vt in re mea futura, vel duratura mea, alteri ſtipulari poſsim,argum. l.Publia. ff.depoſiti. Et ſi conſideramus ex capite prouidentiæ illius, qui omnibus in infinitum conceſsit feudum, res eſt ſua, item duratura ſua,quo ad directum dominium,c.j.§.fin.in quib.cau.feu.amit. & futura ſua etiam, quo ad vtile, quoniam feudũ poſt primi mortem eidem aperiendum eſſet, cap. j.§.fin. de alien. feud.quo fit, vt pro vnoquoque ex alijs quibus ab initio feudum concedit, ſtipulari poſsint.Itidem & ſi capiẽtis perſonam conſideraueriмus, quia res ſua, eſt duratura ſua poſt ſtipulationẽ, d. §. fin.in quib. cauſ.feud.amit.hinc pro omnibus in infinitum ſtipulari potuit,c. j.de

§.pręterea ducatus.

J.de feud. fœm. c.j.de duob. fratr. c.j.§. Corradus.de his qui feu. dar.poſ.c.j.de eo qui ſibi & hęred.ſuis.& c.j.de ca. qui cur.ven.in quibus iuribus patet ex primi acquirẽtis ſtipulatione & pacto feudum deinde omnes ſucceſſores capere. Quamobrem Iſer. hîc col.iiij.perpetuò exclamat, vt magis beneficio dantis, q̃ patris feuda antiqua habeamus. Et alio in loco gloſſ.& Doctores in c.j.de feud. cog.in fine, dicunt, magis feudũ acquiſitum filium capere, quàm de nouo illud acquirat. Et vir ille acutiſsimi ingenij Socc.in conſil.xix.in primo vol.hac ratione intuita, dixit: filios maſculos non iure ſucceſſorio & vniuerſali, aut pro hærede, ſed proprio iure beneficio dantis in feudo, quod à cæteris bonis ſeparatur, ſuccedere, quoniam ſi ex propria donatione feudum acquiro, dominus qui dedit, & primus acquirens fuerunt in cauſa, non pater qui moritur nunc. Sed animaduertite quæſo, quo myſterio lex proceſſerit conſulendo vnicuiq; ex feudatarijs ſeu donatarijs, vt nullum præiudicium illis generari poſſet, dum ſtatuit, vt ex propria donatione feudũ ſucceſſores omnes vendicarẽt non conſiderata perſona morientis, etſi eidem in cæteris immediatè ſuccedãt, c.j.§.&

Succeſſores ex primi acquirentis ſtipulatione et pacto feudũ capiunt.

Succeſſores oẽs ex propria donatione feudũ uendicant, non cõſiderata perſona morientis

quia.de his qui feud.dare poſſ. & c.j.de ſucc.feud.Sed quid hoc maius pro ipſis ſucceſſoribus adinuenit, vt ſucceſſores in infinitum abſque vllo labore feuda ſtatuto tempore haberent? nempe vt cùm feudum vnicuiq; ad vitam datum eſſet, ob quod quolibet ex vaſallis moriente dominus directa vendicatione feudum repetere poſſet, l.iij. C.de don. quæ ſub mo.in prin.Fingit tunc lex, dominum reuocaſſe, & ſequéti ſic conceſſiſſe, vt ſequens, cui feudum ad vitam datum eſt, non directa actione, quæ ab oſsibus domini euelli non poteſt, l. iij. ff.pro ſoc.ſed vtili vendicatione, quam ex noua cóceſsione domini in eius perſonam ſecundo loco facta haberet, l. iij.in ij. reſponſo, C.de donat. quæ ſub mod.feudum vendicet. Itaque coniungendorũ actuũ cauſa, id eſt, vt donatio morienti facta cum donatione ſequentis coniungatur, vnus actus occultatur, ſcilicet quia fingitur dominus reuocaſſe,& ſequenti dediſſe, arg.l.ſingularia. ff.ſi cert.pet.& l.ſi duobus. §. venditi.ff. de diuer.& temp. præſcript. ſecundum Iſern. in §. iſto, col. iiij. & hoc quidem maxima cum ratione,ne dominus poſſit deinde aliquid facere in præiudiciũ deſcẽdentium à primo, vt declarat Iſer.

in

in c.j.§.quid ergo. de inueſt.de re alien. fact.col.ij.prope fin. Vnde ſine alio hominis miniſterio per donationem propriam,vtili rei vendicatione ſua feudũ reuocabit,d.l.iij.C. de do. quæ ſub mo. ita ab Iſer.magiſtraliter declarata. Obſeruemus quęſo hęc duo ſingularia myſteria legis prouidẽtis, ne præiudicium aliquod ſucceſſuris inferri poſsit. Principiò namq; ipſam perſonam dñi excludit, ne ſi ipſe poſt mortem vnius feudũ vendicaret,vt ſequẽti daret,mutata voluntate ſequẽtibus nocere poſsit, ſecũdum An.in d.§.quid ergo. Deinde verò ita coniunxiſſe has donationes,vt inter eos non ſit acceſsio de vno ad alium, vt vnus ab alio capiat,qn potiùs omnes à primo,vt declarat Iſer.in d.§.quid ergo. ne inter ſe ipſos vnus noceat alteri,& nihilo tamen ſeciùs dicatur ſucceſsio, c.j. de ſucceſſ.feu.& c.j.§.& quia.de his qui feu.dare poſſ. hoc certè illud eſt, qđ dixit Bal.in c.j.de ſuc. feu. (tametſi iſthęc minimè conſideraſſet) feudũ non deberi nobis ex teſtamento,vel ab inteſtato, ſed iure ſucceſſorio feudali, qa perſona morientis non eſt in cõſideratione, niſi propter illã coniunctionẽ vnius donationis ad aliã, propter quã largo modo ſucceſsio dicetur, ſecundũ Aluar.in c.j.

§.prętera ducatus.

Domini perſona quare poſt mortem uaſalli excludatur.

de consuet.recti feu.vti in c.j.de succes. feudi dixi.Vtili itaq; actione vnusquisque ex successoribus feudum post alterius mortem vendicabit: quam si Isern. in c.j.§.& olim.de succes.feu.directã vocauit, nõ intelligas de directa domini, sed de directa,quę directò cõpetit vnicuiq; ex persona propria, & nõ aliena, quę tamen vtilis in effectu est,d. l. ij. & iij.C.de don.quę sub mo.vt idem Isern. in d.versic.& olim.declarat. Ex quibus iam vides,feudum rectum paternũ, de quo in c.j.§.fin.in quibus cau.feu.amit. & in §.fin.in tit.quid sit inuest. in propria & simplici natura esse feudum ex pacto & prouidentia non hæreditariũ, proindeq; regulariter feuda ex pacto & prouidentia nõ hęreditaria esse omnia, quæ pro liberis,aut alio modo concedũtur,in quibus de hæredibus non fit mentio , vt in propria quæstione infrà latiùs demonstrabo. Quæ cùm ita se habeant,iam apertè vides,nonnullos doctissimos Iurisconsultos plerumque ita iuris feudorum esse expertes, vt delirent. Siquidem Bal.volens in suo cons. ix.speciem hanc feudi explicare, toto cælo errauit:itaque Afflictum errare fecit in suis præludijs,vt nil boni scripserit. Quid enim boni Bald. afferre po-

Directa actio.

Feuda ex pacto & prouidẽtia nõ hæreditaria omnia,quæ pro liberis, aut alio modo concedũtur.

Baldi error.

terat

§. pręterea ducatus.

terat, qui in l. qui se patris. C. vnde liberi. col. vij. dixit, agnatũ capere feudum ex contractu, filium autẽ non: cùm oẽs ex primi acquirẽtis pacto & dãtis proui dẽtia feudum habeant, & si qua hęreditatis qualitas in filio cõsideratur, extra feudum est, vt in sequẽti specie demonstrabo? Taceo, in quantis hac ratione summi Iurisconsulti in hac nostra ętate errauerint: cõsilia Alex. Decij, & aliorũ legito, & innumeros illorum errores apertissimè cernes. ¶ Quo verò ad secũdum caput feudi conditionati ex pacto & prouidentia ac hæreditarij, quod simpliciter feudum hæreditariũ Scribẽtes, vt breuiori vtantur sermone, nominare solent, scire principiò debetis, quædam feuda recta in iure feudorum vocari, quædam verò conditionata. Recta, inquam, quæ in sua propria natura consistunt, eamque ob causam recta nuncupantur, de quibus in tit. de consue. rec. feu. feuda verò cõditionata eam ob causam hoc nomine appellari, quia & ipsa feuda recta facto hominis alterari possunt, & ita alterari, vt omnes qualitates contra propriam naturã recipiant, ac dimissa feudi recti natura adhuc feuda remaneãt, sed ꝓpter qualitates additas in naturã feudi conditionati cõuertantur,

Feuda hæreditaria.

Recta feuda quæ.

Conditionata feuda.

vt dicit gl. in c.fi. de cap. qui cur. vē. seu feudi improprij, vel non habentis propriam feudi naturā, c.j. de feu. non hab. propr. nat. feu. Vnde & hoc aliud emergit, nēpe vt quandocunq; in ipsa cōcessione feudi expressis verbis dictum fuerit, cōcedimus tibi feudū pro te & hęredibus. propter hanc hominis expressionem prima natura nō hęreditaria, in hęreditariā conuertatur: itaq; cōuertatur, vt feudū ipsum secūdū ꝓpriā naturā efficiatur hęreditariū, secundū Bar. in l. vt iurisiur. §. si liberi. ff. de op. lib. Iser. in c. j. §. hoc quoq;. de suc. feu. in c. j. §. huius aūt generis. in quib. cau. feu. am. col. iij. in c. j. col. ij. de ali. feu. pater. & in c. j. an agn. col. j. & ij. vbi in ij. oppo. hoc fusiùs tractaui. Dixi secūdū propriā naturā effici hęreditariū, qa tūc in ipso feudo erit hæres, secundū Isern. in c. j. §. quid ergo. de inuest. de re alie. fac. Sed rogabis fortasse, quid isthuc est, qđ ais, vt ꝓpter qualitatē additam secundū propriā naturam feudū, aliàs rectum, hæreditarium fiat? ego verò respondebo, bifariàm ipsam qualitatem posse cohærere rei, vt inquit Porphyr. in suis Isagogicis, altero nimirum modo, vt qualitas accidens, quæ potest adesse & abesse prętер subiecti corruptionē: altero verò, vt qualitas

Qualitas bifariàm rei cohærere potest.

§.pręterea ducatus.

litas transeat in substantiã: quo quidem secundo modo consideratur in feudis, quia qualitas addita sic alterat naturam feudi, vt amplius non sit illud, quod fuerat antè, c.j. de vasal. decr. ętat. & ibi per Isern. & Doct. Tunc enim dimissa natura feudi recti, verè feudum conditionatum fit, c.j. de feud. non hab. prop. nat. feu. vti in c.j. an agn. in v. oppo. in capite, filiorum. demonstraui. Vnde & hoc aliud sequitur, vt in hac specie feudi hæreditarij minimè à legibus ciuilibus arguamus, quæ qualitatem, hæreditarium. considerant tanquam quid accidens separatum à substantia rei primo modo: in quo errauit Deci. in consil. clxxxv. col. iij. cum secta sua, volentes, vt ista starent simul, quòd feudum non esset hæreditarium, & successor esset hęres, ex quo ipsa res est hæreditaria, vt præmisi, & non est qualitas accidens, nisi in filio in feudo non hæreditario, vt infrà in sua specie dicam, vel in primo acquirente, vt paulo pòst subiungam. Nec opus est, vt dicatur, do feudum tibi, & hæredibus, sicut hæredibus, quemadmodum quidam indocti Feudistæ contendunt, quia satis est exprimere vocem hanc, hæredibus. vti in c. j. an agna. in capite, filiorum. in iiij.

Hæreditarium esse feudum, nõ est accidens.

oppo. apertè probaui. Hinc planè fit, vt tametsi in feudo recto vnus alteri nocere non possit, in hac tamen secunda hęreditarij specie feudi conditionati hæres defuncti factum ratum habere obligetur, l. cùm à matre. C. de rei vẽd. cum similibus. Isern. in c. j. de alien. feu. par. in prin. ibi, alia tamen ratione non reuocabit, stant namq; simul, vt feudum hæreditarium debeatur nobis ex pacto & prouidentia, & simul sit hæreditarium, secundum Isern. ibi. Atqui dices, si ita est, quo in angulo sanguinẽ relinquis, pactum item primi acquirentis, vt his posthabitis me graues, vt moriẽtis sim hæres? Ego verò dicam, non inconuenire, vt sanguis & qualitas hæreditaria simul concurrant, & sanguis reguletur à qualitate hęreditaria, secundum Franc. de Aret. Iaso. & alios in l. quod dicitur. ff. de verb. obl. quia si sanguis regulatur à pacto, c. j. de feu. non hab. pro. na. feu. vt in c. j. an agna. per v. oppo. probaui: pactum quoq; est, per quod qualitas hęreditaria additur, qua de re ex qualitate illa sanguinẽ alterari posse dicemus. Et ratio est, quia etiá, quòd omnia concurrant in hac specie feudi hæreditarij, quæ concurrebant in præcedenti feudo recto non hæreditario, non tamen illa

Hæres defuncti factum ratũ habere obligatur in feudo hæreditario.

Sanguis regulatur à qualitate hæreditaria

illa simpliciter cõsideramus, sed modũ stipulandi & concedẽdi quoque intuemur: quam ob rem si attentis his, quę in prędcẽti concluſ. diximus, vnus alteri præiudicare etiam cum dñi assensu non posset, c. j. de alien. feu. pa. & illa omnia non minùs in ipso feudo hæreditario militarent, alia tamen ratione, quia in feudo hæreditario tenetur esse hęres in ipso feudo, propter pactum ab initio generationis feudi expressum non reuocabit, quod à prædecessore factum est, secundum Isern. in d. c. j. de alien. feud. pat. arg. l. cùm à matre. C. de rei ven. pro quo est casus in l. ius sepulchri. C. de re lig. & sumpt. fune. à solo Perno Doctore eximio Siculo in feudis ponderato: & ratio rationis erit, quia ex hac diuersitate stipulandi provenit, vt attenta prima natura non hæreditaria detur feudum successione, vt in c. j. de succe. feu. in euidentialibus dixi, sed considerata hac secunda natura hæreditaria per stipulationem feudo data, feudum debeatur nobis transmissione ad hæredes, vt nedum succedamus primo, sed quòd à moriente ad nos transferantur sanguis & qualitas hæreditaria simul. Hoc enim vocabulo vtitur Isern. in c. primo, §. quid ergo. de inuest. de re aliena fac. §. prętera ducatus.

Feudum hæreditarium, an inuentio Iſernienſis.

Sed nunc illi ſe nobis offerent, quibus placuit, non dari feudum hæreditariũ, ſed hãc fuiſſe inuentionẽ Iſerniẽſis, qui hac ratione omnia feuda deſtruxit: in quo ſatis errant, cùm & Bar. in d. §. ſi liberi. & Iac. de Ardi. & Bald. & alij antiquiores ante Andream de hoc feudo iã loquuti fuerint: ſed vt ſcias, ipſa quoq; iura feudalia feudi hæreditarij meminiſſe, nouiſsimè pondero vobis de hoc eſſe iura aperta in feudis, in c. j. q ſucc. tene. iũcto c. j. de ſucc. feu. Nã clericus ſucceſſor in c. illo, qui ſucc. tenea. non obligatur ad factum defuncti feudo nõ aperto in vita defuncti: ſimiliter & in omni feudo recto non hæreditario, etiam in laicis, per tex. in c. j. de ſucc. feu. ibi, nulla ordinatione valẽte, vel manẽte. c. Titius. ſi de feu. fue. con. & c. j. §. ſed & res. per quos fiat inueſt. cũ cõcor. poſtea verò in fine illius c. j. qui ſuc. ten. dicit litera, hęredes laici cõpelli obſeruare, quod defunctus fecerat, etiã qd' feudum non vacaſſet in vita ſua: & loquitur per hanc vocem, Hęredis. quã non expreſſerat ſuprà: ergo ſatis apertum ius in feudis videmus, vt tametſi in feudo hæreditario vnus alteri non præiudicet, in feudo hęreditario vnus alteri noceat. Nec refert, ſi tu ſubtilis diceres, quòd tex. ille loquitur

tur in concedente feudum, nos verò in recipiente: quia satis est nos videre dominum hæredem compelli in feudo hęreditario ratum habere factum defuncti, vt quod verum est inter dominos, idem sit inter feudatarios ipsos. Vis tamen textum legere, qui loquitur in accipiente? cape text. in c. j. §. fin. in tit. apud quem vel quos. Nam secundum antiquam consuetudinem non licebat vasallo in præiudicium sequentium feudum alienare, c. j. §. sed & res. per quos fiat inuest. & tamen secundum illam antiquam consuetudinem, vt gloss. Isern. & cæteri intelligunt illum text. quòd illo tempore loquatur, litera dicit, quòd si vasallus alienauit feudum totum, vel partem, non reuocatur, quod fecit, donec ipse & hæredes sui hæredem habeant: ergo valet in præiudicium hęredũ, quia simpliciter dicit, quòd non reuocatur, nisi quando domino est apertum. Et non distinguit inter dominum & hęredes: ergo à nemine reuocatur. Quam ob rem vt ad concordiam reducantur, oportet inter hæreditaria, & non hæreditaria, vt fecimus, distinguere. Ex quibus iam vides, feuda hæreditaria esse omnia, in quibus de hæredibus mentio facta est: à qua sententia in iudicando

§. prętera ducatus.

Hæreditaria quæ.

propter ſuprà dictas authoritates, & illas quę in c.j.an agn.in ij. oppoſ.attulimus,iudices non abhorrent. ¶ Secunda ſpecies feudi hęreditarij illa à pleriſque nominari ſolet,quia cùm feuda eſſent perſonalia,vt in c.j.de his q feu. da re poſ.fuerunt extenſa poſtmodum ad filios,& ad deſcendentes in infinitũ, c. j.§.& quia.&§.hoc quoq;.de his q feu. dare poſſ. Vnde q ſimpliciter capit feudum in re,quæ ad hæredes tranſire ſolet,videtur in dubio cum lege ſe confirmare:arg.l.quanquam.ff.de ritu nup.& l.ſi cui.ff.de ſer.& pro ſe & hæredibus feuda capere, c.j.de duo.fratr.& l.ſi pactũ.ff.de probat.Quo caſu,quia vox,hæredibus.nõ exprimitur ab homine, ſed venit ex ſubaudito intellectu legis,non facit feudum hæreditarium, ſecundum Iſern. in c. j. §. huius autem generis. in quibus cauſis feu. amitt. provt latiùs in ij.oppoſ.in capite,filiorum.in c.j. an agna.oſtẽdi.Sed bene eſt hæreditarium, id eſt,vt non ſit perſonale. Itaque intellige tu omnia dicta Iſern.& aliorum dicentium, quòd in dubio quis cenſetur capere feudum pro ſe & hæredibus, nõ tamen vt in dubio ſit hæreditarium, vti inſipientes Feudiſtæ dicunt, ſed quòd cogitauerit habere hæredes,hoc eſt,ſuc

Feuda hæreditaria, i. ut non ſint perſonalia

ceſ-

§.pręterea ducatus.

ceſſores in feudo. ¶ Tertia ſpecies eſt, ſi conſideramus occaſionem primi, qui acquiſiuit feudum, non vt ea ratione, quia occaſione primi feudũ habemus, ideo ſit hæreditarium, magis autem vt propter hanc occaſionẽ habeat vim hęreditarij, vt omnes ita ſint hæredes primo, vt contra factum ſuum venire nequeant, ſecundum gloſſ. cõmuniter approbatam in c.j.§.hoc quoq;. in verbo, inueſtire. de ſucceſſ. feu. arg. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. Ita Iſern. in c.j. an agn. col. iij. in c.j.§. & ſi li bellum. de alie. feu. pat. col. fin. in c. Titius. ſi de feu. fuer. cont. & in c.j. col. ij. ſi vaſ. feu. priue. in c.j.§. quid ergo. col. fin. de inueſt. de re aliena fact. in c.j.§. huius aũt generis. in quibus cauſis feu. amitt. col. iij. verſ. ſed in quę. & in conſt. conſtitutionem diuę memoriæ. Vnde & illud prouenit, ſecundũ Iſer. & omnes, vt de feudo nouo capto pro ſe & liberis, qđ ex pacto & prouidentia eſt, ſecundum Iſer. in c.j. an agna. quem ſequuntur omnes, pater qui illud acquiſiuit, habito aſſenſu domini, iuxta terminos l. huius, poſsit diſponere in præiudiciũ agnatorum, propter occaſionem ipſam quam huiuſmodi eſſe potẽtię voluerũt quoq; Bal. in c. inter dilectos. col. iij. Ex-

tra. de fide instr. & Salic. in l. omnino. §. imputari. C. de in off. testa. Non quidē alia ratione cōsuetudines feudales sem per vetant feudi paterni alienationem, in c. j. de alien. feud. pat. c. Titius. si de feu. fue. controuer. & in c. j. §. sed & res. per quos fiat inuest. secundum Isern. in c. j. §. & si libellum. col. iij. de alien. feu. pat. nisi quia vetando paternum, simul etiam permiserunt, vt nouum in præiu dicium agnatorum alienari possit, hāc occasionem considerantes, l. cùm prætor. ff. de iudic. Pro quo afferebat rationem Bald. in c. inter dilectos. col. iij. de fide instr. quia si omnes res per quascun que causas nascuntur, per easdem resol uuntur, & nō per separatas, ęquum est, vt ab eisdem, & per eosdem detur gene ratio & corruptio, ortus & occasus: pro indeque dominus, & primus acquirēs, qui feudi generationem induxerūt, cor ruptionem quoque causare possint, se cundum Isern. quoque in d. §. & si libel lum. col. iij. Nec ꝓpterea credas, vt hoc sit quoddam specificum ius feudorum, sed magis, vt attentis iuribus ciuilibus, ita in feudis sit statutum: nam ea, quæ iure sanguinis ad nos transferuntur, vt pote iuspatronatus, huius sunt naturæ, vt si antiqua sunt, agnatus agnato nullo

Sanguinis iure quæ ad nos trāsferūtur, hu ius sunt natu-

modo

modo noceat, l. iij. ff. de interdi. & rele. si verò noua sunt, acquirens sequentib. nocet, l. iiij. ff. de iure patro. Hac enim distinctione vtitur iurisconsultus in l. j. iuncta l. liberti. ff. de assig. libert. Simi liter, vt in nouis operib. acquisitis per patrem filius sit hæres, l. cùm patronus. §. j. ff. de ope. liber. in antiquis verò nō, l. si operarū. eod. tit. & Bart. in emphy. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obligat. Quæ omnia fundari possunt in allegata ratione Bartol. quæ eadem in effectu est cum illa, quam affert Isern. in §. & si libellum. colu. iiij. de alien. feu. pat. dicens, ea quæ post mortem ad sequentes sua voluntate transmittenda sunt, ita transmitti, nisi is qui transmissurus est, illud reuocauerit in vita, argum. l. cùm quis. ff. de solut. l. fin. C. si mancip. ita aliena. fue. de quo in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obligat. Sed iterum animaduerte, ne erres, quia tunc demum hæc occasio nocet, quando sequens feudatarius sola acquirentis occasione feudum habiturus esset: pùtà, filius feudum patris, vel nepos, aut deinceps feudum primi acquirentis, cuius sola contemplatione ad omnes feudum peruenturū est, vt in c. j. de eo qui sibi & hęre. suis. quo quidem modo su-

§. Præterea ducatus.

ræ, ut si antiqua sunt, agnatus agnato non noceat.

prà dicta intelligimus. Sed si rex donasset patri, & non minùs filio propria filij contemplatione, vti paulo antè dixi, quod constare posset illis modis, quos per tres columnas examinauit Isern. in d. §. & si libellum. occasio patris nõ noceret filio: pro quo pondero text. in l. fi. C. de vsufruct. leg. sed bene vtriusq; occasio noceret sequentibus, si modò illi propria contemplatione feudum habituri non essent. Ita singulariter dixit Isern. in d. §. & si libellum. in vlt. col. & in c. Titius. si de feu. fuer. controuers. in vltimis verbis. Per quæ vides, quantum errauerit Paul. de Cast. in consil. cclxiij. dum vult, non esse distinguendum inter feuda noua & antiqua in præiudicium agnati, sed an sit datũ nominibus proprijs, aut non: quem reprobauimus in c. j. de succes. feu. & ibidem demonstrauimus, quantum errauerint Moderni, qui erant tempore Iser. dũ volebant, vt hæc contemplatio primi causaret qualitatem hæreditariam in omni morientem: vide ibi, non dico hîc, ne Iuniorum ingenia cõfundamus. Itaq; per omnia cum Isern. teneamus, quicquid conetur dicere Iac. de Ardiz. in sua summa, de succes. feu. ad intellectum d. l. cùm patronus. quia acquirens aliquid

Castrensis error.

Modernorum error.

pro

§. Præterea ducatus.

ꝓ se & filijs, bene acquirit filijs, ex propria stipulatione iure non hæreditario, l. quodcunque. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. & sic posset intelligi d. l. cùm patronus. §. j. Sed quantumcunq; hæreditarium non sit, vim tamen hæreditarij habet, vt ei noceamus, secundum notabilem tex. in l. sed si plures. §. in arrogato. cum cõcor. ibi allegatis in glos. ff. de vulg. & pup. & per ea quæ paulo antè in mediũ produxi. Nam agnatus, qui capit feudum in c. j. an agn. non est hæres, neq; res hæreditaria, & tamẽ est hæres primo, hoc est, vt quę à primo iussa sunt, exequatur, secundum Isern: in c. j. an agna. col. iij. Nec mireris de Iaco. de Ardiz. quia aliam ibidem dicit hæresim, vt in c. j. an agna. non fuerit datum feudum pro se & liberis, quod est contra Isern. & communem omnium sententiam. ¶ Quarta species erit considerando personã filij in feudo recto paterno ex pacto & prouidentia non hæreditario, in quo ne pater sine hærede moriatur, honoris causa filius tenetur esse hęres, vt in c. j. in tit. an agn. tunc enim vox ipsa, hæres. stabit, vt qualitas accidẽs separata à subst ãtia feudi, quia cùm inquit in c. j. de succ. feu. nullã ordinationẽ patris valere in feudo ex pa-

Acquirens pro se & filijs, nõ acquirit hæreditarium, sed. quod uim hæreditarij habet.

Iacobi de Ardiz. hæresis.

Feudum ex pacto & prouidentia rectum.

cto et prouidentia non hæreditario paterno, ob hoc glo. & Isern. placuit in c. j. an agnat. ac eidem Isern. in c. j. versic. & filius fratris. in tit. Impera. Lothar. ibi, item loquimur. & in c. j. qui succeſſ. ten. col. vlt. vt tale feudū filius capiat etiā, ꝙ patri nō ſit hęres: quia in tali feudo, ſi hæres eſſe voluerit, volūtarius hæres erit, ſecundum Isern. in d. c. j. an agna. & in c. j. qui ſucc. ten. col. fin. in fin. ita quidem, vt cùm audimus in c. j. an agnat. & in c. filius. de capi. qui cur. ven. filium patris oportere eſſe hæredē, ad hoc vt feudū habeat, vt iura concordentur, dicemus, eum eſſe hæredem in hæreditate burgenſatica patris, in qua nō repetitur feudū ſub qualitate hęreditaria, vt in eo debeat eſſe hæres iure hæreditario, eo quòd in multis ſumus hæredes morienti, quæ tamē iure hæreditario non capimus, l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acquir. hære. & l. cùm patronus. ff. de oper. libert. vt declarat Bal. in conſil. lxxij. in j. vol. Hinc planè ſequitur, vt cùm ſit qualitas accidens ſucceſsioni ipſius feudi ex pacto & ꝓuidentia non hæreditarij, facto inuentario, iuxta l. fin. C. de iure delib. filius liberetur. Et patris duntaxat erit hęres, honoris cauſa, vt pater ſine hęrede non mo-

Hæredes in multis morienti ſumus, quæ tamen iure hæreditario non capimus.

moriatur, ſecundum Iſer. in c.j. an agn. qui ſi cõfeſtim addidit filium in feudo eſſe hęredem, dic, vt dixi in v. oppoſi. in d.c.j. an agna, & ex diuerſo ex eodẽ fonte oritur, vt nil profit inuentarium in feudo hæreditario, cui vera qualitas hęreditaria in ipſa ſubſtantia feudi ineſt. Itáq; intellige tu verba Iſer. in c.j. de alien. feu. pat. dum inquit, feuda hæreditaria ex pacto & prouidentia nobis deberi: dic tu, ſub qualitate tamen hæreditaria, ita quidem vt verè ſit feudum filij ex pacto & prouidẽtia ei debitum, ſub natura tamen hæreditaria, quæ efficit, vt feudum tranſmiſsione debeatur, ꝓindeque teneatur eſſe hęres morientis, d.l. ius ſepulchri. C. de relig. & ſumpt. fun. Sic enim alia ratione non reuocabit, vti ibi Iſer. dicit, nempe quia tenetur eſſe hæres in re illa ſic ex prouidentia Regis & primi acquirentis pacto ſibi data, non autem vt propterea, quia tenetur eſſe hæres honoris cauſa, in re propria habeat locum, l. cùm à matre. Etenim ſi ita eſſet, faciendo inuentariũ liberaretur: quod falſum eſt. Obſeruate iſta rogo, quoniam pauci in hęc penetrarũt. ¶ Quinta & vltima ſpecies feudi hęreditarij hæc erit, qa omne feudum emptum, eſt hęreditarium, ex quo

§. Præterea ducatus.

Inuentariũ non prodeſt in feudo hæreditario, cui uera qualitas hæreditaria in ipſa ſubſtantia feudi ineſt.

Feudum emptũ eſt hæreditarium.

sua pecunia, & nõ ex prouidentia dantis primus acquisiuit pro omnibus. Ita originaliter dixit Odoff. in sua summa, quẽ refert & reprobat Bal. in c. primo, §. & qa. col. iiij. & vij. de his qui feu. da re poss. licet alibi tenuerit contrarium, vt per Alex. in l. etiã. ff. sol. mat. in prin cip. col. fin. & ibi Apõ. & per Modernos in prælu. feu. Sed Iser. tam in feudo nouo, de quo lõquitur in c. j. §. quid ergo. de inuest. de re alien. fac. quàm in antiquo, de quo loquitur in §. isto, & in c. j. §. profectò. in titul. quid iur. sit, si post alie. vasal. feu. recup. ingenuè ipsius Odoff. opinionẽ sequitur. Ego verò maxi
Iserniæ error. mè doleo, vt nostrum Aurigam in hoc errasse dicere compellar. Nam aut cõsideramus ipsam prouidentiam dantis, vt dicamus hæc feuda empta non esse ex prouidentia dantis, sicut cętera feuda gratiosè donata: & considerãdo hãc dantis prouidentiam, non negamus, quin sinister oculus fuerit ad pecuniã, vti hoc ponderat Luc. de Pen. in l. j. C. de impo. lucr. def. col. x. in fi. & prin. xj. lib. x. sed quòd ꝓpterea dextero oculo fidelitatẽ nõ intueatur, & quòd adhuc gratia non nuncupetur, hoc negamus. Et do vobis casum in regno in constit. vt de succesionibus. §. in omnibus. vbi feu-

feuda vendita, ex gratia propinquioribus conceduntur. Nam pecunia sola nō fuit in causa, quia potest vtrunq; cō currere, vt dicit Hostien. in sua summa, in tit. de feu. versic. quis possit cōstituere feudum. in fin. Et ideo adhuc gratia dicetur. Cæterùm nónne quando feudum donatur, habet in se onus & spem seruitiorum, & tamē adhuc dicitur gratia? secundum Bal. in prælu. q. j. & pro quo faciunt illa, quę concluſimus suprà in specie feudi Franci, quippe vt præstatio pensionis nō excludat fidelitatem: & ex his quæ ibi aceruauimus, poteris respondere ad ea, quę afferuntur per Alex. in d. l. etiam. ff. sol. matr. quorū loco do vobis tex. singularem in l. Titius. ff. de obse. præst. vbi Iurisconsultus dicit, quòd qui pecunia seruum suum manumisit, iura patronatus reseruauit, quia etsi beneficium manumissionis gratuitum nō fuerit, beneficium tamen est ex quo sponte fit, dicit ibi gloss. ergo feudum datū pecunia, non minùs feudata rij beneficio dātis, licet nō gratuitò, habebunt: & voco text. illum singularem, dum dicit, beneficium esse, licet gratuitum nō sit, quoniam pro casu illius tex: vt pecunia non impediat, quin iura patronatus, quādo sponte manumisit, cē-

5. Præterea ducatus.

Pensionis præstatio non excludit fidelitatem.

seantur reseruata, est text. etiam in l.j. C.de bonis libert.& in l.etiã. C. de obseq.præsta. Ex quibus patet, quòd tametsi feuda amore,& non pecunia quę rẽda sint,c.j.de feu.dat.in vic.leg.commiss.non tamen ex hoc donata nõ censebuntur, & sic ex prouidentia dantis ad nos peruenire, quando pecunia acquiruntur,vti paulo pòst demonstrabo. Aut & secundò considerabamus naturam rei, vt ex pecunia feudum efficiatur hæreditarium, & quia nos habemus multa iura in feudis, quæ volunt, vt feuda vendantur,& nihilo minùs feuda recta non hæreditaria sint, c.Titius.si de feu. fuer.controu. c. j. §.sed & res. per quos fiat inuest. c.j.§.porrò.qual.olim feud. alien.pot.c.j.de inuest.in mar.fa.c.j.de benefi. frat. & c. j.de nat.feu.perspicua res est,pecuniam non alterare naturam feudi. Sed quid si istis iuribus omninò careremus?dic quæso,quo in loco sit distinctio aliqua, vt ppter pecuniã feudũ aliam assumat naturam? non distinguit lex,nec ergo nos distinguamus:hoc sanè argum.vtitur Isern.in simili in c.j.an agna.col.iij. Nam indistinctè lex Ciuilis ad nos transfert iura patronatus iure non hæreditario, vt in l.pro hærede. §.si quid tamen.ff.de acquir.hær.nec distinguit

Pecunia nõ impedit quõ minùs feudum ad nos ex prouidentia peruenire censeatur.

§. Præterea ducatus.

ſtinguit, empta ſint, nécne. Pro quo cõſiderate, domini, & tertiò id, quod idẽ Iſern. in c. j. de feu. dat. in vic. leg. cõmiſ. & in c. j. de nat. ſucc. feu. concludit, nec cæteri negant, feudum nimirum emptum, eſſe feudum: & ſi eſt feudũ, dato & nõ cõceſſo, quòd ſubmoueatur prouidentia dantis, nónne ex nuda voluntate acquirentis in re futura ſua, in qua omnib. ſtipulatur, d. l. Publia. ff. depo. adhuc dicemus, vt alio non apparente in contrarium, videatur ſtipulari, provt ius vult? l. quanquam. ff. de ritu nupt. & l. ſi cui. ff. de ſeru. ſecundum ſcilicet naturam rei, d. l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acqu. hęr. & l. cùm patronus. ff. de oper. libert. ſed ſic eſt, quòd feuda in dubio non ſunt hæreditaria, vt in j. c. principali firmauimus, & in ſua propria quæſtione in cap. j. an agnat. latiùs videbitis: ergo, etc. nam ſi deeſſet volũtas cõcedentis, ſaltem ex voluntate accipientis adhuc diceremus, vt in propria natura conſeruentur. Quæ tanto fortiùs dicemus, quanto quòd non minùs fuerit de intentione dantis, ita dare ex ſecundaria intentione, quæ ſufficit, l. ſi abſentis. C. ſi cer. pet. & ibi Bal. Nam pecunia non eſt in cauſa, vt propria natura tollatur, l. etiam. C. de obſe.

præst. & l.j. C. de bon. libert. cum concor. Et vltimò retorqueo tex. allegatũ in contrarium in c.j. de pact. leg. cõmiss. pro ista parte, & præsuppono, quòd secũdum Iser. ibi, & in c.j. de nat. feu. tex. ille nõ habet locum, nisi in casu suo pacti improbati legis commiss. quia talia sunt subiecta, qualia prędicata demõstrãt, vt ff. depo. l.j. §. j. Modò sic, dicit ibi tex. q̃ non valet illud pactum, quia sola pecunia & non amore domini feuda non acquiruntur: quod acceptamus: ergo vbi pecunia & amore simul acquirũtur, feuda sunt, & in propria natura consistunt, argum. l.j. §. huius rei. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. Per quæ contra Isern. non sine animi perturbatione hoc affirmo, & si Doctorum quotis hîc nõ vtor, ea ratione fuit, vt breuiori modo, quo potui, veros terminos vobis ostenderem, ne fortè ex longa recitatione quandam animis vestris confusionẽ potiùs præpararem. ¶ Hactenus domini, verba Iserniæ eam ob causam minutatim interpretati sumus, vt modũ vobis ostenderem, secundum quem Auriga noster Isernienſis à vobis studendus sit: principiò animaduertentes, ne corruptum codicem præ manibus habeatis, quod, nisi mors impedimento nihil

Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant.

Iserniæ doctrina quomodo studenda sit.

nihil erit, meis sudoribus summisque vigilijs citò vos assecuturos spero, qui ne paterer Iserniæ doctrinam inintelligibilem factã esse, tribus annis, tum vt errores describentium pristinæ veritati restituerem, tum etiam, vt funditùs eius mentem intelligerem, quasi in carceribus mancipatus, singulis diebus per horas xvj. in castro Petræ Pulcinæ prope Beneuẽtum rei huic operam nauaui: fermè triginta codices antiquos continuò, vti opus erat, reuoluens: deinde verò annis quatuor & viginti iura feudalia publicè Neapoli magno stipẽdio conductus, interpretatus sum, eodemq; tempore, vel præsidentis, vel cõseruatoris generalis, vel locumtenentis Regiæ Cameræ feudalibus litibus dirimendis vacaui, perpetuò id oculis proponẽs, vt Iserniã integrũ, optimeq; explicatum posteris tandem traderem. Nec minùs vos admonebo, cùm commentariorũ Iserniæ litera vobis difficilis videtur, vt morem Iserniæ in scribẽdis cõmentarijs obseruetis, qui, vt paucis se expediret, modò argumentis contrarijs, quæ ipse non format, respõdet, modò verò aliquas quæstiones, quę obstare his, quę scribit, cogitat, tacitis illis soluit, itaq; deniq; ad rẽ redit, quemad-

§. Præterea ducatus.

Causam ostendit, cur diuersis modis iura feudalia interpretatus fuerit.

Bartholomæi Camerarij diligentia, cùm in libris Iserniæ suo nitori & ueræ lectioni restituendis, tũ in Feudorum cognitione & scientia infallibili in lucẽ producenda.

Iserniæ mos in conscribendis commentarijs.

modum ipſe in proœm.prælud.col. ij. declarat, cuius verba ſic habẽt: Ob hoc
Iſerniæ locus. ego Andreas de Iſernia, legum Doctor,
» licet indignus, curiarum diutiùs occu-
» patus negotijs aliquas horulas furari
» mihi decreui, quibus ad profectum, ma
» ximè rudiũ, quia non grandis non ſum
» grandium cibus, librum feudorum lite
» rali expoſitione plurimùm indigẽtem
» expoſui, & Deo propitio pro viribus
» ingenij declaraui, gloſ. & dicta magno-
» rũ ſuper ipſo libro conſcribẽtium plu-
» res ſummas omittens, quia non eſſet,
» niſi ſępiùs loqui, ff. de leg. ij. l. Męuius. §.
» eum qui. niſi vbi vidi fore id vtile, aut
» ſupplendum, aut declarandum, aut ali-
» ter eſſe dicendum. Nunc verò in his, quæ à nobis enucleanda ſunt, eam ob rem ſola contextus explicatione contentus, quæcunq; glo. Iſer. & cæteri Doctores notatu digna in mediũ ꝓducũt, ea breuitate, qua potero, vobis communicabo, vt hoc quoq; ordine veſtros diſcipulos docere ſuo tempore valeatis. Non quidẽ nos audire docti Doctores, vti videtis, dedignantur, qui citò magiſtri erunt, inter quos multi Siculi, qui è ſtudijs Lombardiæ regredientes, plerunq; per annum noſtris lectionibus interęſſe voluerunt, res ſanè paucis data:

ſed

sed de hoc & alijs in dño gloriemur.

¶ Notate igitur in primis, feuda dignitatum indiuidua esse: p quo Bal. & Aluar. omnes j. scriptas rationes assignat, quippe qa ex diuisione deuenimus ad destructionē, secūdū glo. in c. licet. Ext. de voto. quasi id, quod dicimus in rege, locū etiam in regulis sibi vendicare debeat, iuxta illud, omne regnū in se diuisum desolabitur. Virtus itē vnita fortior est se ipsa dispersa: hanc. n. ob rem regnū vnum duos non capit: & alio in loco, in apibus vnus est princeps, vij. q. j. in apibus. Verumenimverò quia hę rationes non minùs locū habere possent in omni feudo, siquidē in omni re entia nolunt malè disponi, vnde cōgruit, vt vnus sit princeps: verā rationem ostendere incipit, nēpe quia titulus ipse ducatus, res incorporalis est, separatus ab ipso feudo, quod cōsistit in re corporali: potest namq; dari in titulū, seu officium, nudo nomine, & potest etiā dari, vt rei cohæreat: & cùm ipsa dignitas, quocūq; modo detur, incorporalis sit, propterea diuisionē non recipit, l. stipulationes nō diuiduntur. ff. de verb. obl. Feudum aūt, quod per se diuisionē accipit, diuisionē eam ob rem non recipiet, quia portio feudi non cōpetit, nisi ha-

§. Præterea ducatus.

Dignitatū feuda cur indiuidua sint?

Entia in re omni malè dispo ni nolunt.

bẽti dignitatẽ: dignitas verò nõ poteſt ſtare, niſi penes vnũ, vt C. de metr. beti. l. j. lib. xj. in glo. quo fit, vt ratione adiũcti indiuiduũ efficiatur. Ita hoc declarat Iſer. in c. j. col. ij. ibi, hæredes aũt. in tit. de feu. March. cuius verba ſic habẽt:

Iſerniæ locus.

» Hæredes aũt diuiderent, ſi eſſet diuiſibi
» le: ſed cùm nõ poſſet apud duos eſſe in
» ſolidũ, vt dictum eſt, nõ diuiderur: ſic &
» de prędio vectigali, ff. com. diuid. l. in re
» cõmuni. §. j. & rectè cùm multa pmittã-
» tur ratione adiuncti, quę aliàs non per-
» mitterentur, vt declarat Alua. per text.
» in c. j. §. ſi verò feudũ. in j. not. de cõtro-
» inue. Sed animaduertite quæſo, ne cũ multis erretis, qui eam ob rem putant neminẽ ſuccedere in feudo habente iu riſdictionẽ, quia iuriſdictio indiuidua eſt, quãdoquidem aliud eſt, dignitatem non poſſe diuidi, aliud eſt, iuriſdictionem indiuiſibilẽ vſu & exercitio diuiſibilem effici, vt alternis tẽporibus eadem iuriſdictione ſinguli vtantur. Ita placuit Innoc. in c. prudentiam. de offic. deleg. Cui ſubſcribunt Ant. de Butr. Abbas, & Imo. ibi Paulus in l. viæ. ff. de ſer. Bar. in conſil. clxxxix. quod incipit, Primò quęritur, vtrùm iuriſdictio. & cẽteri relati per Iaſ. in j. oppo. in l. ſtipulationes nõ diuiduntur. ff. de verb. oblig.

Iuriſdictio per ſe indiuiſibilis, vſu & exercitio diuiſibilis efficitur.

ita

§. Præterea ducatus.

ita quidem, vt si fuerint discordes, compelli etiam possint, vt per vices sic vtãtur, secundum Alex. in l. ij. §. ex his. ff. de verb. oblig. Sic enim in simili videmus, seruitutem aquæ indiuiduam vsu diuiduam effici, vt declarat Bar. in d. l. stipulationes. cui Ias. & omnes subscribunt. Sed quid si disputare voluerimus, & dicere, ipsa feuda dignitatũ non ita se habere, sicut feuda in quibus viuitur iure Francorum, nimirum vt in feudis dignitatum omnes re ipsa succedant? Obserua quæso ante legem istã feuda omnia diuidua fuisse, eiusdemq; naturæ cũ illis, quæ in c. omnes filij. si de feu. fu. cõtro. continentur, vt patet in §. isto, ibi, de cætero non diuidantur. ergo antea diuidebãtur: correctoria igitur lex ista est, vt hodie horũ feudorũ nulla fiat diuisio, secũdum And. & omnes hîc, quæ propterea fines suos excedere nõ debet, vti in l. si verò. §. de viro. Doctor. notãt. Et quia lex loquitur, ne diuidantur, nil autem de successione dicit, ad successionem nõ extendetur: hoc videtur sentire Alua. hîc, & ante eum Bar. in l. inter tutores. in fine illius doc. ff. de admini. tuto. & ibi Alexan. in apostilla, quã poteris legere, & Doc. in c. licet. de voto. Nescio tamẽ, quid respõderi possit,

Dignitatũ feuda an aliter se habeant, quàm feuda in quibus viuitur iure Francorum.

dum cõcluſimus ſuprà, neminem poſſe feudum, vel partẽ capere, qui dignitatem feudo annexam non habeat, niſi dicas, ita omnes ſuccedere hodie, vt ſaltem fructus & cæteræ commoditates feudi, deductis oneribus, diuidantur, ſecundum Baldum hîc, & omnes paulo antè citatos, qui hoc modo & ſucceſsionem admittunt, & corpus feudi hoc iure diuidi poſſe negãt. Hinc inferebat Sõcci. in conſil. clv. in ij. vol. poſt Calde. §. hunc non habere locum, vbi Comes haberet plura caſtra diuiſa, & reſpectu caſtrorũ ſeparatæ eſſent iuriſdictiones: tunc enim, quia non eſſet feudum diuidere, ſed exercitium iuriſdictionis, & vtilitatem feudi, vtiq; permittendum eſſet. Sed parcat mihi authoritas Soccini, viri in iure doctiſsimi, aliud eſt cogitare, quid propter impedimentum ipſius iuriſdictionis prohibeatur, aliud verò, quid dignitas ipſa impediat: quando quidẽ primo caſu ſibi ſubſcriberem, huic autem poſtremæ eam ob rem cõtradico, quia nulla diuiſio in corpore feudi titulati admittitur etiam caſtris remanẽtibus integris, ſed commoditas ipſa fructuum duntaxat ſub diuiſione cadit, vti paulo pòſt fuſiùs dicã: ſed nõ proinde nego, quin comes ſub-

Diuiſio plurimorum caſtrorum.

infeu-

§. præterea ducatus.

infeudãdo feuda integra, vel solita, hoc modo feudum titulatum diuidere possit. Nam idem est cum consensu regis, quàm cum consensu legis de feudo disponere, quæ subinfeudationẽ permittit, c. j. de his qui feu. dare po. c. j. de feu. march. & c. j. quis dicatur dux. & hîc: siquidem hęc omnia intelliguntur, quando absq; consensu directi domini ist hęc attentare vellent, secus autem eo suum consensum præstante, secundum Aluar. & alios hîc, iuxta thema in princip. tex. propositum, vbi illas alienationes prohibuit, quæ sine consensu Imperatoris fierent. Vnde & hoc aliud emergit, nempe vt si rex pluribus feudum titulatum concesserit, videatur tunc pro æqualibus portionibus dedisse, l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis. Itaque super diuisione feudi dispensauerit: ita Aluar. hîc, & Soccin. in d. consil. clxj. in ij. vol. in viij. col. versic. quintò respondetur. ¶ Et quia perspicuè constat, feuda dignitatũ ad vnum peruenire oportere, inquirendum à nobis erit, an propterea regna, vel feuda ista titulata, vel illa in quibus viuitur iure Francorum, stent vt legitima primogeniti? quandoquidem videmus Isern. à l. si arrogator. ff. de adop. & à l. cùm patronus. ff. de o-

Diuiditur feudum dignitatis, quãdo rex pluribus illud dedit.

An feudum sit legitima filij primogeniti.

per.libert. persæpe argumentatum fuisse,& in const.dignum.etiam dixisse, totum regnum esse legitimam filij primo geniti, post glos. Inno. Ioan. And. Host. & Abb. in c. licet. Extra. de voto. super quo varij varia dixerunt, & cõsuluerũt, provt fuit Oldra. in consil. xciiij. Abba. in consil. xij. in j. vol. & in consil. iij. in ij. vol. Paul. de Castro in consi. cccl xxv. in j. vol. & in consil. ccxliiij. in v. vol. Guid. Pap. in decis. cccclxxvj. & cccclxxxvj. vt articulum istum non minùs difficilem, quàm vtilem, faciliorem iunioribus reddam, scire principiò debetis, naturam non solùm hominem, sed etiã cũcta animalia filios educare docuisse, l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. & Inst. de iur. nat. gẽt. & ciuil. §. j. atq; hinc patrẽ naturali iure filiũ alimentare obligatũ esse, vti iura dicũt: vt ff. de ale. lib. l. si quis à liberis. per totum. in l. scripto. ff. vnde liber. in l. fina. C. de codic. & in l. fin. in princ. ff. de bon. damn. Quod quidem cùm in vita patris locum haberet, ne eo mortuo filijs debitum naturę deesset (bonorum quoddam subsidium illud alere appellans) ius gentium etiam post patris mortem obligationẽ ipsam paternam produxit, l. si totas. C. de inoffic. don. & l. sancimus. C. de in

Educatio prolis iuris naturalis est.

off.

§.prętereà ducatus.

offic.testam.ita vt patris obligatio contra ipsius bona patris quoq; extenderetur,vt in authen.de trien. & semiss. §. j. & ibi gloss.& §.prohibemus.non alimẽtorum instar, quæ morte filij extinguebantur,sed vt perpetuò ipsi & hæredibus suis deberetur, c. Rainaldus. & ibi gl.& Doct.Extra.de testa. Hinc planè diuus Pius sua constitutione mandauit in l.j.§.impuberi. ff.de col. bon.vt legitima hęc iure naturę debita sueq; legis arbitrio taxata, vt in authẽ.nouissima: C.de inoffi.test.& ibi per Doctores, filio contra voluntatem testatoris deberetur,vt in l.si arrogator.ff.de adopt.ita quidem;vt ipsam legitimam quandam bonorum paternorũ portionẽ loco alimentorũ introductã esse fateamur, vt in d.c.Rainaldus.& in l.gerit. ff. de acquir.hæred.Doctores notant. Quę cùm ita se habeant, quid impedit,quin legitimã ipsam de iure ciuili,suadẽte tamẽ iure naturali,debitam esse affirmare valeamus,Dino subscribentes in c. indultũ. de regu.iur.in vj.argu.l.cùm ratio. ff.de bon.damn.& l.scripto.ff.vnde lib. & l. pronunciatio. §. familiæ.ff.de verb. significꝰ Hac enim ratione moti Iurisconsulti,filium in vita patris,quasi dominũ esse confitentur,l.in suis.ff. de liberis &

Ius Naturale, Ciuile, & Canonicum.

Lex Feudalis.

posth. Supereſt modò, poſtquã ius Naturale, Ciuile & Canonicũ, in ipſa legitima debenda concurrunt, ſecundum Abbat. in dicto conſilio iij. vt illud nos hodie tractemus, an lex feudalis quoq; ad idem cõcurrat, an verò ſi ſua tantùm conſuetudine contenta, ipſius legitimę obligationẽ cõtemnat? in quo quatuor faciemus capita: Primum, ſi regnum totum, vel feudum dignitatum, aut vbi viuitur iure Francorum, ſit legitima primogeniti? Secundum, ſi ſtãte hoc, quòd totum regnum ſit legitima filij primogeniti, an per hoc filius ſecundogenitus per omnia cenſeatur excluſus, vt nihil inde habeat, nec aliqua in eo conſidere tur legitima? Tertium, ſi pater donauit feudum hæreditarium cũ aſſenſu regis ſecundogenito, an tunc primus habeat legitimam, vel per omnia vt ſecundus iudicetur, poſtquam ſecũdogenitus eſt effectus primus? Et quartò, ſi caſu aliquo in ipſius feudi corpore legitima dari nõ poteſt, an loco ipſius extimatio debeatur? Et quo ad primum caput, ſi totum regnum, vel totus comitatus in feudis titulatis, vel totum feudum, vbi viuitur iure Francorũ (quę quo ad iſtud, parificãtur, ſecundum Innoc. & alios in c. licet. Extra. de vot.) ſit legitima primogeniti

An totũ feudũ ſit legitima primogeniti.

§.preterea ducatus.

geniti, formabo regulam, q, totum feudum sit legitima primogeniti, c. licet. Extra. de voto. secundum Isern. in constit. dignum. Innocen. Hostien. Abb. & omnes in d. c. licet. & in §. isto, & per cõ sulentes in consilijs citatis, ita quidem, vt minimè pater eidem in aliquo præiudicare possit, secundũ Ioã. And. in d. c. licet. & Abb. in cons. iij. allegato, arg. l. nemo potest. ff. de leg. primo. & Extr. de testam. c. requisiuisti. & c. tua. de foro cõpet. c. si diligenti. Nam indiuiduas oportet has dignitates conseruari debebere propter bonum publicum pro cõseruatione familiæ & honore domini etiam in feudis titulatis, dicũt Iser. hîc, & latiùs Oldra. & Abb. ac cæteri in præallegatis consilijs cumulati. Quoniam cùm quoddam corpus sphæricum præse ferant, secundum Bal. in authen. hoc amplius. C. de fideicommiss. sicut aliquo submoto à linea circulari, reddit illam non esse lineam circularem: vel submoto à figura triangulari vno angulo, non dicetur amplius triangularis: sic diuisa hac dignitate, nõ esset illa: quia quãdo diuiditur indiuiduum, non est diuidere, sed corrũpere, l. stipulationes non diuiduntur. §. idẽ puto. ff. de verb. obligatio. Qua ratione secũdum gl. Innoc.

Indiuiduũ quando diuiditur, nõ est diuidere, sed corrumpere.

Hostien. Ioann. And. Abb. & omnes in d. c. licet. dum litera dicit, quòd regnũ erit primogeniti, debet suppleri, id est, totum sine diminutione: ita vt minimè stemus primæ opinioni illius gloss. q̃ lex Ciuilis, vt in authent. hoc amplius. C. de fideicommiss. limitet illud capitulum, vt intelligatur, deducta legitima: nec etiam secundę opinioni, vt sit fauore terræ sanctæ: sed vltima gloss. erit verior, vt regulariter regni restitutio sit in diuidua propter dignitatem annexam, vt infrà latiùs declarabo. Oldra. volens demonstrare hanc Doctorum opinionem, quòd totum feudum sit legitima primogeniti, esse falsam, hoc argumento vtitur: Nam si totum competit filio, non propterea dicemus, quin retineat quandã qualitatẽ hæreditariã, propter quam grauari potest: & incipit ad astra volare præsupponẽdo, aliud esse, quosdam de nouo includi: aliud verò, vt ex quorundam exclusione pinguiùs cæteri admittãtur: & sic aliud sit, primogenitũ tantùm à noua lege ad successionem totius regni vocari: aliud, si omnes filij priùs vocabantur, & per legem ita factum est, vt post primum cæteri fratres excludantur, vel impediantur succedere, vt dicit Iser. in const. vt de successionibus,

Oldradi argumenta uolentis demõstrare feudum totum nõ esse legitimam primogeniti.

§.preterea ducatus.

nib. ita vt ex excluſione, ſeu impedimẽto aliorũ, ſolus primogenitus ſuccedat: quia primo caſu, quando venit ex propria incluſione, veniret ex iure nouo, p c. licet. in quo conſideratur ſola legitima: ſed ſi venit propter excluſionem, vel impedimentum aliorum, venit iure antiquo, ſecundum quod deferebatur iure hæreditario, vt infrà dicam. Probat hanc propoſitionem argument. l. legata. ff. de legat. j. & l. cùm tale. §. fin. ff. de cõd. & demõſtr. ſed ſic eſt, q, incluſio omnium filiorũ iam aderat de iure antiquo, provt à natura debebatur, l. nam etſi. ff. de inoffi. teſt. & l. maximũ vitiũ. C. de liberis præter. & in c. omnes filij. ſi de feu. fue. cõt. Ergo leges ſuperuenientes magis dicẽtur excluſiuę, ſeu impediti uę aliorũ, quàm incluſiuę primogeniti, & primogenitus totũ regnũ capiet ex iure naturali antiquo, ſecundũ quod defertur filio, vt hæreditas patris, & nõ iure proprio, argumen. l. vt gradatim. §. et ſi. & l. reſcripto. in princi. ff. vnde liber. quia filius regulariter ſuccedit iure hæreditario in omnibus, quæ patris fuerunt tempore mortis, vt notatur in l. in ſuis. ff. de libe. & poſth. & l. j. §. qui in poteſtate. ff. eod. Quare, etc. Hoc ſanè argumẽto probare conatur, totũ regnum

non esse legitimam primogeniti succedentis. Secundò ad ostendendum, q̃ filius non capiat totum regnum, vti legitimam, hoc alterò argumẽto idem Oldra. vtitur: Nemo oneratur, qui non honoratur, l. ab eo. C. de fideicommiss. Sed sic est, quòd primogenitus oneratur, vt in d. c. licet. Extra. de voto. vbi determinatur, q̃ filius Regis primogenitus oneratur exequi votum paternum terrę sanctæ: ergo succedit in regno, tanquam honoratus: quia aliàs onerari non potuisset, & per consequens non capit totum regnum iure legitimæ sine qualitate hæreditaria. Tertiò, si verum esset, quòd ius, quod habet filius in hæreditate patris, esset incõmutabile, vt de legitima dicimus, sequeretur, q̃ nepos ex filio in primogenitura excluderet patruum, quia ius patris ad filium trãsmitteretur incommutabiliter, d. l. scripto. & l. j. ff. si quis ob causam testa. sed hoc est falsum, quia patruus excludit nepotem, vt sanior opinio Doctorum cõcludit: ergo & antecedens falsum: & sic est ius hæreditarium, & non proprium. Quartò arguit, si totum feudum esset legitima filij primogeniti, vtiq; filius potuisset patris hęreditatem repudiare, & regnũ retinere, C. de iure delib. l. sancimus.

Patruus excludit nepotẽ, secundum sanioremDoctorum opinionem.

§. Præterea ducatus.

mus. §. penult. & in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & ibi per Doctores: sed certum est, quòd filius non repudiat hæreditatem retinendo regnũ, vt in c. j. an agn. & in c. filius. de cap. qui cur. ven. ergo filius primogenitus non habet regnũ totum vt legitimam, sed magis iure hęreditario. Quintò ad demõstrandum, quòd ita concurrant simul, hoc est, vt sit legitima, & debeatur iure hæreditario, patet: qa videmus, q, quando quis instituitur in legitima, taliter institutus nõ capit legitimam, cùm sit hęres, secundum gl. in c. Rainutius. Extra. de testa. glos. in l. iiij. §. sed vtrùm. in verbo, ex hoc verbo. ff. de minoribus. & in l. ex tribus. C. de inoffic. testam. & Bart. in l. gerit. ff. de acquiren. hæred. & in l. quia poterat. ff. ad Trebel. ac vbiq; per Doctores, præsertim Alexan. in lectura & in addit. Quam ob rem dicere non inconuenit, vt si de iure positiuo solus capit feudum, sit quoque hæres inspecto iure naturali, vt suprà firmaui, quia isthæc simul concurrere possunt. Sextò & vltimò arguit: nam si primogenitura non esset quid hæreditarium, filius non posset priuari illa, l. si quis prioris. C. de secundis nupt. & tamen videmus, quòd priuatur, vt Genes. xxv. &

xlviij.& iij.Regum cap.j. & quia anti-

Testamenti ueteris authoritas etiam hodie in causis allegari potest.

qui Testaméti authoritas etiam in causis hodie allegari potest, secundum gl. in authent.vt iudices sine quoquo suffrag.§.cogitatio. in verbo, eloquia. & in l.illud.ff.ad legem Aquiliam. & in c. cùm venerabilem.qui filij sint legitimi. cum concordan. ergo,etc. Paul.de Castro videns quæ Oldra. consuluerat & concluserat in d. consil. ccclxxv. non solùm negat feudum esse legitimá absque hæreditaria qualitate,sed quòd neque dici possit legitima cum qualitate hæreditaria, vti Oldradus contendit.

Legitima debetur de bonis hæreditarijs.

Et arguit hoc modo: nam legitima debetur de bonis hæreditarijs, id est,eorũ quæ fuerunt de substantia testatoris, l. scimus.§.repletione.C.de inoffic.testa. & est portio portionis debitæ ab intestato,d.l.scimus. & authen. nouissima. C.de inoff.testam.sed feuda non debentur,neque ex testamento, neq; ab intestato,vt declarat Bald.in c.j.de success. feu. quinimo si alius institueretur hæres,adhuc filius caperet feudum, secundum Iacob. de Beluis. Bald. & alios in c. j.an agna. argum. l. quodcunque.§. si quis ita. ff.de verbor.obligation.& l. sequens quæstio. ff. de leg. ij. Et quia videmus,quòd neq; veniunt in petitio

ne

ne hæreditatis, neque in restitutione fideicomissi, vt notatur per Bart. & alios in l. si patroni. ff. ad Trebel. & in l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de operis libert. & l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de pet. hæredit. ergo cùm nihil commune habeat cum hæreditate patris, minimè dicemus, vt feudum sit legitima primogeniti. Cæterùm non eundo per mẽdicata suffragia, feudum est naturæ, vt nihil deducatur ab eo, etiam pro quarta quæ debetur vxori, quæ res fauorabilissima est, vt est text. in c. j. §. final. de inuest. de re alien. fact. ergo idem dicemus in legitima, vt non deducatur à feudo. Ad hæc Alber. de Rosa. in dictionario suo, in verbo, feudũ. in additione incipien. & etiam, quòd liber feudorũ, etc. col. iij. dicit, quòd text. in §. isto, prẽterea ducatus. & in c. licet. loquũtur per nomina dignitatum, vt C. de appellat. l. à proconsulibus. & l. si quando. C. de comitibus rei milit. & comit. Archid. lib. xij. c. primo, quis dic. dux. & c. fundamenta. Extra. de elect. §. proinde. & ibi Ioan. And. super verbo, Marchio. Quo sic præfato, dicit: perspicua res est, feuda, in quãtum feuda, diuidua esse, sed dignitas ipsa, quæ indiuidua est, efficit, vt indiuidua efficiantur. Si

§. prẽterea ducatus.

Alber. de Ros. Dictionarium.

Feuda per se diuidua, quare fiant indiuidua.

ergo hoc ita verum est; sequitur, quòd cùm res in se diuiduæ sint, vt patet in c. omnes filij. si de feu. fuerit contro. quarum causa legitima debetur, vt si non debetur de dignitate, saltem debeatur de rebus ipsi dignitati suppositis: subiungens hoc argumẽtum fuisse Rainerij de For. & aliorum Doctorum, qui articulum hunc tractarunt. Pro qua opinione causam assignat: nã rationes cumulatæ in §. isto, & per Oldrad. in cons. xciiij. cur dignitates non diuidantur, cessant in diuisione ipsarum rerum: ergo cessare debet ius, quia sicut arguimus à ratione cessante expressa, vt in d. l. adigere. §. quamvis. de iure patro. eodem modo arguimus à ratione tacita, secundum Socc. in consil. clxv. in ij. vol. col. ix. Et quòd vna & eadem res, considerata dignitate, stet vt indiuidua, aperta res est, quia videmus ius patronatus esse quid indiuiduum, vt in c. j. & ij. Extra. de iure patr. & tamẽ liberti recipiũt assignationem & diuisionem, vt ff. de assign. libert. & Instit. eo. tit. per totum: & patet etiam in seruitute, quę de se indiuidua est, vt ff. de vsu & habit. l. vsus pars. & tamen res, à quibus debetur, & cui debetur, sunt diuiduæ, vt ff. de serui. rust. præd. l. ergo. & l. se quæ. & l. rusticorum.

corum. §. j. ea præsertim ratione, quia quantumcunque à c. omnes filij. si de feu. fue. cõt. nõ reperiretur permissum, vt corpora feudi diuiderentur, sufficit non esse prohibitum, vt regulariter præsumantur diuidua, arg. l. percipimus. C. de appel. Pro eodem affertur opinio Cald. & Frác. de Rampo, quorum meminit Socci. in consil. clxv. incipiente, Visis inuest. versi. quartò respo. in j. vol. quibus placuit, §. hunc intelligi debere, vt nulla diuisio detur, quãdo vnicum esset castrum: secùs, si plura essent castra, & sic modificant hoc, vt non possit dici totum regnum legitima primogeniti, vt in d. c. licet. qa etsi frater primogenitus capit totũ regnũ, nõ tamẽ est, vt legitima, quæ diuisionẽ non recipit. Quid ergo dicemus nos? Id dicã, ante omnia examinanda esse argumenta eorum, si vera sunt in sua specie, ne ex eorum lectione terminos feudales cõfundamus: deinde verò nouis considerationibus post authoritates ipsorum distinguendo diuersa capita, vt decet, propriam opinionem proponam. Non obstat primum argumentũ Oldr. quia dato, quòd feudum deberetur filio ex prouidentia iuris naturalis, aut ciuilis (quod negamus: quia magis est tertia species di-

§. prẽterea ducatus.

Examinatio argumentorũ Oldradi, & cõfutatio eorũdem.

Feudū debetur filio magis iure successorio feudorū, quàm ex prouidētia iuris naturalis uel ciuilis.

stincta, vt iure successorio feudorum cā piat, secundum Bald. in c. j. de succes. feu. imo potiùs, vt beneficio dantis, & legis feudalis, quàm patris, feuda habea mus, vt in j. q. in c. j. an agna. demonstra ui): tamen si illud verum esset, adhuc non obstaret, quia non semper feuda ca pimus iure hæreditario, sed quandoq; iure hæreditario, quandoque verò ex pacto & prouidentia absque qualitate hæreditaria, vti paulo antè ostendi. Pro indeque dicendum esset, tale argumen tum procedere in feudo hęreditario tā tùm; nec aliquid determinare in feudo ex pacto & prouidētia non hęreditario. Nam verum est illud, quod tanto labo re nititur probare, vt quædam nobis debeantur ex pacto & prouidētia, & ni hilo minùs debeātur iure hæreditario, qa hoc in specie dicit Iser. in c. j. col. ij. in princ. in tit. de alien. feu. pat. & eodē modo dicimus, vt in quibusdam, quæ debentur iure sanguinis, cum sanguine concurrat qualitas hæreditaria, secun dum Fran. de Aret. & Iaſ. in l. quod dici tur. ff. de verb. oblig. ex quibus alterari posset natura ipsa primogenituræ, quæ dum non erat hæreditaria à sui natura, sed magis beneficio naturæ & legis da batur, addita qualitate hęreditaria, ipsa primo-

primogenitura fiat hæreditaria, ſecundum Iaſo. poſt Albe. in l. ſi non ſortem. §. libertus. col. fin. ff. de cõd. inde. Hanc enim ob rem regnum ipſum hæreditarium eſſe dicit Ilern. in c. j. §. quid ergo. in finalib. verbis, de inueſt. de re alien. fact. provt etiam Hoſtien. in verſic. mandamus. in d. cap. licet. col. ij. & iij. dicit, quòd legitima eſt in tota hæreditate. Non obſtat ſecundum argumentũ, quia verum eſt, quòd qui honoratur, oneratur, l. ab eo. C. de fideicom. ſed nego minorem, quòd in feudis oneretur, quia in feudis nullum onus imponitur, niſi volẽti, vt patet in d. c. licet. Ext. de vot. vbi filius ideo grauatur, quia ſuſcepit in ſe votum petendi Hieroſolymitanã Eccleſiã, vt ibi: & tu aſſumpto crucis ſignaculo te id impleturũ ſine dilatione qualibet promiſiſti, & j. ſuper qua promiſſione ſe fundat ſummus Pontifex in Decret. illa: vt patet etiam in ratione illius text. ibi, ne ſi onus tibi à patre iniunctũ, & à te ſpõte ſuſceptum occaſione qualibet detractaueris, etc. vbi iterum ſuper obligatione filij ſe fundat, provt idem videmus etiam in iure feudorum expreſſum, nullam ordinationẽ patris in feudo non hęreditario antiquo valere, c. j. de ſucc. & tñ filius in c. j. an agnat.

§. prętered ducatus.

Onus nullum in feudis impo nitur, niſi uolẽti.

oneratur, vt non capiat feudum repudiata hęreditate patris: & non ea ratione, quia feudum in se talem qualitatem retinet, sed magis propter quoddam extrinsecum ratione filiationis, vt pater cum hærede moriatur, vt declarat ibidem Isern. & nos in eodem loco, in prima oppo. diximus: qui si adeundo aliquod onus sentit, id eò est, quia illud sponte facit, cùm potuit facere inuentarium, iuxta l. sancimus. C. de iur. delibe. & non fecit: vnde spōte, vt in d. c. licet. se videtur obligare, secundum Isern. in d. c. j. an agna. vbi latiùs dixi: & sentit onus is etiam, qui non honoratur, ex sua obligatione. Tertium argumētum de patruo excludēte nepotem, est falsum: quia quòd nepos ex primogenito excludat patruum, est communis opi. Doctorum cumulatorū per Modernos Neapolitanos in c. j. de nat. succ. feu. Quartum argumentum nequaquam tenet, quia hęc qualitas addita à lege feudi, vt sit hæres patri, & non possit patris hæreditate repudiata feudum capere, non inducit feudum in eius substantia esse hæreditarium, quia est qualitas separata, vt pater honoretur, & cum hærede moriatur, vt Insti. quibus ex cau. manu. non licet. §. j. & Isern. in c. j. an agnat. quæ

Nepos ex primogenito excludit patruum.

Filius ut sit hæres patri, qualitas est separata: et cōfecto Inuentario neque nocet, neque prodest.

quæ qualitas confecto inuentario, neque prodeſt, neq; nocet reſpectu feudi ex pacto & prouidentia, quoniam facto inuentario præcipuum & iure proprio feudum habet, ſecundum Iſern. in d. c. j. an agna. vbi dixi. Ineſt enim hæc qualitas filio, vt honoret patrem, nedum in feudis, ſed in omni alia re, cùm ratione ſit concomitatum capitulum illud, ſecundum Iſer. in d. c. primo, an agn. col. pen. ibi in verſi. & hoc capitulum. Nam videmus, quòd licet filius abſque vllo onere ſuam legitimam habere debeat, l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſta. & non poſsit ita inſtitui hæres in ſola legitima, vt compellatur eſſe hęres, ſecundū Fran. de Aret. in l. gerit. ff. de acquir. hære. ſi tamen inſtitueretur hæres vltra legitimā, vt pater honoretur, oportet, quòd filius ſit hæres patri, ſecūdum glo. in c. Rainutius. & ibi Abb. & cęteri, Extra. de teſta. Bart. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. & in l. gerit. ff. de acqui. hęr. vbi latè apoſtillæ cumularunt omnia. Non eſt ergo nouum, vt filius vltra legitimam inſtitutus patrem honorare debeat, & confecto inuentario liberetur, ſecundum glo. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & in l. ſcimus. §. pe. C. de iure delib. in fi. itaq; intelligēdum erat

§. prętera ducatus.

capitulum primum, an agna. sed cõmunis schola etiam ab intestato ipsum intellexit, provt Ciuilistę etiam cumulati in apost. super Bar. in d. l. gerit. in ciuilibus quoq; ab intestato, vt teneatur esse hęres, illud ostendũt. Non obstat quin tum arg. quia si est hæres, non propterea facit legitimã esse hæreditariã, & faciendo inuentarium filius liberatur, vt in locis contrarijs, & in l. sancimus. C. de iure deli. habetur, nec propterea desinit esse feudũ, vel legitima, vt in præcedenti capite dixi, quam ex prouidentia legis præcipuam habet. Nec obstat sextum arg. de primogenitura, qua priuatur filius, quia regulare est totũ contrarium, secundum cumulata per Felin. in c. prudentiam. de offi. deleg. & Iaſ. in l. nemo potest. ff. de leg. j. Quibus me remitto, ne fortè aliena quærens propria confundam. Non obstat septimũ arg. Pau. de Cast. quia oĩa illa procedunt in feudo ex pacto & prouidentia, non autem in hæreditario, quia feuda hæreditaria veniũt in petitione hæreditatis, & debentur iure hęreditario, vt lata & lõga distinctione in c. j. de suc. fe. post Bal. ibi, & Bar. in l. vtiurisiurãdi. ff. de oper. libert. in l. si patroni. ff. ad Trebel. & in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de peti.

Hæreditaria feuda ueniunt in petitione hæreditatis.

peti. hęre. declaraui. Non quidē per hoc argumentū ſoluerētur obiecta in feudo hęreditario, de quo maximè nos locuti ſumus, quia & in ipſo feudo cōſideramus qualitatem hęreditariā, ſecundum Iſer. in c.j. col. ij. de alie. feu. par. de quo latiùs in c.j. an agna. dixi. Ex quibus vides, Old. neſciuiſſe cogitare ſpeciē feudi ex pacto & prouidētia ſine qualitate hæreditaria, Paul. verò neſciuiſſe conſiderare feudum cum qualitate hæreditaria. Non obſtat octauum arg. Pau. quia ſi non deducitur quarta, in §. fin. de inueſt. de re alien. fac. non propterea ſequitur, ergo non debetur legitima: quia quarta eſt onus extrinſecū, & legitima eſſet onus intrinſecum, & de onere intrinſeco feudi ad onus extrinſecum nō tenet conſequētia, quia pro onere feudi obligatur feudum, ſecūdum Iſer. in c.j. §. quid ergo. de inueſt. de re alien. fac. in conſt. ſi quis poſt litem. & in c.j. an agn. Sed nō pro onere extrinſeco ipſius feudatarij, quia pro eo neque dominus, vt in titu. hîc finitur lex. §. his conſequenter. neque agnāti, vt in c.j. de ſucce. feu. & in c.j. an agna. modo aliquo obligantur, vt ſuprà in prima parte huius legis, ſuper Iſern. in illo articulo, ſi poteſt ius cōſtitui in feudo? declaraui. Rurſum, qa

§. prętere ducatus.

Quartā quæ deducitur, onus eſt extrinſecū.

aliter soluitur hoc argumentum, vt infrà dicam. Non obstat nonũ argumentum Alberi. quia ego bene accepto rationes suas, vt esse possit, q, seruitus sit indiuidua, & res sit diuidua: sed nõ propterea negamus, quin aliquæ res etiam à sui natura stent vt indiuiduæ, vt in exemplis positis per Bart. in l. & harum. §. Cato. & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. patet. Et in casu nostro nedum ipsa dignitas, quæ tota tanquam indiuidua transfertur, indiuidua est, sed ipsæ res quoque in se à propria natura ratione adiuncti indiuiduæ fiunt. Quod quidem patet, quia c. licet. Extr. de voto. loquitur de regno, & non de regali dignitate, vti Alber. notat in contrariũ, quia quando leges & iura Canonica volunt loqui de persona regis, vel de regali dignitate, vel de ipso regno, bene illud explicare sciunt, vt in cap. si gratiosè. de rescriptis. in Sexto. & textus iste dicit totum contrarium, quia dicendo, Marchia, Comitatus, etc. intellexit de corpore ipsius feudi, non de dignitate: quod si nulla alia ratione demonstrari posset, illa saltem demonstraretur, quia subnectit postea text. dicens: aliud autem feudum diuidi potest, ergo de ipso feudo in præcedenti intel-

Seruitus indiui dua est, licet res ipsæ diuiduæ esse possint.

§.pręterea ducatus.

intellexerat, vt non diuideretur, cùm de natura illius dictionis, Autem.sit, vt aduersetur in iure & in facto, vt habetur per Bartol. & alios in l. hoc amplius.§. de his autem. ff. de dam. infecto. Nam eadem qualitas censetur repetita, vt dicit Bald. in l. omnes populi. in xv.col. ff.de iusti. & iur. in versic. tertio modo, etc. Quia etsi corpus comitatus à sui natura diuiduũ est, ratione adiũcti indiuiduum efficitur, quoniam dum dignitas non potest stare, nisi penes vnum, secundum glo.in l.j.C.de metro.beri.ratione istius adiũcti & res ipsa efficitur indiuidua, secundũ Iser.in c.j.col.ij.ibi, hæredis autem.de feu. march.pro Alua.ponderate text.in c.j.§.si verò feudũ.de contro.inuest.vbi est casus. Nam multa diuidua, ratione adiuncti indiuidua possunt effici, vt in multis exemplis in §. Cato.& in l. stipulationes non diuiduntur.ff.de ver. obl. videre poteritis.Et licet respectu cõmoditatũ Iser.Alua.Car. Mar.Bal.& cæteri in hoc §. præterea.ac in c.prudentiam.de offic.dele.& in d.c. licet.dubitauerint, si illarum saltẽ detur successio & diuisio, vbi concludunt, quòd sic: de ipso tamen feudo, quòd totum cõpetat primogenito, & sit indiuiduum, nullo modo dubitarunt. Falsum

Dictionis, Autem, natura.

ergo est Alber. argumentum, qui illum text. ponderauit consulendo, provt sibi expediens erat, & cùm cõsilia sua in dictionario addidisset, quia specificum librum cõsiliorum non compilauit, hæc, vti illa cogitauit, addidit: tum maximè, cùm esse diuiduum, aut non, minimè propositionem hanc veram, vel falsam efficit, vt suo loco ꝛ. demõstrabo. Non obstat decimum argumentũ, quia Socci. præsupposuit duo: primum, quòd castra sint separata: secundũ item, quòd iurisdictiones sint quoq; separatæ. Et ita loquitur consil. iij. Gasp. Cald. quę qualitates raro concurrunt. Sed dato, quòd concurreretur, adhuc opinio ipsorum falsa esset: quia si hoc esset verum, sequeretur, quòd singula castra vnius regni, quæ diuersa sunt, vtique venirent in diuisione, & tamen regnum indiuiduum est, etiam quod consistat ex pluribus castris & ciuitatibus separatis, secundum Innocen. glo. & omnes in d. c. licet. cum concor. Et si tu subtilis diceres, quòd in regno vnum est caput iurisdictionis, sed Cald. cogitat separatas iurisdictiones: tunc respondeo, vnicam quoq; esse iurisdictionem in toto comitatu, quia vnica est curia, quæ continet omnia castra sub titulo comitatus, provt consu-

luerunt

luerunt Franc. de Aret. in consil. xv. in j. & ij. col. & Socci. in consil. lxxxvj. in j. vol. ij. col. vbi ponderat titulum comitatus post Nel. de sancto Gem. in tractatu bannito. Nec est verum id, quod Cald. ponderat, vt separatio, vel vnio iurisdictionis illud causet, quia iurisdictio nō est de essentia feudi: nam potest esse feudum sine vlla iurisdictione, vt notatur in cap. j. de allod. sed bene titulus est de essentia feudi titulati, vt in præcedenti arg. declaraui, & sic dignitas causat indiuiduitatem feudi, vt in l. j. C. de metro. beri. quod quidem Soccin. in d. consil. fatetur. Vnde ad excludendū arg. Socc. iterum arguo sic: aut castrum est extra comitatū, & nō habemus dubium, quia non iudicatur vt titulatum: aut est in comitatu, & qui non est comes, illud sine assensu regis non habebit, quia ille vocatur ad illud castrum, qui est comes, vt sentit Iser. in c. j. col. ij. de fe. march. ibi, hæredes autē. & dando feudū diuisum, sine titulo dari non posset, quicquid dicat Ioan. de Lecirier in suo tractatu de primogenitura, in prima parte, q. xv. qa Bart. in l. inter tutores. de admi. tut. intellexit de commoditate feudi, & non de corpore: qđ quidem corpus sequitur titulum, provt hîc communiter cōclu-

§. præterea ducatus.

Iurisdictio non est de essentia feudi, sed Titulus bene est de essentia feudi titulati.

dunt: aliter enim esset facere dominũ, qui non est, & alio modo, quàm est, sine assensu regis, contra doctrinã Isern. in §. isto. Vnde magis dicemus, quòd titulus debeat cõprehendere omnia, sicut comprehendit, non autẽ iurisdictio, & quòd nil sit separabile sine assensu regis à titulo comitatus, etiã in feudo hęreditario: in feudo autem non hæreditario etiam cum assensu regis, cap. j. de alien. feud. pat. in prin. Et hoc modo intelligamus dicta per Bal. hîc arg. glo, in l. si familiæ. C. famil. hercis. & eiusdem Bald. in l. ij. q. j. de rerum diui. & Ioan. And. in addi. ad Spec. in titu. de feudis. nempe plura castra posse diuidi, scilicet quando non habent titulum annexum, quia tunc qui non habet titulum, non habebit castrum. Quoniam qui cum vna qualitate admittitur, sine illa reijciendus est, secundum gloss. sing. quam communiter sequuntur, in c. significasti. xxxiij. q. v. Quid ergo dicemus nos, si prædicta arg. corruunt? Dicam frustra tot venerandos patres contra propriã authoritatem Scholasticis quodam modo argumentis laborasse, vt legitimam esse hęreditariam, vel non hæreditariam nobis ostenderent, rem quidem huic articulo non necessariam, quam silentio præ-

Castra quando diuidi possint,

§. præterea ducatus.

præterijssem, nisi ex authoritate eorum falsa Modernorum ingenia confunderentur. Quid tenes? id deniq; propono, vt neque totum regnũ, neque totus comitatus, neque res, quę de iure Francorum primogenito debetur, inducant, vt feudum totum dicatur legitima primogeniti, quia legitima ortũ habuit à iure ciuili suadente iure naturali, secundum Din. in d.c. indultum. feuda autem non sic, vt in j. lect. in prin. primæ partis docui. Rursum legitima portio non est totum patrimoniũ, vt in authen. nouissima. C. de inoffic. testa. legitima autẽ primogeniti esset totum feudũ. Deinde in legitima omne onus deducitur, l. quoniã in prioribus. C. de inoff. testa. à feudo autem non deducuntur onera feudi etiam contra primogenitum, secũdum Isern. in c. j. §. quid ergo. de inuest. de re alie. fact. in const. si quis post litem. & in c. j. an agna. Item vita & militia, vt in const. Comitibus. Et paragium, vt in cõstit. in aliquibus. Quinimmo hoc aliud dicam, vt de iure communi primogenitus vitam secundogenitis conuenientem dare debeat, secundum cumulata per Felin. in c. prudentiam. de offic. delegat. vti in feudis titulatis & iurisdictionalibus cõcludunt omnes hîc: quæ

Feudum totum legitima primogeniti non dicitur.

Legitima ortũ unde habuerit.

Onera feudi non deducũtur à feudo etiam contra primogenitum.

portio loco legitimæ habetur. Etenim si esset legitima, ab intestato caperet illam, repudiata hæreditate patris, secundum veriorem opin. cumulatam in l. gerit. in apostil. super Bart. ff. de acquir. hæred. post tradita in authent. hoc amplius. C. de fideicommis. & in l. scimus. §. pen. C. de iure delib. & tamen etiã ab intestato filius nõ capit feudũ repudiata hęreditate, c. j. an agna. & c. filius. de cap. qui cur. vend. Cęterùm videmus, secundũ Pau. in consil. cccl xxv. legitimã ideo competere filio, quia debetur ei tã quam de substantia bonorum paterno rum, l. scimus. §. repletione. C. de inoffi. test. feuda verò recta ex pacto & prouidentia debentur nobis ex prouidentia primi acquirentis ac dantis, & non minùs legis, secundum glos. in c. j. de his qui feu. dare poss. iuncta l. iij. C. de don. quæ sub mo. & Iser. in c. j. vers. & olim. de suc. feu. cum concor. Et non minùs feuda hęreditaria ex eadem prouidentia nobis debentur, secundum Isern. in c. j. in prin. col. ij. de alien. feu. pat. vt latiùs paulo antè ostendi, licet in hæreditario feudo qualitas hæreditaria quoq; insit. Ad quod dicẽdum tũ maximè impellor, cùm, si argumẽta cõtraria attẽdemus, esset legitima hæreditaria, quæ non

Legitima filio quare cõpetat.

§. præterea ducatus.

non staret in pura natura legitimæ, vel propositio illa locum haberet in feudo ex pacto & prouidentia non hæreditario, non autem hæreditario, vt arguẽdo & respondendo ſ. demonstraui. Quam ob rem rectiùs loquentes dicamus, vt talia regna ad instar legitimæ dicantur indiuidua ratione dignitatis annexę, vt notat gloss. in l. j. C. de metro. beri. Quæ si ex pacto & prouidentia sunt, restitutioni necessariè subiacent, secundũ Iser. in c. j. de eo qui sibi & hęred. suis. hîc, & in c. j. §. & olim. de succ. Si verò sunt hæreditaria, filio primogenito debẽtur ex restitutione necessaria, cum qualitatę tamen hæreditaria, secundum Isern. in c. j. col. ij. de alie. feu. pat. vti in quæstione, quod sit feudũ ex pacto & prouidentia, dixi. Et si hæc prædicti cogitauerũt, vt quandam similitudinẽ cum legitima habeant ratione indiuiduitatis, rectè dixerunt, vt ita intellexisse cogito: aliàs, quòd iure legitimæ veræ starent, malè loquerẽtur, maximè si vera esset opinio Alber. in suo Dictionario, & Bart. in l. inter tutores. ff. de admin. tuto. ¶ Circa secundũ caput, an in secũdogeniti persona, qui excluditur à primo, aliqua legitima considerari possit? reassumendo dicta in præcedenti capite, dicendum

Secundogenito nullâ legitimâ debitam esse in feudo.

eſt, quòd ſiue totum feudum ſtet in perſona primogeniti iure legitimæ, prout illi dicebant, ſiue illud cauſetur à qualitate indiuidua dignitatis feudo annexę, vel à natura feudi in feudis, vbi viuitur iure Francorũ, vel qualitate quæ rei cohæret in feudis titulatis, hoc tamen ſemper verum erit, vt cùm totũ feudum ſit primogeniti, ſecundus à feudo cenſeatur excluſus: qa incluſio vnius excluſio eſt alterius, l. cùm prætor. ff. de iudi. Quã ob rẽ Abb. in c. licet. Extr. de voto. Ioã. And. in c. ſine culpa. de regu. iur. in vj. Oldr. in cõſil. xciiij. Ioan. de Imol. in c. ex parte. de feud. Pau. in conſil. ccliiij. col. pen. & cumulati per Abb. in conſil. iij. in ij. vol. & in conſil. xij. in j. vol. dicunt, communem eſſe cõcluſionem, vt præter primum cæteris filijs nulla debeatur legitima. Quod quidẽ admiratione dignũ nõ eſt, quia cùm hęc indiuiduitas fauore publico fuerit introducta, vt probãt Old. in cõſi. xciiij. Abb. in d. cõſi. iij. & Doct. hîc, non incõuenit, vt ex cauſa fauoris publici legitima denegetur, ſecundum tradita per Abb. & alios in c. Rainutius. Extra. de teſta. quos cumulatos videre potes per Io. de Lecrier in ſuo tract. primogenituręę, in ij. li. q. vj. per Campe. in tract. de dot. q. xxvj.

Incluſio unius, eſt excluſio alterius.

Legitima ex cauſa fauoris publici denegari, taxari, atq; diminui poteſt.

&

§.pręterea ducatus.

& per Cur.in conſ.x.col.iiij. Secundò ad idem affertur, quia ſi opinio illa vera nõ eſſet, pvt cõmunior eſſe videtur, negari ſaltem non poſſet, quin omnium communis opinio ſit, legitimam poſſe à lege noua taxari, & diminui, vt in locis citatis patet: quia taxatio, quæ p legẽ ciuilẽ introducta eſt, alia lege minui poteſt. Et nos videmus de iure cõmuni, filijs excluſis à primogenito, quãdã portionẽ eſſe reſeruatã, vt honeſtè viuãt, ad quam pręſtandã primogenitus obligatur, ſecundũ cumulatos per Feli.in c.ad audientiã.de off.dele. & per Mod. hîc. Videmus quoq; in hoc regno filijs ſecũdogenitis debitam eſſe vitam & militiã, vt in cõſt. Comitibus. & filiabus paragium, vt in conſt.in aliquibus. Quę omnia legitimę vice omnibus concedun tur, ſecundum Ioan.And. & Hoſtien.in ſimili, in d.c.licet.Extra.de voto. Mart. de Lau.in ſuo tractatu primogenituræ, col.vij. & Abba.in d.cõſ.xij. quia ſi quo quo modo propter excluſionem hęc eiſdem conceduntur, loco legitimę ſubrogantur, & eandẽ naturam ſapiunt, l. j.§.hæc actio.ff.ſi quis teſt.lib. eſſ.iu.fu. Tertiò, vt oſtendam ipſam vitam & militiam verè loco legitimæ habendam eſſe in regno, hac ratione moueor, quia

Ifern. in conſtit. Comitibus. & in conſtit. ſi qua mulier. in verbo, de bonis. in tit. de ſucc. ab inteſt. per literam incipientem, alienationis actus. & Napudanus in conſuetudine, ſi aliquis. in verbo, tenetur. in tit. de alimen. præſtan. cõcludũt, vitam & militiam eſſe onus feudi: de quibus per Ifern. in c. j. §. quid ergo. de inue. de re alie. fact. & in conſtit. ſi quis poſt litem. Et ſi eſt onus, omne aliud onus legitimæ eſt ſublatũ: habet namq; à feudo, vnde ſecũdogenitus militare poſsit, pro quo feuda ipſa adinuẽta fuerũt, vti in prima parte legis huius dixi. Non quidem dubitamus, quin vita & militia non minùs detur filio, quia filio: quàm filio, quia filio feudatario, eo quòd militare cõpellitur, ſecundũ Iſer. in d. conſt. comitibus. Quapropter & hoc aliud addimus, nempe vt ſicut in perſona primogeniti vera natura feudi conſiſtit propter qualitates expreſſas, in c. j. §. fin. in quibus cau. feu. amitt. eodem modo quoddã aliud feudũ, quod vitæ & militiæ vocetur, in perſona ſecũdogeniti conſideretur, propter præſtationem illam annuam, quę ab illo feudo eidẽ conceditur, ob quã militare cõpellitur. Atqui dices tu, feudíne nomen hęc vita & militia habere meretur, qd

Vita & militia onus eſt feudi.

Vita & militia feudum dicitur.

in

§.prętereaducatus.

in pecunia cõsistit, & morte finitur? cui quęsito respondens, ego quoq; dicam, nónne feudum soldatę eiusmodi etiam est naturę? c.j.§.fi.quis dicatur dux.& alia, de quib.in c.j.de feu.guar. quinimo breuioris vitę est feudũ soldatę, quia vtriusq; morte illud finitur: vita autẽ & militia sola morte recipientis, vt in d. const.Comitibus.habetur:& ratio satis aperta est, cur vitæ alimenta vix habens militare adhuc compellatur, quia minimè à naturali, vel ciuili iure hoc habet, sed potiùs à munificentia principis cõcedentis ei portionem istã, quam ideo dat, vt ipse faciat, id est, militet, itaq; dicatur vita & militia. Quartò ad idem affero, quia si nos concludimus, legitimam esse introductam loco alimentorum, quæ præstantur filio excluso ab hęreditate, vita & militia quoque datur filio secundogenito excluso à primo, vt in d.const.Comitibus.& non minùs vt militet, quàm vt alatur, vt ab ipsius nominis vitæ & militiæ significatione colligimus, Vita pro alimẽtis, & militia vt seruiat, arg.l.ij.§.appellata.ff.si cer. pet. Ex qbus nullã cõpetere secũdogenito legitimã cõcludo, sed feudũ dũtaxat vitæ & militiæ in regno, vt in cõst.Comitib. deberi: vel extra regnũ alimẽta, vt in c.

Vita & militia morte recipientis finitur.

ad audientiam. de offic. deleg. per Feli. ac per Doct. hîc, quæ à lege ei dantur ex re patris prę̃mortui ſecundum æquitatẽ quandã, qua moti ſunt patres noſtri, vt hoc ad feuda extendant, non autem quòd lex feudalis hoc iuſſerit. Et hoc quidem rectè: ſiquidem ea quæ omiſſa erant, à iure Ciuili ſupplenda ſunt: text. eſt apertus in c. j. de feu. cogn. vti paulo pòſt perſpicuè cernes. ¶ Circa tertium caput, quãdo pater donauit feudum hę̃reditariũ ſecundogenito cũ aſſenſu, qd̃ facere poteſt, ſecundũ Iſern. in c. j. de alie. feu. pat. & in c. j. de na. ſuc. feu. an primogenito ex capite inofficioſæ donationis, vt in l. j. & ij. C. de inoff. do. competat legitima? Perſtringamus primò articulum, quia nos nõ loquimur, an feudum computetur in legitimã: de quo p Scribẽtes in l. omni modo. §. imputari. C. de inoff. teſt. & ibi per Salic. & alios in l. ſi patroni. ff. ad Trebel. & ibi Alex. ac p cumulatos per eundẽ Alex. in cõſ. xix. in v. vol. per Frãc. Curt. in iiij. parte ſui tractatus, & p Iac. in alio tractatu, in verbo, & cũ pacto qd̃ de ipſo feud. col. pen. ſed loqmur, an ab ipſo feudo, qd̃ in diuiduũ pmanet in perſona ſecũdogeniti, deducatur legitima? Et videtur primo loco, q, nõ, quia ſi prę̃ter illud indiuiduum

Filio primogenito excluſo per inofficioſam donationẽ patris, competit legitima ſaltem in extimatione.

§. Præterea ducatus.

uiduũ, quod competit vni, vt in c. licet. Extr. de vot. & hîc nulla cõsideratur legitima, vt in præcedenti secundo c. cõclusimus, ad quemcunque res illa indiuidua vadat sine onere legitimæ, illam retinebit, etiá quòd filius exclusus fuisset natura primogenitus. Ita dicebat Salic. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. per c. licet. Extra. de vot. & glos. ibi communiter approbatá per Innoc. Hosti. Ioann. Andr. Abba. & omnes, & Imol. in c. fin. Extra. de feu. col. xiij. Secundò certum est, feuda inuentá esse à publico, vt in authen. de exhib. reis. §. optimum. provt firmat Iser. in c. j. §. valuasores. in tit. de his qui feu. dare poss. & in alijs infinitis locis, hoc est, à patrimonio Regis propter bonum publicũ, vt patet in c. j. de prohib. feu. alie. per Lotha. & nos fusiùs diximus s̃. in prin. istius legis, lect. prima. Nam publicam vtilitatem, nõ autem filiorum commoditates, vel æquitatem aliquam leges feudales considerarunt: quia rigorosa est consuetudo ipsa, secundum Iser. in l. ista, in prima parte, col. iij. vt ibidem nos quoq; diximus: quapropter ius feudale nunquam ipsius legitimæ meminit, satis esse putans, militiæ, quam proscopo habebant, satisfactum esse, vt in

Feuda inuenta à publico.

c.j.§.fin.in quibus cauſ.feu.amit. Tertiò, quia vt feudum hoc ita indiuiſum tranſeat in hũc ſecundogenitũ, q efficitur primus, intereſt domini, vt vocati ab eo, illo ordine, & ſub illa qualitate, provt ipſe dedit, admittantur, c.j.§. profectò. de lege Corradi. Hinc certè verita eſt diuiſio in hoc §. noſtro, ne fiat dominus, qui non eſt, ſecundum Iſern. & omnes. Nulla ergo poteſt conſiderari legitima propter damnum domini, qui damno potiùs afficeretur, ſi res ſua contra voluntatem propriam aliter ad ſucceſſores iret, l.fi.ff.de vſu & hab. Indiuidua ergo conſeruetur, & nulla legitima inde detur. Quartò, vt nulla debeatur legitima, hac ratione patet: quia primogenito, qui in effectu eſt primogenitus, feudi ſucceſsio datur, & nõ illi, qui aliquo modo feudi incapax eſt effectus, vt probat Iſer. in c. j. §. præterea. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. Vnde cùm is, qui feudum capit, reperiatur primus: qui antea erat primus, erit loco ſecundi, cui per legem iam prouiſum eſt, vt ſola vita & militia cõtentus remanere debeat, d.conſt. Comitibus. vel alimẽtis, de iure communi, vt dixi. Quintò, quia aut feudum eſt ex pacto & prouidentia, aut eſt hæreditarium: ſi

ex

§. Præterea ducatus

ex pacto & prouidentia, in nullo pater ei nocere potuisset etiam domino consentiẽte, & integrum feudum haberet, c.j.de succeſſ.feu.& c.j.de alien.feu.pa. Si verò eſt hæreditarium, non ſolùm pater in toto feudo ei præiudicare poſſet, quia non poteſt in tali feudo venire cõtra factum defuncti, ſecundum Iſern.in c.j.col.j.de alie.feu.pat.per l. cùm à matre.C.de rei ven.ſed etiam in ipſa legitima, quæ aliàs ei deberetur, propter donationem inofficioſam, eo quòd publica vtilitas legitimè debitum antecedit, vti Bal.in authentic.hoc amplius.C.de fideicom. placuit, nempe vt c.licet.de voto.ita habeat locum in feudo hæreditario, vt etiam ab eo nulla deducatur legitima. Quid dicemus nos? Contrariã opinionẽ eſſe de iure veriorem, quam ſoluendo argumenta contraria probabo, quandoquidem ſi propter rationes in contrarijs argumentis contentas in corpore ipſius feudi non debetur legitima, debebitur ſaltẽ extimatio legitimæ, in qua rationes omnes in medium productę ceſſant. Et primò nõ obſtat c. licet. quia ibi priuatur ex culpa propria, cùm ſponte ſe votũ adimpleturũ ſpoponderit, vt ſ.probaui. Hoc enim minimè negamus, vt ex multis culpis

Legitima in feudo filio excluſo per inofficioſam donationem, debetur ſaltem in æſtimatione.

proprio feudo priuetur, & inter ipsas culpas vna illa sit, quæ continetur in d. c. licet. secus autem esset, vbi ipse non delinqueret, nec facto suo feudū amitteret, vt est, quando pater cum assensu donat feudum hæreditarium secundogenito, quia tunc ab alijs legibus determinādus esset casus iste, vt infrà demōstrabo: non quidem discedimus propterea ab opinione glos. in hoc, vt non debeatur legitima aliqua, quia nulla debetur in casu c. licet. propter culpā propriam. Et hoc est, quod voluit dicere Bal. in authē. hoc amplius. casum nimirum c. licet. Extr. de voto. esse specialē, nec ad consequētiam trahi: specialem, inquam, quia ex facto proprio priuatur, aliàs de directo contradiceret, c. j. de succes. feu. ibi, nulla ordinatione valente, vel manente. cui c. staremus in decisione feudorum, & non iure Canonico, c. j. de feu. cogn. quia & de iure feudorum quoque est, quòd licet filius nō grauetur à patre, c. j. de succ. feu. grauatur tamen volens non conficiendo inuentarium, vt in c. j. an agna. & ibi per Isern. sed in casu nostro nihil commisit primogenitus, cui si propter indiuiduitatem feudi non deberetur legitima in ipso corpore, non propterea sequitur

§. Præterea ducatus.

quitur, quin saltem debeatur in extima tione, vt infrà in solutione tertij argumenti dicemus. Non obstat secundũ: fateor enim cõsuetudinem rigorosam feudalẽ nil aliud curare, nisi vt habeat milites suos paratos ad militandũ, sed hoc verum est in eo, quod expressè lex feudalis statuit: cætera verò, quæ consuetudo ipsa omisit, regulis iuris Ciuilis ac Canonici commisit, d.c.j. de feu. cognit. Quam ob rem cùm lex feudalis de legitima ipsi primogenito debenda nihil dixerit, à regulis iuris Ciuilis determinationem capiet, vt in vltimo argumento latiùs declarabo. Non obstat tertium argumentum, quia ego fateor assumptum, vt feudum omnibus rationibus deductis in contrario argumẽto indiuiduũ permanere debet: sed non propterea sequitur, non potest diuidi corpus, & dari legitima in corpore, ergo non debetur extimatio in pecunia, quia valor ipsius legitimę taxabitur, & in extimatione præstãda erit. Patet primò hoc ex communi conclusione Bal. Paul. Salic. & omnium in l. scimus. §. repletione. & §. illud. C. de in offic. testam. vbi concludunt, quòd vbi legitima non potest præstari in re, debet saltem præstari in extimatione. Ad

idem affero doctrinã Isern.in c.j.in ver. non de paterno.in tit.de duob.frat.vbi concludit,quòd si constat vni competere partem feudi indiuidui, quia feudum diuidi non potest, partis extimatio debetur,per l.cùm pater.§.cùm extimaret.& l.cùm filij.in prin. ff. de leg.ij. l. qui graui. ff. de iure codic. l.Falcidia. ff.ad legem Falc.cũ concor. & hoc etiã tenuit in §.isto, col. v.in duobus locis. Tertiò ad idẽ alteram doctrinã eiusdẽ Iser.affero,in c.j.§. fi. de inue.de re alie. fact.vbi concludit,quòd si vxori nõ debetur quarta in feudo, debetur saltem extimatio. Ad idem pondero, quia sicut licet arguere à ratione expressa cessante,l.adigere.§.quãvis. ff. de iure pat. ita etiã licet arguere à ratione tacita cessante,secundũ Soc.in cons. clxv. paulo antè citato: sed ratio c. licet. vt glo. ibi declarat,& §.istius nulla alia fuit,nisi vt feudum nõ diuideretur, quod quidem nedum tacitè,sed expressè dicunt:ergo submota ratione diuisionis,bene legitima debetur. Sed hæc diuisio cessat per pręstationem extimationis:ergo cessat legis dispositio, quoniam nulla lex dicit,vt non debeatur legitima,sed dicũt, feudum non esse diuidendum:stet ergo feudum indiuisum,vt lex feudalis man-

dat,

§. Præterea ducatus.

dat, & alia lex seruetur, quæ vult, vt vbi in corpore non potest præstari legitima, præstetur saltem in extimatione, vt est communis conclusio in d. l. scimus. Ita concludunt Gui. Pap. in decis. ccccl xxvj. & decis. ccccl xxxvij. Pau. in cons. ccclxxv. qui allegat Oldrad. in consil. xciiij. Bal. in consilio lvj. in iij. volumi. Isern. in constitut. Comitibus. j. colum. & in constitut. constitutionem. & hîc colum. ij. Bart. in l. j. §. iij. ad legem Falcidiam. & Bal. in l. si fundi. eodem titul. Paul. in consi. ccxl. Bal. in l. cum lege. in fin. C. de epis. & cler. Alexan. in consil. xxix. in v. volum. Et quòd, vbi in casu §. istius non habet locum legitima in corpore rei, habet locum in extimatione, tenuit Ioan. Lupi. in repe. rubr. de don. inter vir. & vxo. §. xlvij. col. iij. in fi. post Ias. in l. iij. col. cxlij. C. de iure emph. & faciunt omnia dicta per me ſ. an legato feudo debeatur extimatio? Ex qua solutione simul tertium argumentum, & caput extimationis expedita remanēt. Non obstat quartum argumentū, quia, vt inquit Socci. in consi. clxv. in primo volum. §. iste est exorbitans, nedum à iure cōmuni ciuili, sed à iure communi feudorum, vt in c. omnes filij. si de feu. fuer. contro. qua ratione omnes leges,

quæ auferunt partem ſecundogenito, quæ eidem debetur à lege, exorbitantes dicuntur. Sic enim cõſtitutionem, vt de ſucceſsionibus. & conſtitutionẽ, comitibus. exorbitantes eſſe dicimus. Et ſi iura contraria ſunt, exorbitantia debent intelligi in caſu ſuo, nec extendi poſſunt, l. ſi extraneus. ff. de cond. inde. præſertim quia conſtitutio, comitibus. & ſimilia iura loquuntur, quando primogenitus præfertur à natura, & eſt primus per electionem naturæ, non autem per electionem patris, tum maximè, quia nõ propterea, quia donat feudum ſecundo, ſecundus efficitur primus, quia poteſt quis feudum habere ex alienatione patris, & nedum eſſe primogenitus, ſed extraneus. Nam lex cõſiderauit primũ, qui à lege vocatur, vt primus, ſecundum Iſer. in §. præterea. quæ fuit prima cauſ. non autem, quòd facto hominis efficiatur primus: potuit enim pater primum priuare feudo hæreditario cum aſſenſu regis, ſed non potuit ſecundum facere primum, vt ſuccedat ex legis prouidentia per primã inueſtituram. Vnde cùm adhuc filio primogenito, dempto feudo, filiatio & primogenitura remaneant, quia aliud eſt priuare ipſum feudo, quàm priuare

ipſum

ipsum primogenitura & filiatione, dicamus, q, si data vita & militia secundogenito, const. comitibus. iuncta cõst. vt de successionibus. priuauit filium legitima, vel ipsam diminuit, illud, quod dicitur in filio secundogenito excluso à lege, non extendatur ad primum exclusum per pactũ hominis à feudo, & non à filiatione & primogenitura, per quod non potuit inferri præiudicium primo in sua legitima, l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. testa. Quia de secundo lex dũtaxat loquitur, arg. l. si extraneus. ff. de cõd. inde. & l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. Nam si lex feudalis prouidet filio secũdogenito de vita & militia, in constit. comitibus. lex ciuilis prouidet primogenito de legitima, si pater rem, quę ad ipsum spectabat, inofficiosè donauit, d. l. j. & ij. C. de inoffic. don. Cumq; prouisiones sint diuersæ, & correctio stet in persona secundogeniti à lege exclusi, non autem contra primogenitum omni lege inclusum, qui ex sola impietate patris excluditur, vnaquęque prouisio decidere debet casum suum, argu. l. cùm quidam. ff. de lib. & posthum. Ad cuius concomitantiam hoc aliud addã, quia omne illud, quod expressè determinatum non est per leges feuda

§. Præterea ducatus.

Primogenito competit legitima in inofficiosa donatione.

les, relinquitur dispositioni iuris cõis, & in primogenito satis aperta sunt iura, vt ei cõpetat legitima in inofficiosa donatione, l.j. & ij. C. de inoffi. do. saltẽ in extimatiõe, iuxta tradita in l. scimus. cum concor. in iij. arg. aceruatis, nec alia lege primogenito legitima aufertur. Et vltimò, qua æquitate moueri poteris ad dicendũ, vt si lex & natura dederunt primo, vt totũ feudũ capiat, cõuertatur in eius odiũ, vt is, cui pater donat, eodẽ beneficio gaudeat etiã priuando ipsum legitima sua, cõtra l. quo fauore. C. de legib. Nam videmus etiam diu obseruatum in regno, q, rex non cõsentit patri donanti omnia feuda secundogenito, & vix de tribus vnũ, iuxta terminos cõstitutionis, fratrib. vt nõ noceat filio in sua legitima, & tñ si vellet donare primo mille castra, lex sine assensu illud pmittit, c.j. §. & si libellũ. de alie. feu. pat. & rex nõ minùs consentiret, si assensus ab eo peteretur, provt Moderniores etiam allegantes prouisiones in archiuo existentes notant. Non obstat quintũ argumentũ, quia pater potest nocere filio ita in feudo hęreditario, sicut in qua libet re burgẽsatica cum assensu regis, & hoc fatemur: sed in re burgensatica non noceret per viã inofficiosæ donationis

tionis filio suo in legitima, vt §. in principio articuli præmisi: ergo minimè nocebit in feudo, quatenus instar legitimæ debetur primogenito. Ita tenuit Bal. in d. authenti. hoc amplius. col. iij. vers. dicas ergo. C. de fideicom. vt c. Sylueſter. xj. q. j. & c. si hæredes. Extr. de testam. intelligantur, salua legitima: itáq; dicunt intelligendam esse l. cùm à matre. quia confecto inuentario legitima competeret iure proprio, vt in l. sancimus. C. de iure delib. Per quæ concludo in casu inofficiosæ donationis etiã cum assensu domini patrẽ nõ posse nocere filio primogenito in sua legitima in feudo hæreditario, saltẽ respectu extimationis consequendæ. Quod quidẽ hoc vltimo & solo argumento sic in calce posito persuadere curabo: nam si in tota parte feudi, siue diuidua, siue indiuidua, quando feudum est debitum filio ex prouidentia legis, pater ei non nocet, c. j. de succeſſ. feu. etiam cum assensu, vt in c. j. de alien. pat. minimè ergo nocebit in feudo hæreditario in legitima, quam inuito patre saltem in extimatione habet, l. si arrogator. ff. de adopt. quia eadem est ratio, ergo idem ius. Nec refert, quòd in feudo hæreditario tenetur esse hæres, quod non

§. Præterea ducatus.

erat in feudo ex pacto & prouidentia non hæreditario, quia hoc non est verũ in legitima, vbi cætera pater inofficiosè donasset, quia caperet filius legitimã absq; onere hæreditario, vt dicũt Fran. de Aret. Bar. & cæteri in l. gerit. per tex. in l. sancimus. C. de iure delib. §. pen. cũ concor. per me suprà citatis. Quo solo arg. ita absq; scrupulo iudicarem, maximè authoritate Isern. in c. j. de succ. feu. & vbiq;, vbi ideo dicit, quòd pater non potest nocere filio, quia filio debetur feudum ex legis prouidentia inuito patre, per text. in cap. primo, de succes. feu. & per tex. in l. si arrogator. qui text. in l. si arrogator. loquitur in legitima filij, de qua nos tractamus. Ex quibus, si veros feudorum terminos ponderabimus, illud concludemus, vt vbicunque lex ciuilis dat legitimam filio in re burgensatica, eodem modo, si pater alienauit feudum hæreditarium cum assensu, filio primogenito competat legitima in feudo. Dixi, cum assensu. quia sine assensu reuocaret filius, quod per patrem nulliter factum est, secundum Isern. in prin. c. istius, in addit. col. vij. Dixi, hæreditariũ. quia de non hæreditario non habemus dubium, quia neq; cum assensu pater facto per filiũ inuẽtario disponeret,

neret, c.j.de fuc.feu.& c.j.de alien.feu. pa.Et quę habentur in c.licet.procedũt propter ſpecialem caſum,vt dicit Bald. in authen.hoc amplius.C.de fideicom. vt ſ.latiùs declaraui.Cui deciſioni non obſtat id,quod quidam dicũt, vt aliter dicamus in re burgenſatica, in qua ſolius patris iudicium quærimus, quàm in feudo,vbi & patris & domini cõſenſus exigitur:primò, quia dominus ſolum tollit obſtaculum, vaſallus autem feudum transfert,in prin. in c. imperialem.in illo articulo, an qui conſentit, det,demonſtraui. Secundò hæc qualitas nullo modo obeſt, quia ſequeretur, quòd in re emphyteotica, quæ non alienatur ſine aſſenſu domini, etiã quòd ſit hæreditaria,filio non daretur legitima:quod quidem ridiculum eſſet dicere,nec iure cautum reperitur,vt,vbi requiritur aſſenſus domini directi,in vtili non detur legitima. Deducet ergo filius primogenitus legitimam à feudo inofficiosè donato, quod non eſt totũ legitima in perſona ſecundogeniti,cui eſt donatum,ſed quid indiuiduum ſaltem in extimatione. ¶ Sed tunc incidenter quæram, num tertia pars illius partis,quæ vni filio competeret, ei pro legitima debeatur,vel tertia totius feu-

5.Præterea ducatus.

Res emphyteotica non alienatur ſine aſſenſu domini.

Legitima an ſit tertia totius.

di, quod sibi, vti primogenito, competeret? Cui quæsito respondemus, legitimam nõ esse tertiã portionis vnius, sed tertiam totius, postquam à lege ciuili hæc determinantur, secundum quam tertia est illius partis, quã ab intestato habiturus esset, vt in authent. nouissima. C. de inoffic. test. Nam certũ est, q, si pater inofficiosam donationẽ nõ fecisset, totũ feudũ fuisset pars illius primi, vt hîc, & in d. constitut. vt de successionibus. in feudo autẽ diuiduo esset tertia pars propriæ partis, in qua in feudo succesisset, quia hoc modo eidem successio ab intestato daretur. Sunt tamẽ quidam, qui ea ratione hæc limitare conantur, vt non habeant locum in feudo nouo empto, quia cùm filius primogenitus teneretur secundogenitis ad partẽ pretij, quo pater emit feudum, in effectu portio sua nõ est respectu totius feũdi, sed tertiæ partis, quam cum effectu habiturus esset ab intestato. Rursum, qa licet in feudo succedat solus primogenitus, tamen ad constituendum dotem de paragio, & vitam & militiã, quæ ad instar legitimæ debentur, quantumcunque vnus succedat, omnes connumerãtur, vt not. Iser. & alij in const. in aliquibus. & in cõsti. comitibus. quia qui non habet

habet partem, facit partem: lege, Papinianus. §. quoniam. ff. de inofficios. testament. si ergo etiam, qui non succedunt, connumerãtur ad taxandum paragiũ, seu vitã & militiã, eodẽ modo dicemus, vt oẽs hi, quib. soluitur pars pretij, cõnumerẽtur respectu primi, vt taxetur legitima sua. Et deniq; propterea certum est, legitimam deberi deducto ære alieno, vt in authen. nouissima. & in d. §. quoniam. & si istius pretij pars est prẽstanda secundogenitis, priùs illa deducatur, vt deinde taxetur portio legitimæ in ipso feudo. Quibus tribus medijs patet legitimã esse tertiam tertiæ, & non tertiam totius. Sed his nõ obstantibus adhuc contrariam partem verã esse affirmo, & præsuppono, quòd si frater tenetur conferre fratribus partem pecuniæ, non tamen tenetur conferre partem ipsius feudi in corpore feudi, nec extimationem rei, vt in re succesisissent, sed in ipso pretio quo feudũ emptũ est, qd̃ pater filio in vita donauit, nec ipsius collationẽ phibuit, vt vnà cũ Isern. paulo pòst dicemus, & sic clarè liquet, q, totum feudũ, in quãtum feudũ, fuisset suũ. Quo sic prẽfato, dico, eã ob causã cõtraria nõ obstare, quia & si filius primogenitus nõ est habiturus

§. Præterea ducatus.

partẽ ſuã integrã cum effectu, ille effectus pecuniæ non eſt in conſideratione reſpectu corporis feudi, quin totum dicatur portio primogeniti debita ab inteſtato, quia licet ipſius patris vnicum ſit patrimoniũ, duę tamen quodam modo hæreditates & ſeparatę cẽſentur, bonorum nimirum feudaliũ & burgẽſaticorum, argum. l. certarum. §. j. ff. de milit. teſt. pro quo eſt caſus in c. j. in tit. an agna. & in c. filius. de cap. qui cur. ven. & negari non poteſt, quin feudum, in quantum feudum, totum nõ ſit primogeniti, vt præmiſi, in quo ſolus ſucceſiſſet, etſi fratribus partem pretij dare cõpellitur: qua de cauſa non videtur, vt cũ effectu totum feudum habeat, quia ex parte altera pretiũ ſoluit: cogita in primis rogo, ius hoc ſuccedendi in feudo nõ oriri ex eodem fonte, quia feudum ex legis quoque ac dantis prouidentia habet, ſecundum Iſern. in c. j. de ſucceſ. feu. partem verò pretij fratres habent ex voluntate patris, qui filio pretiũ feudi donauit, & collationem non prohibuit: quã ob rem cæteris fratribus pars pretij, non autem feudi extimatio ex via collationis in hæreditate burgenſatica debetur, vti apertè Iſern. hîc in addit. in prin. medio, & fine, ter declarat.

Burgenſatica, tanquam ſeparata hæreditas ab hæreditate feudalium, iudicantur.

Vnde

§. prętereà ducatus.

Vnde in effectu, vt contrarium argumẽtum nititur ostendere, minus adest in bonis & patrimonio burgensatico primogeniti, ex quo compellitur soluere partem pretij, itaque minuitur patrimonium filij, & augetur hæreditas burgensatica patris, non tamen minus adest in patrimonio feudali ipsius patris, & in portione & successione ipsius primogeniti, qui succedit in feudo, quod totum est suum in effectu & sine diminutione. Pone enim patrem emisse feudũ, & in ipso contractu emptionis prohibuisse collationem pretij, quod potest, secundum Iser. hîc, arg. authent. ex testamento. C. de collat. postea verò inofficiosè cum assensu donasse feudum tertio extraneo, extantibus filijs secundo & tertiogenitis, num hoc casu dubitare mus, quin legitima filij esset tertia totius, quia totum cum effectu futurum erat suum? sanè non. Pone, patrem prohibuisse collationem, & donasse postea inofficiosè secundogenito, nónne certũ est, quòd submoto obstaculo extimatiõnis prestandę, portio sua cum effectu esset tertia totius? Si ergo, vbi extimatiõ non deberetur, & legitima esset in corpore ipsius feudi, diceremus, tunc legitimam esse tertiam portionis debitę ab

inteſtato, vt in authē.nouiſsima. C. de inoff.teſt.eodē modo dicemus etiā, vbi pro pretio donato eſt obligatus fratribus, vt à tota portione taxetur legitima ſua, d.authē.nouiſsima. cui ſtare debemus, ſi cōtrariā in feudis legē non videmus, arg.c.j.de feu.cog.eo quòd legem ſatis perſpicuam habemus, q̄ portio legitimæ commenſuretur ab ipſa ſucceſſione, l.parētibus. C. de inoff.teſt. vt in ſpecie not. Ant. de Roſa. in tract. de ſuc. ab inte. nu. ccxl. Nā ſi cōſideramus ipſū feudū, ad illud venit filius iure ſucceſſorio feudorū, ſecundū Bal. & omnes, in c.j.de ſuc.feu. pars aūt pretij debetur fratrib. excluſis à lege feudali de iure ciuili ex capite collationis, tū conſiderata patrimonij burgēſatici ipſius patris diminutione, tū quia alijs diminuēdo primogenito donauit, quæ copulatiuè ter hīc cōſiderantur ab Iſer. licet quidā ad hæc non aduertētes aliter diſcurrāt, quòd ſit ſimplex extimatio feudi. Non obſtat ſecundum argumentum, quia diſſo hoc articulo, ſi qui non habet partem, faciat partē. de quo per Brun. quī omnes cumulauit in ſuo tractatu, de ſtatutis excludētibus fœminas, etc. in xiij. articulo, quæſtio. iij. ex ſe iſtud parū facit ad caſum, eo q̄ non tractamus, ſi eſt

tertia

§.preterea ducatus.

tertia, vel semis ex numero filiorum, vt in authen. nouissima. sed si hæc portio tertia, aut semis sit respectu totius feudi, vel respectu particularis partis, considerata extimatione: nam si de toto non curamus, vt sit triens, vel semis totius, postquam totum est pars sua: quia, vt in præcedenti solutione diximus, non curamus, quòd propter pretium conferẽdũ diminuatur patrimonium burgensaticum, modò non diminuatur successio respectu totius feudi. Nó obstat tertium, quia soluere partẽ pretij, non est onus feudi, quod deducendũ esset, sed est onus filij, qui cõueniri potest, vt cõferat partem illius pecuniæ donatæ, cũ qua emptum est feudũ, in quo non obligatur feudũ, sed filius, vt in simili dicimus de paragio, ad quod actione personali filius cõuenitur, secundum Iser. in const. in aliquibus. magis ergo quærendum erit, si aliquid adest, quod imputetur ei in legitimã, vt in l. omni modo. §. imputari. C. de inoffic. testam. q̃ si tertia totius pro legitima debeatur. Et illud præterea, an vita & militia, aut filiarum paragia, vt in constit. in aliquibus. in constit. comitibus. & in c. alienationis actus. deducenda sint. ¶ Notate secundò ex isto textu, inter dominum

Aequalitas seruanda est inter dominum & uasallum.

& vasallum æqualitatem esse seruandã: & hoc quidem non ea ratione, quia sicut dominus absque suo consensu non compellitur alium vasallum habere, iti dem vasallus nõ compellatur eo dissen tiente plures dominos habere, vti quidam autumant: magis autem, vt quo modo succedentes non possunt diuide re feudũ dignitatis, ne dominus eo inuito plures habeat vasallos pro illo tẽpore ab ipso non vocatos, eodem vasal lus non cõpellatur propter factum domini plures habere dominos loco vnius, cui fidelitas est promissa. Sed contra tex. hunc arguit principiò gl. de tex. in l. si vsumfructum. ff. de vsufruct. quæ iubet ipsos fructuarios pluribus dominis satisdare debere. Nam inuito eo, cui seruitus debetur, interuerti non potest, l. aquam. C. de ser. & aqua. Non tamen gl. hæc argumẽta hoc in loco soluit, sed in c. omnes. si de feu. fue. cont. vbi contrariam opinionem sustinuit. Variè qui dem Doctores senserunt de re ista, siqui dem non defuere quidam, quibus placuit, hunc textum esse intelligendum, quando feuda alienantur per cõtractũ: secùs autem, si successores essent, quia tunc omnes habebuntur loco vnius, l. cui fundũ. ff. de condi. & demonst. Alij

Vasallus plures dominos habere non cogitur.

verò

verò dixerunt, vt propterea nō compel latur habere plures dominos, quia vni vice omnium fidelitatem præstat, quasi precedens distinctio in primo capite sit falsa, in secundo autem vera. Deinde alijs placuit, eam ob causam omnibus fidelitatem esse præstandam, quia iuramentum est indiuiduum, c. veritatis. de iureiur. omnibus ergo præstandum. Sic enim dicimus de ipso liberto, ff. fam. herc. l. quędā. & de iur. pat. l. j. videmus nāq; & ipsa indiuidua hęredibus pręsta ri in solidum, l. via. ff. de seru. inter quas opiniones positus Iser. illā sequutus est, quę tenet, vni pręstandū esse pro omnibus: sic enim nō erit vasallus vnius, sed omnium, & simul plures dominos non habebit. Effectus est magnus in petendo inuestiturā, & in offendēdo, quia aliter punitur crimē in dominū, quàm puniatur delictū in fratrē domini, vt in tit. de eo qui inter. fra. domini sui. c. j. Quid dicendum? Principiò dicā, contextum hunc loqui in eo, qui ad fidelitatē tenetur, propter feudū qđ ab alio tenet, vt patet in verbis illis, ꝑ vno feudo. nō autē in vasallo ligio, vel burgense, de quibus litera ista non loquitur, & aliunde argumēta ꝑ illis sumi debent. Secundo verò loco dicā, nō obstare iura in me

§. Prętereā ducatus.

dium producta à glos. hîc: quia in tex. l. si vsum fructum. præstatur factum negatiuum in non destruẽdo arbores, quod quidem factum si adimpletur vni, adimpletur omnibus: hîc autẽ loquimur in eo facto, quod nõ solùm in nõ faciẽdo, verùm etiã in faciẽdo multa, cõsistit, c. j. de for. fidel. & c. j. de no. for. fidel. & hoc factum in his, quę in faciẽdo consistũt, si adimpletur vni, non adimpletur alteri. Nõ obstat quoq; tex. in l. aquam. qa ibi ius erat quæsitum, hîc autem est quę rendum in persona vnius, cui ꝓpter dignitatem annexã feudum erat debitũ: sic enim dicebamús iure illo antiquo in specto, quãdo dominus vnũ ex filijs eligebat, in c. j. de his qui feu. dare poss. vt illi omninò præstaretur fidelitatis iuramentũ. Quantum autem ad opinionẽ summæ, quæ dicebat, distinguendũ esse inter eos qui capiunt feuda per contractum, vt hîc, & illos qui succesione feuda acquirũt, falsa est, quando quidẽ simpliciter litera loquitur, vt nõ teneatur habere plures dominos. Nec inueniri potest feudum, in quo virtute cõtractus quoq; nõ succedamus habito respectu ad primum acquirentẽ & dominum dãtem. Altera verò opinio, vt vni pro omnibus præstetur fidelitas, fuit glos. in

Vasallus uni pro omnibus præstabit fidelitatem.

§.pręterea ducatus.

e. omnes filij. & Bald. in l. ij. ff. de rerum diui. q. xxij. Ang. in l. loci corpus. §. si fundus. ff. si seruit. ven. Ioan. de Imol. in l. ij. §. item si in facto. ff. de verbor. obligat. Aluar. in c. omnes. & hîc Ludo. de Rom. in d. §. item si in facto. Imo. in l. iiij. de verb. obligat. Idem Bald. & Ang. in l. communis. ff. de in ius voc. Albe. in l. duo patroni. de iureiur. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua. versic. lxxij. Ange. & Lud. in l. ij. §. ex his. ff. de verb. obliga. Quid autẽ nos sentiamus, paulo pòst intelliges. In quã tum autem gl. in d. c. omnes. voluit, vt fidelitas vni pro omnibus præstetur, ei subscribit Bal. & Mart. in d. c. omnes. & hîc: Iacob. quoque idem tenere videtur hîc. Idem Ioã. And. sibi cõtrarius in tit. de feu. in §. quoniam. versic. xxix. Ioan. Rainaldi hîc, & Iac. de sancto Georg. in suo tractatu feudorum, ver. qui quidem inuestiti. Alb. sibi ipsi contrarius in l. stipulatio. §. quæsitũ. ff. de oper. noui nũc. & in l. cõmunis. in prin. ff. de ali. & cib. leg. Hostiẽ. in summa, in tit. de feudis. §. fin. ver. sed nunquid. Spec. in d. §. quoniam. & Iaco. de Ardiz. in tit. de succ. feu. §. sed vbi dominus. Hanc eandem opinionem tenuit Bartol. in l. cùm vnus. in princ. de bon. autho. iud. poss. & Franc.

de Aret.in l.ij.§.his.ff.de verb. obligat. qui dixit,hanc esse communem opinionem:quod approbat Iac.in dicto tractatu:à qua,si ita esset, recedere minimè vaderemus,arg.l.ij. ff. de offic. quæst. sed vereor, ne illis obstet, quia etsi vni seruiat,non satisfit huic literæ nostræ, quę palàm iubet, ne plures dominos habeat.Interest enim illius,omnes agnoscere in dominos,propter ea quę paulo antè dixi.Optimè tamen loquerētur habito respectu ad iurisdictionē, quia tūc ei parēre obligaretur,qui actu Iurisdictionem exercet. Quid tandem dicemus? Hūc in modum distinguendum esse do co,vt si feudum de iure indiuiduum est propter dignitatem,vel feudi naturam, putà si in eo viuatur iure Francorū, tūc vni fidelitas præstetur,vt in §.isto: siqui dem ab eo solo tenetur inuestituram verum habere,c.j.per quos fiat inuestit. Si verò sumus in feudo diuiduo, quod diuideretur vnà cum vasallis, tunc ei præstabitur fidelitas, qui in illo castro, vel parte successit, cui suberat feudum vasalli huius, secundum Isern. in d.c. omnes.dudum citato. Aut plures sunt domini,& feudum non diuidunt,quod diuidere possent:& hoc casu vasallus vnū eliget,cui fidelitatē pręstet,authoritate

Fidelitas in feudo indiuiduo ueni, diuiduo uerò ei præstabitur, qui in illa parte successit.

§. præterea ducatus.

tate gloss. hîc in verbo, compellatur. & An. ibi & hîc arg. l. plerumq; §. fin. de iure dot. quibus tãdem subscripsit Iac. de Belui. hîc. ¶ Sed videamus rogo, qua ratione sub hac rubrica, de prohib. feu. alien. per Fed. ipsa feudi diuisio prohibeatur: siquidem diuidere, alienare non est, vt in authent. de liti. §. j. qua in re incipiam ego quasdã declarationes, quæ huic §. conveniunt, in medium producere, diuersa capita considerando, quibus integrũ negotium absoluatur: primum nimirũ, an fiat dominus, qui tunc non est. Secundũ, an fiat dominus, qui nullo modo est. Tertium, an fiat dominus, qui nullo modo dominus sine assensu esse potest. Quartum, quando is dominus in totum, vel maiori ex parte fit, qui minoris partis dominus est. Exemplum primi patet, quando fieret diuisio inter eos, quorum aliqui, etsi successuri sint in feudo, nunc tamen domini non sunt, quia nulla pars feudi eis competit: nam sicut istis feuda sine assensu refutari non possent, vt concludit Isern. in c. j. de alie. feu. pat. & in c. j. de ref. feu. nec diuidẽdo hæreditatẽ aliquã, in qua hęredes instituti sunt, sine assensu feuda in illos trãsferri possent: qđ notate, vt ex hoc deinde & illud intelli

Diuidere alienare non est.

Diuisio feudi quomodo constderãda sit, ne fiat dominus qui non est.

gatis, nempe vt nullo modo paritas, vel disparitas personarũ cõsideretur, qui hę redes in rebus burgẽsaticis instituti sũt, sed quomodo in ipso feudo hæredes sint, vt cognoscas, an diuidendo is fiat dñs, qui nõ est. Ita tenet Iser. vt in feudo hæres esse debeat, in tit. de inuest. de re alien. fact. in fi. Pro quo optimè facit id, quod dicit Iaco. de Ardiz. in summa, in tit. an feu. diui. posit. vbi concludit, vt tametsi dispares sint hæredum portiones in burgensaticis, diuisio tamen vasallorũ sic facienda sit, provt succedũt in feudo, quasi sufficiat esse hæredes in feudo. Obseruate ista, quia memorię mandanda sunt, quicquid Franc. Curt. isthęc non penetrans, in suo tractatu dixerit. Exemplum secũdi patet in §. isto, in feudis dignitatum, in quibus præter primum alij nullo modo domini sunt: super quo, vt parumper subsistas, rogo, siquidem non defuere aliqui, qui dixerũt non alia ratione feuda titulata esse indiuidua, nisi quia in eis viuitur iure Francorum, parum animaduertentes ad ea, quæ paulò antea persæpè concluſimus, quippe vt res naturâ diuiduæ, propter qualitatem annexam dignitatis indiuiduæ fiant: parum item ea, quæ in l. j. C. de metro. beri. scripta sunt, ponderãtes.

Hæres in feudo.

Exem-

§.prętereą ducatus.

Exemplum tertij ſecundum quoſdam in illis verificabitur, qui viuũt iure Francorum, qui ea ratione nullo modo, eorum ſentẽtia, domini eſſe poſſunt, quia ſolos primogenitos ius Francorum vocat: in quo, vti mens mea fert, maximè delirant, haudquaquam conſiderantes omnes ſuo tẽpore primogenitos effici poſſe, quemadmodũ in c. j. de ſucc.feu. & in c.j. an agn. declaraui. Finge enim primogenitum in vita patris factum eſſe rebellẽ, nónne patri ſecundonatus, primogenitus filius erit? vtiq;, ſecũdum Iſer. in §. prętęrea. quę fuit prima cauſa, & in §. deniq;. & vbiq;. Finge rurſum primogenitum ſine hęrede mortuum eſſe, nónne ſecũdogenitus, primogenitus factus hęres tũc erit? Exemplũ quarti in omnibus feudis patet, quę titulata non ſunt, vel in eis iure Francorũ nó viuitur, qñquidem videmus ipſos cohęredes in qualibet gleba ſuã partẽ habere, l. iij. §. poſt diuiſionẽ. ff. qui pot. in pign. habe. ita quidẽ vt diuidẽdo vnus alteri partẽ tradere videatur. Vnde diſpoſitio illa c. omnes filij. ſi de feu. fue. cont. prouenit, vt habenti partẽ feudi, diuidẽdo hęredi tatem, integrũ feudũ competere poſsit. Eſt. n. dominus partis, ob quod compellere poteſt cohæredes, vt iuſſu prætoris

feudum diuidant, & cùm neceſſaria ſit diuiſio, hinc prouenit (quamvis vel venditioni, vel permutationi ſimilis ſit, l. ij. ff. de rer. permuta. & l. j. C. communia vtriuſq; iudi.) vt diuiſio tolleretur: ſic enim propter neceſsitatem multa, quæ à iure abſq; aſſenſu fieri prohibentur, ſpeciali iure permittũtur: exẽpli gratia, vt ꝓpter neceſsitatẽ diuidẽdi res minoris & eccleſiæ, aliter non alienabiles, diuidantur, vt dicit Iac. in ſumma. Non quidem longiori examine iſthęc egẽt, cùm clara voce hîc, & in d.c. omnes. hanc veram iuris ſententiam eſſe concludant.

Diuiſio facta in fraudem.

Sed limitatur primò, vt ita demum hæc permittantur, ſi ſincerè & bona fide abſque fraude fiant. Pone enim diuidi hæreditatem burgẽſaticam inter hæredes, qui defuncto in tertio gradu morienti coniuncti non erant, & ita hęreditatem diuidere eligãt, vt feudum ad eum, qui nullo modo dominus eſt, perueniat, nónne tanquam in fraudem factũ protinus, ſecundum Iſern. hîc, abſque pretij reſtitutione reuocabitur? vtiq;, ſi omnes fraudis participes fuerint, argum. l. j. in princip. ff. quæ in frau. cred. ita quidem vt retentis burgẽſaticis feuda omnino perdant, arg. l. quædam. §. hoc edictum. ff. quæ in frau. cred. Pone iterum inter coniun-

§. præterea ducatus.

coniũctos tertio gradu ipsi moriẽti diui sionem fieri, & quia alter cohæredum, nec filios habebat, nec illos habẽdi spes tempore, quo diuisionem faciebant, da batur, iuxta terminos l. j. in fi. & princi. secun. ff. de iti. actuque priua. propterea feudum integrũ ad habentes filios peruenire debere statuerint, nónne confestim, secũdum And. hîc, dominus fraudulentam alienationem hanc reuocabit? Et ratio est, quia si id, quod sincerè fieri potuisset, cũ fraude fit, nil omnino valet, l. Titius. ff. ad Trebel. vti in princ. tex. latissimè dixi. Nec refert aduersam fortunam non esse considerandam, l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. Rursum, vt bonum de vnoquoq; præsumamus, vt dicit text. in l. Iulia. ff. qui & à quibus. quasi soli castrati, ne filios habituri sint, desperare possint, qa aliud est condignam spem procreandi filios habere etiam si tunc illis careat, aliud dubitare filios se non esse generaturum, aliud desperare: in primo gradu omnes sunt, qui vxorem nondum duxerunt: in secundo hi, qui vxores duxerũt, & longo temporis interuallo filios non genuerunt: in tertio ipsi castrati, aut decrepiti: quibus fit, vt solam suspicionẽ non procreandi filios eos ad hanc frau-

Castrati.

dem, quam videmus, impuliſſe ſatis ſit? Ijs verò reliqua exempla ab Iſer. in c. j. §. ſed & res. per quos fiat inueſt. propoſita addere poteritis. Reuocabitur tñ, quatenus portionem propriã excedit, arg. l. certi condictio. §. quoniã. ff. ſi certum pet. Limitatur ſecundò ſecundũ quoſdam, vt tametſi ipſa corpora feudorum non titulatorum diuidere fas ſit, nunquam tamen ipſi vaſalli diuidantur, ne propter ſingulares pręſtationes cõfundatur ſeruitium domini, arg. l. in re communi. ff. communi diui. Cui opinioni ego eã ob rem ſubſcribere non poſſum, quiã hac ratione attẽta prędiudicij maioris domini, ne difficiliùs adoa, vel perſonale ſeruitium præſtentur, nec ipſa corpora feudorum non titulatorum diuidi poſſent, quod falſum eſſe ſatis patet in §. iſto, & c. omnes filij. ſi de feudo fuer. contro. Etenim ſi feudum diuiditur per partes, itidem & vaſalli, præſtatio ipſa certa eſt, & licet particularis ſolutio multa incõmoda afferat, non propterea ſeruitium confundi dicetur: grauatur autem, vt has particulares ſolutiones recipiat, quia ipſa feudi diuiſio neceſſaria, eſt à lege approbata. ¶ Notate tertiò, dum litera ait, ita vt omnes, qui partem feudi habent, iam diuiſi, vel diuiden-

Diuiſio vaſallorum.

§. prętereà ducatus.

uidendi, fidelitatem faciãt. hîc esse text. qui nobis propositionem illam declarat, de qua in c. j. quid prędecedere debeat, inuest. an fidelitas. vt inuestitura fidelitatem præcedere debeat: dic tu, inuestituram verbalem, primam: non autem realem, quæ ipsa possessionis præstatio est, vt suprà, quid sit inuest. in princi. eo quòd feudi quoque diuisi iam, nedum diuidendi, fidelitas præstatur, vt hîc.

Intellectus c. 1. quid præcedere debeat.

CAMERARIVS, ISERNIA.

Extimatio feudi an fratribus considerãda sit

SCIRE ex te velim, Isernia, quid tu sẽtias, qñ pater emit feudũ pro se & hęredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, gradus, sexus, & ætatis prędo gatiua seruata: an hoc casu primogenitus, qui capit feudum, teneatur cõferre extimationem fratribus? ISER. De qua extimatione loqueris, de illáne, quam soluit, quando feudum emptum fuit, an verò de pretio tempore mortis patris considerato? CA. Cur me de his interrogas? ISERN. Quia dubitat glosſ. in l. illud. C. de colla. an vnum, vel aliud sit considerãdum. CA. Meam sententiam paulo pòst intelliges. ISER. Hoc saltem principiò disputandum erit, an l. illud. §. fi. C. de colla. per authẽ.

ex testamento. C. de colla. sit hodie, secundum Ioannem, correcta? C A. Quid istud, secundum Ioannem? num Euangeliũ concinere vis? I S E R. Propterea sic loquor, quia Ioãni glossatori & Martino placuit per dictam authen. ex testamento, l. illud. §. fin. C. de colla. fuisse correctam: proindeq; donationem simplicem esse conferendã. Alijs verò contrà, vt authen. ex testamento. loquatur in donatione ob causam, quæ statim valet, & non corrigat in hoc l. illud. quę loquitur in donatione simplici, quę morte cõfirmatur, vt præ cęteris meliùs hoc declarauit Florianus in l. Pomponius Philadelphus. ff. de ne. gest. post ea, quę scripta sunt in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb. & in dicta authẽ. ex testamento. maximè per Alexan. Quam ob rem conferri non debet, quia vim relicti habet, quod in collatione non venit, l. si donatione. & l. ea demum. C. de colla. cum concordãtibus aceruatis ab Alex. in dicta authen. ex testamento. C A. Valde in hoc erras, pater noster Iser. I S E R. Quid causæ? C A. Præsupponis namq; tu, omnem donationem simplicem perpetuò non esse conferendam: qua in re saltem ratione æqualitatis seruandæ varij varia in dicta authẽ. ex testamẽto. dixe-

Donatio simplex, an conferenda?

§.preterea ducatus.

dixerunt. ISER. Volo & ego in re hac audiri. CA. Ego verò contrà Ciuiliſtis hoc onus relinquam. ISER. Reſponde igitur his, quæ tanquam Feudiſta in medium producam. CA. Faciã hoc libenter, mòdò tu poſthabitis commentariorum argumentis, idipſum mihi concedas. ISER. Optima propoſitio, perge. CA. Incipe tu ea, quæ occurrunt, dicere. ISERN. Si ea, quæ pater expreſsis verbis donat, vti Ioan. & Mart. placuit, conferuntur, vt dixi, ſimiliter & ea quæ tacitè donauit, conferri debent, argu. l. ij. §. pen. ff. ad munic. & l. ij. C. ſol. matri. Quòd autem tacitè feudum, in quo primogenitus ſuccedit, ei donauerit, ſatis à natura ipſius feudi patet, quod peruẽturum eſt ad vnum, vt id homo intellexiſſe videatur, qđ ius intelligit, l. ſi cui. ff. de ſerui. & l. quanquam. ff. de ritu nupti. CA. Nego maiorem ab omnibus in dicta authen. ex teſtamento. excluſam. Cur nõ animaduertis, ô pater mi, quo modo, dum ſic argumentaris, te ipſum eveſtigiò condemnas? quia ſi non confertur expreſſa donatio, quæ vim relicti habet, ergo nec & tacita. Porro, nónne tu, Auriga noſter, Iſern. in c. j. de his qui feud. dare poſſ. palàm aſſeueraſti, feuda ipſa, bona eſſe caſtrẽſia, ſeu quaſi? quod

si ita est, qs asserere audebit, isthęc cõtra l.j.§.nec castrẽse.ff.de colla.bo. & C.de colla.l.filię.cõferri debere? I S E. Frustra iura illa in mediũ producis, quæ in his rebus loquũtur, quę ipse primogenitus in castris eo modo acquisiuisset, quẽ in l.j.C.de ca. om. pal.pec.& ff.eo si fortè. & d.§.nec castrẽse.exprimũt. C A. Aut si lius primogenitus feudũ hoc à patre habet, aut à lege, vel prouidẽtia dantis: si à patre cõferri nõ debet, l.quæ pater.ff.famil.hercis.si à lege, nequaquã, qñquidẽ ea, quę à lege nobis debentur, à priuato auferri non possunt, vt in auth.de nupt. §.si autem in dote.l.cùm patronus.ff.de leg.ij.& l.si arrogator.ff.de ado. sed hoc feudũ à patre dño itẽ dante, aclegis ꝓuidẽtia habet, vti in quęstione feudi expacto & ꝓuidẽtia paulò antea dixi, ergo. I S E. Donationẽ factã filio ob publicũ fauorẽ, vtpotè studiorũ, non esse conferendã, perspicua res est: nil mirũ igitur, si in l.quę pater. attẽto iure digestorum, sic donata non conferebãtur. Quod autem à dantis prouidentia, & lege feudũ habeat, proindeq; res ipsa non conferatur, non contradico: sed quòd proinde nec eius extimatio conferatur, hoc expresse nego. C A. Quanquam pater est, qui pecuniam solũit, filius tamẽ magis

gis ex prouidentia dantis, quàm ex pecunia patris feudum habet, quemadmodum suprà in quæstione, quod est feudum ex pacto & prouidentia, spreta doctrina tua, ostendi: aduentitia ergo res est, quę in collatione non venit, d. §. nec castrense. ISER. Aduentitium id esse, quod omnino extrà venit, non refello: sed quia hoc minimè omnino extrà venit, quandoquidem patris quoq; pecunia adest, ergo vt res profectitia iudicabitur, arg. l. si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. CA. Contemnis igitur, vt tametsi corpus feudi ꝓpterea, quia indiuiduum est, in collatione non veniat: pecunia tamen, quam pater pro emendo tale feudum soluit, conferenda sit? IS. Omninó. CA. Solus loqueris. IS. Nónne pro hoc tex. satis apertum habemus in l. oío. §. fi. C. de inoff. testa. vbi militia, cui feudũ æquiparatur, §. optimũ. in authẽ. de intro. & exhi. rei. qa ad filiũ ex pecunia patris ꝑuenit, vt ꝓfectitia iudicatur, proindeq́; in quartã cõputatur. CA. Dẽ hoc. ISE. Si imputatur in quartã, ergo cõferri debet. CA. Hanc consequentiam Alex. & cæteri in dict. authẽ. ex testamento. euidentissimis rationibus plerunque non admittũt. Sed audi quæso, pater mi, quàm bellè hoc argu-

§. pręterea ducatus.

mentum tuum militiæ contra te retorquebo. ISER. Attentas aures pręstabo. CA. Si feuda æquiparantur militiæ, & militia eandem naturam cum cæteris rebus habet, l. fina. C. de pigno. ipsęque res conferũtur: ergo tam militia, quàm feudum, quod æquiparatur militię, conferri debet. ISER. Feuda tractamus: nónne? CA. Feuda. ISER. Accipe igitur textum feudalem, qui ori tuo frænum ponit, in c. primo, de duobus fratribus de no. benefic. inuest. CA. Consideratur itaque in re hac pecunia, quæ prima causa fuit, vt haberet feudum, nõ autem corpus feudi à rege obtẽtum ex causa secunda, arg. l. si id quod. ff. de donat. l. iij. C. ad Maced. & c. primo, de vasall. decrep. ætat. ISER. Rectè fili mi. CA. Placeat & hoc aliud audire. ISE. Quid hoc est? CA. Si pecunia patris cõsideranda est, quasi pecunia ipsi filio sit donata, multo fortiùs eam ob causam non conferetur, quia pater emit pro primogenitis, qui ante eius mortem incerti sunt, vti tu in §. deniq;. quę fuit prima causa. & c. primo, de succeſſ. feud. affirmas, & cùm post mortem certificentur, vim relicti solutio ipsa pecuniæ habebit, quæ propterea non confertur, quẽadmodum paulo antè concluſum fuit.

ISER.

§. preterea ducatus.

ISER. Si rectè verba, quæ ego locutus sum, ponderasses, hoc vtique satis apertè vidisses, quippe declarationē ipsam post mortem factam, ad tempus solutionis in vita retrotrahendam esse, argu. l. iure vestro. ff. de testam. tut. & de castren. pecu. l. proponebatur. & ff. de reb. dub. l. quædam sunt. CA. Nunc os tibi obstruam: etenim si pecunia, tanquam causa prima, considerandā est, pecuniæ donatio simplex non valuit in vita, sed morte patris est confirmata: ergo habet vim relicti, quod non confertur. ISER. Statim valuit ratione adiūcti, id est, feudi acquisiti, sicvti dicimus in c. rursus. quibus modis feud. amit. ergo cōferenda. CA. Obstabit huic declarationi tex. in l. & qui originem. ff. de muner. & honor. ISER. Nihil ibi in posse filij reperiebatur tempore mortis patris, hîc autem reperitur feudum, quod statim fuit suum, cui inerat extimatio. Obserua fili diligenter verba, quæ ego scribo: nam eadem ratione dixi, patrem in feudis posse collationem prohibere, quod videtur contra text. in c. primo, de succes. feu. ibi, nulla ordinatione patris valente, vel manente. considerando pecuniā, quę conferenda esset, quasi rem burgēsaticā prohibuerit, quæ alia res à feudo

est, in quo quicquã ordinare posset. CA. Ais tu, inuestituram feudi plures donationes cõtinere ad tempus & post tempus factas, ita vt vnicuiq; feudum detur ad vitam, itaq; dari, vt videatur à morie te reuocatum, & sequenti datũ, vt in c. j. de succes. feud. versi. & olim. declaras? ISER. Omninó. CA. Quomodo ergo id conferre tenetur, quod post mortem à dño dãte habet? ISE. Quotiens vis audire, pecuniã patris, ob quam feudum habuit in patris vita, & ratione adiuncti statim donationem perfecit, cõsiderandam esse? & cùm in vita valuerit, saltem extimatio conferenda erit, secũdum doctrinam Bart. in d. §. nec castrense. CA. Sed dic obsecro, pater mi, quid si nulla pecunia interuenit, sed rex patris contẽplatione feudum filio dedit? ISE. Nulla collatio facienda erit. CA. Nónne tu in c. j. §. & si libellum. de alie. feu. pat. tenes, contemplationem hanc vim hæreditarij obtinere, quemadmodum paulò antea in quæst. feud. ex pacto & prouidentia, declaraui? ISER. Hoc ipsa contemplatio præstat, nempe vt pater cum assensu domini in præiudicium filij de ipso feudo disponere posit: nõ autem, vt id conferatur quod non adest, quandoquidem non entis nullæ sunt partes,

l. Seiæ egressæ. ff. de testament. tu t. C A. Obstat huic tuo responso id, quod dixit Paulus de Cast. post gloss. & alios in l. omnino. §. imputari. C. de inoffi. testa. vbi voluit, solas preces efficere, vt militia, seu scriptoria, tanquam res profectitia, conferatur, arg. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupil. Cui opinioni subscribunt Iason, & cæteri, qui post eum venerunt: ergo & feudum. ISER. Quid de scriptoria empta, vel obtenta, iudicandum sit, itidē de libris, vestibus, idq; genus reliquis, Ciuilistis hoc onus relinquimus, abundè ab apostillis aceruatis super Paulo: in feudo autem empto, vt conferatur pretiū, nos quoque, an conferenda sit extimatio, latè paulò antea cōclusimus: in feudo verò pecunia haudquaquam acquisito, si propria contemplatione filij Rex priùs donauit patri, deinde filio, tametsi pater rem priùs obtinuerit, eā ob rē minimè pretium in collationē venit, quia nullo habito respectu ad patrē, ex propria donatione ipsi filio feudum competit, sicvti in c. j. de alie. feu. pat. §. & si libellum. & in c. j. versic. & olim. de success. feud. dixi. Vbi autem filio patris cōtemplatione daretur, non possum Ciuilistis subscribere, nisi pater exprime-

§. Præterea ducatus.

ret, se velle ad alios feudum peruenire: quia tũc, si non capit vires voluntas patris ex primaria intentione ad rem, capiet omnino ex secundaria intentione ad extimationem, iuxta not. in l. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. j. quemadmodum tu Camerari in princ. l. huius super conclusione illa, an legato feudo, si non debetur res, debeatur extimatio? fusissimè disseruisti. C A. Nónne pater est, qui à rege feudũ capit? I S E R. Vtique. C A. Profectitiũ igitur perpetuò iudicabitur, vt in d. §. in arrogato. I S E R. Mistum opus est, quod ei tribuitur, qui plus operatur, l. quæritur. ff. de statu hom. Et quia pater hoc casu nudus minister est, Rex verò sua prouidentia ob publicam vtilitatem rem donat, à rege potiùs, quàm à patre illud habere dicetur, nec confertur, d. l. quæ pater. ff. famil. herc. C A. Non quidem dubito ipsos quoque Ciuilistas huic tuæ opinioni subscripturos fuisse, si isthæc illis proposita fuissent: cedo, vicisti.

CAMERARIVS, ISERNIA.

DIC, quęso, Isernia, an id, quod in tex. isto dicitur, quippe feuda titulata diuidenda non esse, quia ad vnum ex filijs peruenire

§. prętera ducatus.

uenire debent: locum habeat in feudis non titulatis, in quibus viuitur iure Frã corũ, & primogenitus succedit? I S E R. Omninó. C A. Quid si ignoretur, an feudum sit datum, vt in eo viuatur iure Francorum, quid tunc præsumendum erit, num vt viuant iure Longobardo, vel hoc iure generali, vel iure Francorum? I S E R. Extra regnum, Galliarum regno excepto, ius hoc generale seruaretur, vt præter titulata, de quibus in §. isto, cætera omnia diuidantur, iuxta c. omnes filij. si de feud. fuer. contro. Itidem & in regno, quia ius Francorum, secundum quod feuda non diuidũtur, ius speciale dicitur, vt in constitu. vt de successionibus. patet: ius verò Longobardum, secundum quod feuda diuiduntur, ius generale est, secundũ quod vnusquisque in regno viuere debet, vt in const. puritatem. C A. Animaduerte, pater mi, quia tempore, quo tu viuebas, non ita frequens erat hæc inuestitura, qua feuda damus pro se & hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, sexus, ætatis ac gradus prærogatiua seruata, sicut hodie est. I S E R. Sit frequentior, vti vis, & adhuc secundum speciale ius erit. C A. Dem hoc. I S E R. Si hoc dederis, nunquam ius speciale

Frãcorum ius, est speciale, et secundũ id feuda non diuidũtur.

Ius Longobardũ generale est, & secundum id feuda diuiduntur.

præsumendum erit, nisi in specie probetur, cap. contra maiorem. disti. c. de priuil. c. cùm & plantare. & argum. C. de testam. l. publicati. Est enim ius generale illud, quod omnibus commune est, l. Iudæi Romano. C. de Iudæ. si verò omnibus commune non est, tunc priuilegium potiùs dicetur, distin. iiij. c. priuilegia. C A. Nónne omnibus commune est, si ita frequenter fit? I S E R. Aliud quærere est, an ius sit commune, de quo nunc agimus, & certum est ius Francorũ esse speciale, vt dixi: aliud, si ipsa inuestitura sit cómunior, de quo paulo pòst dicemus: fundata planè intentio illius erit, pro quo ius generale est, nisi alter probet se viuere secũdum ius speciale, cap. omnes basilicæ. xvj. q. vij. & in titu. quid sit inuestitura. §. pe. & fi. quibus fit, vt attento generali iure communi Ciuili omnes filij, & nepotes quoque, in stirpes succedant, authen. cessante. C. de suis & legit. Itidem de iure generali feudorum, c. j. de grad. succ. eodem modo secundum ius generale Longobardorum, aliter verò secundum ius Francorum speciale, vt in d. const. vt de succ. ita vt is, qui dicit se viuere iure Francorum speciali, illud debeat probare. C A. Modum ostende probandi, quem viuere

Ius generale, quod?

An præsumatur quem viuere iure Francorum.

 §.prętereā ducatus.

uere iure ſpeciali Francorum. I S E R N. Pone familiam vnam in quaſi poſſeſsio ne eſſe viuendi, vt primogenitus feudū capiat, & tunc onus probandi contrarium cæteris fratribus incumbet, ff. de probat. l. ſi filius. & per ea, quæ habentur in gloſſ. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. C A. Bellè id nunc confiteris, quod paulo antè negaſti. I S E R. Quid? C A. Contendebam ego, vt propterea, quoniam inueſtitura illa paſsim vtimur in regno, vt primogenitus ſuccedat, ita eam ob cauſam eſſe præſumendum, quia maior eſt conſuetudo vnius regni, quàm vnius familiæ. I S E R. Nego hoc, vt illa inueſtitura paſsim vtamur in regno: eſt enim prouincia Aprutij ſatis ampla, in qua vt plurimùm illa non vtimur. C A. In feudis ſcilicet planis & de tabula. I S E R N. Imo & in caſtris. C A. Paucis. I S E R. Dicam igitur, inueſtituras ipſas generaliores eſſe, ius verò Francorum ſpeciale: proindeque onus incumbere probandi hanc conſuetudinē ſic ſe habere, ei qui hoc prætendit: nimirum vt in ciuitate illa ſic viuatur, non autem in terris vicinis: nam conſuetudo in eodem oppido eſſe debet, l. j. C. de ædifi. priua. Oneroſa nanq; hæc conſuetudo eſt iuris Fraucorū: ob

quòd sit, vt non extendatur, vbi non est, secundum Innocen. in fin. de offic. Archid. sicvti dixi in prælu. & in c. j. de consue. rect. feud. CAM. Nónne in c. super eo. de cens. & in multis alijs vicinorum consuetudo attenditur? ISER. Quando scilicet adest cõsuetudo, quæ nõ negatur: sed de modo viuendi non cõstat. Nos autem quærimus, quando nil constat: sic enim & in c. super eo. de cogna. spiri. stamus consuetudini terrarum vicinarum. Secundus verò modus erit, per testes probare, sic à domino esse cõcessum, eam legem imponendo, quam voluit in re sua, vt ff. de pac. do. l. ob res. Vel & tertiò, si per aliquam sententiam inter eorum antecessores determinatum sit, illos de tali domo sic vixisse, vt ff. de leg. l. cùm de consuetudine. & glo. in rubrica C. quæ sit longa consuetu. CAM. Quasi possessio potiùs tũc probabitur, quàm ius sic viuendi. ISERN. Si ius sic viuendi probare volueris, proba tunc saltem bis ita esse iudicatum, vt in locis paulo antè citatis patet. CA. Quid istud, ô Isernia, vt modò vnũ, modò verò duos actus requiras? ISERN. Ignoras fortasis distinctionem illam, an quęramus de pręscriptione x. annorum, in qua requiruntur duo actus: vel de

de præſcriptione xxx. annorum, in qua vnus actus ſufficit: vel de conſuetudine præſcripta, in qua tempora duplicantur in vno actu. CAM. Ea omnia in memoria habeo, quæ tractantur in rubri. C. quæ ſit longa conſuet. & in c. cùm ecclesia. de cauſ. poſſ. & propr. & in c. cum dilectis. de conſuet. & ibi per Innocen. illa item quæ Hoſti. tractat in c. ex parte. de conſuet. & in cap. abbate. de verb. ſignifi. nec me latent illa, quę diſputantur in c. de quarta. de præſcript. in c. fin. de conſuetu. in l. de quibus. ff. de leg. & in l. ſi ſic. ff. quemadmo. ſerui. amit. & in l. fin. C. de ſeru. an duplicentur tempora, vel actus? ſed quid ad nos, ſi conſuetudo pręſcripta requirat binum actum, vt in l. iij. C. de epiſc. audi. vel vnum in tempore longiori? V. Iur. conſultis iſta relinquamus, ne eorum dicta in feudis deſcribere compellamur, ſatiſque ſit ſcire, per viam præſcriptionis hoc poſſe probari, præſcriptionis ſcilicet, quæ à iure admittatur cum qualitatibus ſuis, ſecundum Innocen. in c. bonę. de poſtulat. præla. verbi gratia, vt habeat titulum ſaltem pręſumptum, qui inducitur ex patientia aduerſarij, vt Doctores in §. æquè. Inſti. de action. declarant, in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. ven. & l. quotiẽs.

§. pręterea ducatus.

Præſcriptio in feudis.

ff.de ſerui.& l.vẽditor.§.j.ff.communia prædio.& d.c.cùm eccleſia. nõ quidem pręſcribere poſſet contra illum, qui cõtradicere nequiret: quia iudicaretur tũc perinde, ac ſi non eſſet, arg. l.j. §.quòd ſi nemo.ff.quod cuiuſ.vniue.etſi ius præſcribere non poſſet, c. abbate. de verb. ſign.& l. Attilicinius.ff.de ſer.vrb.prædio.deinde, vt vſus ſit iure ſuo, credens ſe ius habere, vt in l.fin.ff.quemad.ſeru. amit.l.j.§. Iulianus.& l. fin.ff.de itinere actuq́; priu.& l.j.§.Ariſto.de aqua quo. & æſti.Rurſum, vt non vi, nec clàm, nec precario, l.j.§. hoc interdictũ. ff.de itin. actuq́; priua.vti ſemper præſumitur aduerſario contrarium non probante, ſecundum gloſſ.in d.c. cum eccleſia. in fi. ISERN. Hactenus hæc tractaſſe ſufficiat: ſed reſponde mihi, quid ſi domus vendentis viuat iure Longobardo, domus verò ementis iure Francorum, quę tunc conſuetudo erit attendenda? CA. Ementis: arg. l. iuſtiſsimum. ff.de ædil. edict. maximè ſi eſſet datum in dotem, quia vir caput vxoris eſt. Ita ſentiunt Ioan. And. & alij in c.j. de ſpon. Extra.

Rex an poſsit alienare res demaniales.

¶ Quærit hîc Andreas de duabus quæſtionibus: quarum altera eſt, an rex poſſit alienare res demaniales, vel baro feudum alienare poſsit inuitis vaſallis?

Altera

§.pręterea ducatus.

Altera, an rex alienare poſsit vaſallos coronæ? in quibus duabus quæſtionibus multa hîc repetenda eſſent, quæ fuſiſsimè ſcripſi in c.j. de his qui feu.dar.poſſ. & in c.j.§.quin etiam.epiſ.vel abb.idcirco nil aliud in loco iſto dicam. Vos Iſerniam habetis, illũ legite, & ea quæ ego ſcripſi in citatis locis poſt ea, quę Iſer.dixit in c.j. quę ſint regalia.in c.j. §.ex eadem.de lege Corr. & illa quæ tractãtur in c.intellecto.Extra. de iureiur. & in c. dilecti.de maio.& obe. ea item omnia, quæ ſcripſit Felin.in c.nouit. de iudi.& in cap.primo, Extra.de probat. Franc. Curt. in ſuo tractatu feudorũ in vj. parte principali, in ij.& iij.q.Iſer.& Afflict. in conſtit. puritatem. & in conſtitu. dignum. & conſt. perſonas. ac in conſtit. cum vniuerſis. & conſtitu. ſi dubitatio. Vnum non omittam, me nunquam vidiſſe regem alienaſſe ſuum directum dominium, ſed perſępè terras demaniales conceſsiſſe: quod rex Galliarum facere non poteſt. Hoc omnino à me examinandum eſſet, an vaſalli poſsint tunc pretium offerre, & ſe redimere? ſed quia in re hac non proceditur ſecundum titulum ff. de iuſtitia & iure. potiùs autem de iure vim, idcirco aliter nõ laboro. Vidi ſanè in terra Sanſeuerij

Terras demaniales rex Galliarum concedere nequit.

Vaſalli an domino eos alienanti pretium offerre poßint

iudicatum esse, vt se redimere possint, in terra verò styli, quòd non possint iurisdictionem alienatam recuperare, alibi fortasse hoc examinabo. Itaque repetitioni huic pro nunc finem impono, licet reliquos §§. interpretatus sic fuerim, vt illi quoque typis dari possent: maiora certè vrgent, interim his gaudete, si aliqua vobis dixisse contingat, quę in aliquo lectoribus satisfecisse intellexero: præstabit namq; hoc, vt cætera quoq;, quæ nunc cóndita habemus, manifesta protinus fiant.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX LOCVPLE-TISSIMVS IN REPETI-tionem Bartholomæi Camerarij, super l. Imperialē, De prohib. feud. al. per Fed.

ABsens an sit expectandus pagina 592
ACCESSORIVM nō ualet, si non ualet principale pag. 137
Acquirens pro se & filijs nō acquirit hæreditarium, sed quod uim hæreditarij habet 787
Actio & passio quomodo stare possint in eodem subiecto 304
Adiudicatio an præstanda sit, quando dominus obligatur ad onera 91
ADDERE rem feudo sine assensu an liceat, & quando 22
Adoa exigitur à possidente feudum 146
adoa quid? 742
adoa non præstatur, nisi ab eo, qui alias obligatus esset seruire 743
adoa quando possit imponi. pag. eadem
Adoptiuus quomodo succedat in feudo 56
AEqualitas seruanda est inter dominum & uasallum pag. 852
Aequitas regulariter non seruatur in feudis, sed rigor pag. 145
æquitas canonica excluſa est in feudis, itidem & ciuilis 167
æquitas iuris feudorum pag. 383
AFFLICTI error 509
Alienantur res demaniales steriles 20
alienare cum assensu est unū de comprehensis in fidelitate 282
alienare partem in casu permisso nemo potest, non retenta qualitate prima pag. 245
alienare per actum uerbi, aliud est, quàm per actum facti 54

Alienare prohibitus, an possit alienanti consentire 621. item 639
alienandi potestas diuersis temporibus permissa aut prohibita 8
alienàs feudum ita perdit illud in regno sicut extra regnum 73
Alienatio feudi sine assensu ei permittitur duntaxat, qui feudum de nouo constituere potest 20
alienatio feudi aliter uetatur extra regnum, quàm in regno 25
alienatio feudi in regno & extra regnum ex æquo prohibita est 27
alienatio feudi extra regnũ in quo differat ab alienatione facta in regno 28
alienatio rei minimæ an sine assensu permittatur, ibidem.
alienatio quæ de iure antiquo admittebatur in uita, qua ratiõe permissa olim, hodie autem non? 119
alienatio si non ualeat quo ad rem, an ualeat inter filios quo ad æstimationem pag. 190
Alienatio feudi sine assensu ita est nulla in regno sicut extra regnum, & feudum ex æquo aperitur domino pag. 432
Alimenta debentur muto excluso à feudo 150
alimenta non debentur ei, qui ob propriam culpam feudo priuatur ibid.
Alteratio inuestituræ 264
alteratio non præsumitur pag. 312
AMico sat est, si in paucis cõsulatur. 29
ANdreæ de Iser. error unus 189. item 790
Animæ causa an saltem de æquitate Canonica liceat de feudo disponere 167
Antefatum 422
Aperitur feudum diuersis modis 708
ARGVMENTVM,
De toto ad partem 28
De militia ad feudum 94
De emphyteosi ad feudũ pag. 97
De clerico ad militem pag. 150
De oper. libert. ad feuda pag. 264
AS sensus quatuor species sunt,

sunt, legis, Regis, agnati, & illius qui possidet feudum 6
Assensus domini triplex 7
assensus an abesse possit si in augmentum feudi aliquid fiet 12
assensus non requiritur in excadentijs & rebus parum utiliter locandis 14
assensus domini an ratione solius damni interuenire debeat 15
assensus quare perpetuò debeat interuenire 16
assensus domini cur adeo rigidè perpetuò requiratur pag. 17
assensus domini in quo casu non requiratur 20
assensus in genere datus quid operetur 18
assensus qui non requiritur in remissione dotarij 23
assensus nunquam præstitus censetur ut aliquid in fraudem fiat 33
assensus hominis operatur duo, legis uerò assensus unum 37
assensus an possit probari per testes 45
assensus est omnis contractus factus cum rege, uel pro rege 80
Assensus non requiritur in obligatione bonorum officialium, ut fiscus illa, etsi feudalia sint, capiat ibid.
assensus quandoque de congruo ut præstetur, dominus obligatur 88
assensus in sex casibus quòd sit præstandus, à qua ratione procedat 89
assensus qui præstari debet in sex casibus per Iser. in constit. si quis post litem coacervatis, de congrua debet præstari, & ideo domino id denegante pro præstito nõ habetur, nec quidem dominus compelli potest, nisi id promiserit 92
assensus præstitus in uno, nõ extenditur ad aliud 97
assensus an requiratur, quando in feudis ius in re, uel ad rem constituere, uel proprium ius transferre, restringere, uel remittere uolumus 99
assensus an requiratur in cessione iurium: uide in uerbis, Transferre, Cede-

re, Remittere, Renuntiare dotarium 104
Assensus an requiratur in casu, in quo habens hypothecam super quatuor castra, illa restringere vult super duo 108
Assensus præstitus super tali feudo Ioannis, non censetur præstitus in eodem feudo, quatenus est obligatum Petro 113
assensus an requiratur in cessione litis, uel litis & causæ 116
assensus non requiritur in renunciatione instantiæ, ibidem.
assensus sicut requiritur in contractu, sic etiam in distractu 117
assensus si deficit, nec momento quidem ius in re constitui potest 126
assensus qui non debet interuenire, si impetratur, quid operetur 131
assensus an requiratur, quando inter agnatos uocatos de feudo disponitur 173
assensus principis an reputetur impossibilis 193
item 200
Assensus quia quid extrinsecum est, proinde in pendenti propter hoc extrinsecũ contractus manet, do nec sciamus an præstetur, nec ne 202
assensus retrotrahitur 205
assensus agnati non impedit formam contractus, sicut assensus domini. ibid.
assensus an requiratur in alienatione feudi concessi pro se & hæredibus quibuscunque 216
assensus habetur pro præstito, si rex, qui tenetur consentire, noluerit consentire 225
assensus hominis non facit cessare assensum legis, quando homo pinguiùs non succurrit 241
assensus an requiratur in alienationibus rerum, quas ullam possident 305
assensus an & quando extendatur, secundum Isern. doctrinam 322
assensus an sit stricti iuris pag. 342
assensus an, quia est gratia, propterea latissimè sit interpretandus 348

Assensus ut possit donare, an comprehendat donationē quæ fit inter uiuos post mortem 349
assensus locum habet ubicunque uerba assensus locum habere possunt 348
assensus generalis omnē casum comprehendit 350
assensus nouus non requiritur in alienatione, quando est clausula in primo priuilegio, cum potestate alienandi 351
assensus perpetuò dicitur specialis gratia 354
assensus quando ad unam speciem restringatur ibid.
assensus specialiter concessus, per clausulas generales fit plerunque generalis 355
assensus de uendendo uerificatur in prima uenditione ibid.
assensus præstitus an habeat locum in uno contractu, uel propter incertitudinem amittatur, quādo plures sunt contractus æquales & summæ æquales pag. 356
assensus genericus cum potestate alienandi, in dotem dandi, an alium requirat assensum 357
Assensus non dicitur præstitus, si uasallo petēti illum dominus denegauit 359
assensus qui requiritur in uenditione, non requiritur in rei traditione 360
assensus reseruatio quid operetur, quādo dominus feudum ita concesit, ut possit alienari nostro assensu reseruato 361
assensus qui non ualet respectu obligationis principalis, poterit ualere respectu hypothecæ bonorum 385
assensus ita ex causa restringitur, sicut ex causa extēditur 386
assensus in quo differat à decreto 395
assensus assumit naturam actus super quo interponitur 410
assensus in annexis 407
assensus regis non præiudicat sibi in rebus quæ incorporatæ sunt 423
assensus de futuro an trahatur ad præteritum 427
item 434
assensus de præterito an tra

batur ad futurum 433
Assensus præstitus super obligatione facta an comprehendat tacitam hypothecam legis 436
assensus comprehendit tacitũ, quando pendet ab expresso ab homine 437
assensus præstitus pro certo tempore taxando à parte, an comprehendat prorogationem actus uel secũdum actum renouatum, ibidem.
assensus datus per unum uiceregem, an possit tempore alterius uiceregis executioni dari 639
assensus extenditur ad bona futura authoris, non autem ad bona futura hæredis 445
assensus super uenditione, an comprehẽdat permutationem 446
assensus an conualidetur ex iure, quod supercrescit in futurum 447
assensus sub una qualitate impetratus, cessante non ualet ibid.
assensus de uendendo an extendatur ad pactum de retrouendendo 462
assensus præstitus uni contractui omnibus conexis præstitus uidetur 463
assensus super pacto de retrouendendo an confirmet uẽditionem 471
assensus præstatur ex his, quæ continentur in clausulis exceptiuis, quæ in priuilegijs apponi solent pag. 474
assensus super testamento ad quæ extendi poterit, ibidem.
assensus quòd possit liberè disponere, quid importet pag. 486
assensus de testando an intelligatur de primo 498
assensus modò dicitur priuilegium, modò dispensatio, modò beneficium, modò gratia 502
assensus in expresso latissimè interpretatur 503
assensus domini tacitus an sufficiat 521
assensus an recipiat extensionem in æquipollenti & minori 567
assensus an requiratur medianti uel immediati domini

pag. 534
assensus in feudo plano cui competat 574
assensus porrigitur ad futura pag. 700
assensus utriusque requiritur in feudo quaternato secundum quid 584
assensus retrotrahitur 724
assensus non præstatur post mortem 729
assensus non requiritur quando ceduntur iura in augmentum feudi 104
assensum impetrandi cautela pag. 327
assensum qui habet, si contrahit reseruato assensu, quid iuris? 439
assensu Regio saluo, & non aliter, nec alio modo, quid significet 441
Assentire quis debeat in feudo quaternato 579
Autem dictionis natura 821

B

BAldi error 774
Baro si cõcedat rem, ut teneatur ab ipso, rex uerò assentit ut teneatur à rege, neutrum tenet 448
Barones qui 1
Bona empta à rege, uel Barone, de fructibus regni, uel feudi, Burgensatica sunt pag. 121
Burgensaticæ res nõ possunt in feuda conuerti sine domini assensu 20
burgensatica sunt animalia existentia in feudo, itidem arma, nisi destinata sint ad usum feudi 122
burgensatica 287
burgensatica bona sub feudo pag. 300
burgensatica si alienentur, quæ sunt subiecta feudo, an alienans perdat illud pag. 613
burgensatica tanquam separata hæreditas ab hæreditate feudalium, iudicantur 848

C

CAmerarij diligentia in scientia feudali illustranda 795
Camerarij Rhetor 103
Capitaneus quis 2
Capitulum, considerantes, in regno Siciliæ, 165 circa finem
c. 1. de succes. feud. ibi, nulla ordinatione ualente, uel manente, an intelligatur

quo ad extraneos 172. item 175
Capitulum, si quis per triginta. si de feudo fuer. cont. an sit hodie correctum 41 & 42
capitulum, Neapolitanis concessum, ut pro dote sine assensu feuda obligentur, an locum habeat in fructibus dotis 116
c. primum, de succes. feud. an locum habeat in domino, ut nulla ordinatio in eius præiudicium ualeat 67
c. primum, de succes. feud. limitatur à c. omnes filij. si de feud. fuer. controuers. 187 & 188
capitulum, Eorum fraudibus, in regno Siciliæ 242
capitulum primum, §. profecto. de lege Corrad. quomodo intelligatur 245
capitulum, in planitie sancti Martini 514
capitulum Neapolitanorum 435, item 452
capitula Neapolitana 460
capitula, uide infrà in uerbo, Constitutio.
Castra in regno quando diuidi possint 824
Castrati 364
Castrensis error 786
Census qui soluitur à feudatario, an præsumatur esse feudalis 302
censum exigendi ius an sit feudale ibid.
pro Censu datum feudum, an sit feudum 282
pro Censu res feudi concessa, an sit feudalis 111
Clausula, Saluis iuribus Curiæ 601
clausula, Natura feudi in ali quo non mutata, quomodo interpretanda sit 266
Compromissum sine assensu fieri non potest super uita & militia 83
compromissum non fit sine assensu 406
Conditionata feuda 775
Confessio facta in testamẽto de re acta inter uiuos stat ut actus inter uiuos 377
confessio partium an habeatur loco contractus, super quo accedit cõsensus 469
confessio facta in testamento probat contractum factũ inter uiuos 479
qui Confirmat, dat: uide in uerbo, Dare.

Confirmans alium non censetur donare de nouo 729
Consensus, uide etiam suprà in uerbo Assensus.
consensus utriusque in feudo quaternato secũdum quid requiratur 584
consensus si non requiritur et præstatur, an operetur remissionem seruitij 612
consensus si negatur, ubi requiritur, quid iuris? 694
cõsensus utriusque cur adesse debeat 6
consensus legis differt à consensu hominis 480
Consentire, uide etiam in uerbo Assensus.
consentire alienanti aliud est, quàm dare 639
consentire nunquam Regi uidetur in præiudicium tertij 341
Consentiendo dominus affert impedimentum, ob quod feudum non posset dari, sed ipse nõ dat quod uasallus alienat 338
Consiliarium oportet esse uasallum, & idcirco non ita iste, sicut ille, hoc implere potest 18
Consuetudo dandi in emphyteosin rem feudalem permittitur, sed quomodo probabitur? 99
Constitutio, constitutionem diuæ memoriæ. locum habet re etiam tradita 73
constitutiones regni ab imperatore editæ, an extra regnum locum sibi uendicent ibid.
Constitutum an idem operetur, quod uera traditio, ad probandum uasalium feudo uendito, eo esse priuandum 51
Contractus feudalis per se contractus nominatus dicitur 46
contractus feudalis an assimiletur contractui emphyteutico. ead.
contractus feudalis an sit priuilegium 47
contractus nominatus dicitur concessio feudi 147
contractus feudalis quandoque dicitur nominatus, quandoque innominatus pag. 267
contractus nullus, & omnino nullus, in quo differant pag. 705
contractus feudalis, donatio

ſub modo eſt 742
contractus feudalis donec aſſentiatur, eſt in pendenti pag. 205
Contumax quando feudi ſucceſsione priuandus ſit pag. 751
Correctio iurium regni quando ab alijs fiat 749
Corrigitur ius ciuile per argumentum à cõtrario ſenſu, quando iuri regni ſe conformat 309
Culpa duplex 745
culpa in omittendo ibid.

D

DAmnum regis 21
Damnum domini ne alienentur feuda, quod 16
Damnum domini reſpectu uoluntatis, non autem rei pag. 324
Dat, qui remittit 21
Dare eſt rem accipientis facere 514
Decretum ſecundum an poſſit concedi ſine nouo aſſenſu 397
Delegatus de latere non concedit ea quæ delegatis nõ conueniunt 636
Demanialia quando alienentur 27
Difficultas duplex 200
Difficultas præſtationis domino snon debet obeſſe pag. 759
Dignitatum feuda cur indiuidua ſint 797
dignitatum feuda an aliter ſe habeant quàm feuda in quibus uuitur iure Francorum 799
Directa actio 774
Diuidunt fratres, ergo diuidere poteſt pater, non tenet conſequentia iſta 185
diuidere alienare non eſt pag. 857
diuidere feudum per inæquales partes pater ſine aſſenſu non poteſt 170
diuidendo uaſalli non poſſunt partes alterare in feudis titulatis, uel ubi uiuitur iure Francorum 17
diuiditur feudum dignitatis, quando Rex pluribus illud dedit 801
diuidi an poſsint fructus feudi titulati 800
Diuiſio feudi quomodo conſtderanda ſit, ne fiat dominus qui non eſt 857
diuiſio facta in fraudem pag. 860

Diuisio uasallorum 862
diuisio plurimorum castrorũ pag. 800
diuisio rerum triplex de iure ciuili 659
diuisio feudi à patre facta cum assensu, uel sine, an ualeat 171
diuisio quæ fit in c. omnes filij si de feud. fuer. controuers. an noceat filijs in feudo ex pacto & prouidentia 187
Dominium directum est penes dominum, utile penes feudatarium 6
dominium uniuersale 286
dominium particulare, eadem
dominium utile ead.
dominium utile uasalli 290
Dominus an possit compelli ut alienationi cum augmento factæ assensum præstet 29
dominus an hodie teneatur finito tempore, quo feudum potuit subinfeudari, ab eodem oblatum seruitium acceptare 37
dominus contrahens actum sine alio assensu ualidat, modò unus sit dominus, non autem plures 80
Idem si prorex contrahat pag. ead.
dominus directus minus potest, quàm utilis in alienatione feudi 203
dominus an compelli possit ut consensum præstet, quando potestatem dedit alienandi suo assensu reseruato 222
dominus præstando assensum ad nihil aliud obligatur, nisi ut ratum habeat id quod semel fecit 353
dominus non uult contemni, ut aliquid eo inscio fiat pag. 439
dominus præiudicat sibi, licet anterior sit, quando consensum præstitit 454
dominus non consentit in præiudicium suum 727
dominus an cum, qui tenetur seruire, ut pecuniam præstet, cogere possit 753
domini interest scire uasallũ pag. 517
domini persona quare post mortem uasalli excludatur 773
dominum debere cognoscere uasallum, cui feudum alie

natur, quomodo intelligendum sit 401
Donare causa mortis an is possit cui testandi potestas data est 476
Donatio simplex an sit conferenda 864
Dos 232
dos est sequela matrimoniorum 655
dos sorori debita non obligat feudum sine assensu pag. 91
in Dotem an feudum dari possit 643
in Dotem feudum non datur pag. 657
in Dotem fœmina quæ habet feudum, an illud dare possit pro semetipsa 664
in Dotem dat feudum pater filiæ non habens aliud pag. 669
in Dotem datum feudum extimatum an possit sine assensu restitui 694
pro Dote dare an possint vasalli villani res, quas possident 310
in Dote confessata, capitulum Neapolitanorum pro ueris dotibus, an locum habeat 452
pro Dote an obligari possit feudum in regno 511
Dotarium remittere possumus sine assensu in augmentum feudi 104

E

Ecclesia fauorabilior est dote 660
Ecclesiæ bona à feudalibus quomodo differant 504
cum Ecclesia non censetur alienatio permissa, quæ aliàs est permissa 280
Educatio prolis uxoris natura lis est 802
Effectus cõsideratur ciuili modo 55
Emphyteosis in quantis differat à contractu feudali pag. 98
emphyteosis ita est interdicta, ut nec in feudo non habente propriam naturã feudi, admittatur. ibid.
emphyteosis permissa est in burgensatica, quæ datur in augmentum feudi, eadem.
emphyteosis permittitur in regno, in excadentialibus pag. 99
in Emphyteosin an feudum dari possit 98

Emptio feudi nõ aufert, quin feudum non sit 319
Emptum ex pecunia mea quæ do dicatur meum in feudis pag. 425
Entia in re omni malè dispoñi nolunt 797
Episcopus quid faciat in loco exempto 568
Excipiendo quædam personalia, omnia alia concessa esse uidentur 619
Exceptio in non exceptis firmat regulam in omnibus pag. 626
Executio pro actione personali in subsidium fit in fructibus feudi 84
executio fit in feudo sententia lata in actione personali 132
executio quæ permittitur super fructibus feudi, semper intelligitur in subsidiũ pag. 134
executio an possit fieri in uiribus debitis à personis uasallorum, sicut in fructibus terræ feudalis, eadem.
executio an fiat in fructibus feudi hæreditarij, uel alterius feudi, quod uim habet hæreditarij 136
de Executione iude & alia infrà in uerbo Fructus.
Extenditur assensus præstitus super obligatione ad uendutionem necessariam pag. 396
extenditur assensus præstitus in contractu procurationis ad contractum qui postea fit deponẽdo rem 405
extenditur contractus præstitus super obligatione feudi ad dationem in solutum 406
extenditur assensus datus ob unam causam ad omnia quæ sub illa causa potorunt comprehendi 412
an Extendatur ad restitutionem dotis assensus præstitus super dote 463
an Extendatur licentia de uẽdendo data in genere, actiuè & passiuè de persona ad personam 362
extendi non potest assensus præstitus cum una qualitate, ad rem aliam sine illa qualitate 407
Extensio assensus, secundum Iserniæ doctrinam 322

Extensio de persona ad personam passiuè 342
extensio prohibetur in his quæ strictè interpretan tur 346
extensio facienda non est, quando proprietas uerbo rum eam non patitur pag. 363
extensio de persona ad personam hæredem ibid.
extensio de toto ad partem pag. 369
extensio de contractu ad contractum 373
extensio de contractu simili ad dissimilem, ibid.
extensio uerborum statuti, ibidem.
extensio uerborum decreti iu dicis 374
extensio de contractu ad contractum aliqua similitudine similem. ibid.
extensio non fit à contractu donationis ab donationē causa mortis 375
extensio à contractu inter uiuos ad testamentum dene gatur 376
extensio non fit in dispensationibus 380
extensio ad contractum omnino similem 381
Extensio de contractu minori ad maiorem 386
extensio de uno ab aliud omnino denegatur, quando utrumque est prohibitum pag. 384
extensio à fructibus ad usum fructum non permittitur pag. 387
extensio assensus præstiti in obligatione bonorum & personæ, an extendatur ad uenditionem faciendā intra terminos l. à diuo Pio. §. si super rebus 388
extensio nō fit ad sequelam, sed magis eadem res dicitur 395
extensio assensus præstiti super promissione de uendendo, extenditur ad ipsam uenditionem quæ deinde fit 405
extensio fieri non potest ab assensu præstito super bonis patris ad bona filij pag. 407
extensio in annexis perpetuò admittitur 408
extensio assensus an fiat quo ad pœnam, uel interesse pag. 407

extensio

Extensio de persona una de monstrata extenditur ad alias non expressas 413
extensio de tempore ad tempus 335. item 427
extensio de re ad rem 442
extensio de casu ad casum pag. 446
extensio ad comitantia & annexa 462
extensio an fiat ex uerbis æquipollentibus 473
extensio ad connexa 474
extensio ad æquipollens pag. 567
extensio potestatis uicarij pag. 630
Extimatio feudi an fratribus consideranda sit 863
extimatio debetur saltem, ubi super re contractus non ualet 190

F

FEudum patris debetur filio magis iure hæreditario feudorum, quàm ex prouidentia uiris naturalis, uel ciuilis 814
Feudum rectum à conditionato quomodo in substantia differat 267
feudum est quoddam uniuersum 289
Feudum concedere aliud est, quàm in feudum concedere 314
feudum ex pacto & prouidentia quid? 762
feudum mixtim est domini et uasalli 680
feudum ex pacto & prouidentia rectum 787
feudum emptum est hæreditarium 789
feudi uox unde 2
feudi nomen à quo fuerit inuentum 5
feudi recti paterni ex pacto & prouidentia non hæreditarij natura 768
feuda à fide, faida, seu fidelitate. 2 & 605
feuda à publico 4
feuda ob solam fidelitatem Regibus seruandam inuenta 6
feuda dantur iure iusti sanguinis descendentis ob speratam fidelitatem in infinitum 157
feuda sanguini cohærent pag. 769
feuda an æquiparentur campo Martio 192
feuda rustica, quãdo iure feudi considerãda non sunt 315.

Feuda iurisdictionis 761
Feuda dignitatum ibid.
Feuda hæreditaria quæ? pag. 775
Feuda hæreditaria, i. ut non sint personalia 782
Feuda per se diuidua, quare fiant individua 811
Feuda inuenta à publico 833
A Feudali lege fœmina nunquam admittitur 650
Feudalia an præsumantur esse, quæ sunt sub feudo pag. 301
Fidei actus habent locum in materia feudali 55
Fictio 458
Fidelitas est substantia ipsius feudi 3
Fidelitas electa in uno non consideratur in altero 18
Fidelitas continet præcepta affirmatiua & negatiua pag. 266
Fidelitas in feudo individuo uni, diuiduo uero ei præstabitur qui in illa parte successit 356
Fidelitas continet tria tempora sub se 271
Fidelitas præsumitur promissa 273
Fidelitas an differat à fidelitatis iuramento 274
Fidelitas aliter consideratur dum promittitur, quàm dum præstatur 275
Fidelitas pacto remittti potest cad.
Fidelitas suspenditur in causa hæretici 277
Fidelitas quomodo remitti dicatur. ibid.
Fidelitas à seruitio differt pag. 605
Fidelitas ab eo non seruatur, qui sine assensu alienat pag. 282
Fidelitatis effectus tolli non potest 276
Fidelitatis pars altera affirmatiua, altera negatiua, ita ut remissa una, remissa minimè censeatur altera 314
Filia fœmina ex fœmina non utitur priuilegio matris pag. 366
Filius ut sit hæres patris, qualitas est separata 816
Fœmina à lege feudali nunquam admittitur 650
fœminæ in regno Siciliæ succedunt in feudo 654
Francum feudum, uide in uerbo Feudum

Frâcum an sit à seruitio 258
francum à felonia an sit pag. 270
francum feudum non per omnia francum dicitur, sed à seruitio 278
francum an sit, ut possit uasallus feudum alienare sine assensu 279
franci feudi nomen 258
Francorum ius est speciale pag. 873
Fraus perpetuò excluſa censetur, ut permissa nullo modo in fraudem faciamus pag. 33
Frequentia debet attendi pag. 655
Fructus dotis an ita priuilegiati sint, sicut ipsa dos pag. 116
fructus feudi alienare potest uasallus uita comite sine assensu 120
fructus feudi separati à solo, dicuntur Burgensatici pag. 121
fructus feudales non impediunt quin emptum ex fructibus non sit Burgensaticum. ibid. & 123
fructus pendentes si considerantur ut separandi, Burgensatici sunt 123
Fructus feudi empti ex pecunia communi sunt communes, licet feudum non sit commune ibidem.
fructus pendentes sunt feudales 124
fructus feudi fauore domini uasallo relinquendi sunt, ut militare possit 152
fructus feudi pars soli sunt, et à feudo dependent 137
fructus feudi pro quanto tempore alienari possunt, statuendo tempus certum pag. 124
fructus respectu domini directi dicuntur feudales, quãdo uasallus fructus locat cum assensu legis infra modicum tempus: respectu uerò uasalli alienantis dicũtur burgensatici 125
fructus feudi in nostro commercio absque assensu ita sunt, ut feudatarij uice in illis executio fiat cuiuscunque sententiæ contra feudatarium latæ pag. 128
fructus in regno etiam post mortem capimus pro dote, absque assensu 130

Fructus feudi trifariam consi derantur 139
fructus etiam cum assensu in feudo non hæreditario, ne quidem pro ualore u nius candelæ obligari pos sunt, nisi post mensem Martij pro illo anno 135
fructuum locatio ad longum tempus 126. item uide in uerbo Locatio pro hoc & alijs.
fructuum locatio pro toto tempore quo erunt penes eum 127
de Fructibus feudi hæreditarij ipsius filij an testator i ta possit disponere, ut exequutio sine assensu super fructibus concedatur 137
in Fructibus feudi hæreditarij demandatur executio ni contra hæredem, sententia lata contra defunctum 140
in Fructibus feudi quando fit executio, an tantum relin quendum sit uasallo debi tori, ut uiuere possit & militare 143
super Fructibus feudi quan do executio fit, an de æquatate, uel in fauorem do mini tantum relinquenda sit uasallo, ut possit mili tare ibid.

G

Gallinam remittere non licet in damnum feudi, pag. 32.
idq; etsi alteri feudo adda tur 105
Generalis potestas alienandi quomodo interpretanda sit 349
Gentilium doctrinæ quomo do Christianis prodesse possint 755
Gratia concessionis feudi nõ requirit scripturam 45
gratia simplex non probatur per testes 46
gratia mixta probatur per testes eadem
gratia assensus an sit priuile gium 344
gratia restringitur in his quæ stricte interpretantur, pa gina 345
gratia an propterea in feudis restringẽda sit, quia assẽ sus est strictiuris 493
gratia in feudis restringitur in non expressis 494
gratia semper est dispensatio ipsa 493

H

HÆres in feudo 858
Hæres contrauenit facto defuncti cum fraude facto pag. 33
Hæredis appellatio cur in feudo nouo intelligatur de filio masculo 155
hæredis nomen tacitum, uel expressum, diuersimodè consideratur, quia expressio facit feudum hæreditarium, tacitum uerò ne quaquam, ibid.
hæredis appellatione in regno intelligitur de fratre, nisi dicatur ex suo corpore 160
hæredis appellatione in regno intelligitur etiam de filia fœmina, si feudum est est fœmineum 160
hæredis appellatione quando clericus capit feudum, intelligitur de fratre, & aliquo casu de filio naturali 162
hæredis uox apta est comprehendere omnes 163
hæredis appellatione in feudo antiquo omnes masculus intelligitur 164
hæredis appellatione quid intelligatur in feudo, in quo non præstatur seruitium personale 166
hæredis appellatio quando intelligatur de priuato pag. 489
hæredes qui sint in feudo dato pro se & hæredibus quibuscunque 214
hæredes morienti in multis sumus, quæ tamen iure hæreditario non capimus pag. 788
hæredes defuncti factum ratum habere obligatur in feudo hæreditario 778
hæredum genera tria 218
de Hæredib. quibuscunque. in ueſtitura ista quomodo erit intelligenda 2 7
Hæreditarium esse feudum non est accidens separatũ à substantia rei 727
hæreditarium, an inuentio Iſernensis 780
hæreditaria quæ 781
hæreditaria & non hæreditaria feuda ex pacto et prouidentia sunt 767
hæreditaria feuda ueniunt in petitione hæreditatis, pagina 818
Hypotheca an censeatur re-

hibita, quando alienatio prohibetur 100
hypotheca mulieris tacita quã habet in feudo uiri, reſpectu fructuum eſt 101

I

Idoneus quis eſt? 748
Impedimentum uiæ indirectæ ſic conſideratur, ut directæ 653
Indefinita an æquipolleat Vniuerſali in feudis 419 & 505
Indiuiduum quãdo diuiditur, non eſt diuidere, ſed corrumpere 805
Infirmus ſeruit per ſubſtitutũ pag. 757
Inſinuari debet donatio rei feudalis, niſi donatarius feudum capiat ex cauſa antiqua 106
Inſinuanda non eſt donatio facta à primo cad.
Intellectus, uide in litera C. & litera L.
Intellectus Authent. res quæ. C. commun. de leg. & hæc Authent. non habet locum in feudis 380 & 662
intellectus §. prõfectõ. de lege Corrad. 245
Intellectus §. profectõ. in tit. quid iuris ſit 303
intellectus l. ij. C. de patrib. qui filios diſtr. 386
intellectus conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ 73
intellectus c. Neapolitanorũ 415, item 452, item & pag. 460
intellectus c. uolentes 480
intellectus c. rurſus. quibus mod. feud. amitt. 490
intellectus l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerbo. ſign. pag. 506
intellectus Cõſtitutionis, poſt mortem 557
intellectus c. 1. quid præcedere debeat 863
Intentio contrahentium intuẽda eſt 112
Intereſſe agnatorum aliter conſideratur, quàm inter eſſe domini, in alienatione feudorum 236
Interpretatio contractuum ſtrictior eſt, quàm ultimarum uoluntatum 646
Inuentarium non prodeſt in feudo hæreditario, cui uera qualitas in ipſa ſubſtãtia feudi ineſt 789
inuentarium quid operetur in feudo

feudo hæreditario 141
Inuentarij confectio neque nocet, neque prodest 816
Inuestitura præsumpta cum cursu temporis, idem operatur, quod uera 42
inuestitura, pro se & hæredibus quibuscunque. an limitet l. istam 214
inuestitura, pro te & quibus dederis 216 & 219
inuestitura, tibi & successoribus quibuscunque 217
inuestitura, tibi & habentibus causam à te ead.
inuestitura, pro te & hæredibus quibuscunque. omnem contractum excludit, & solos hæredes includit 218
inuestitura, ut assensu nostro reseruato alienare possis. quid conferat 220
Iserniæ doctrina quomodo sit studenda 794
Iuri tertij non præiudicamus pag. 117
iura non ueniunt in concessione Castri 292
iura ciuilia in feudis non esse alleganda 196
Iurisdictio per se indiuisibilis, usu & exercitio diuisibilis efficitur 798
Iurisdictio non est de essentia feudi 823

L

Legatum factum immediatè successuro nihil obest, quin agnatus ex prima concessione feudum capiat 242
Legitima primogeniti an sit feudum 801
legitima non debetur secundogenito in feudo 827
legitima an saltem competat in extimatione 835
legitima primogeniti an sit totum feudum 804
legitima filio quare competat pag. 826
legitima debetur de bonis hæreditarijs 810
legitima ex causa fauoris publici, denegari, taxari, atque diminui potest 828
legitima in feudo filio excluso per inofficiosam donationem debetur saltem in æstimatione 835
legitima an sit tertia totius pag. 845
legitimæ ortus unde 825
legitimatio bastardi 450
Lex cur minus dat, quàm ho

mo? 489
Lex iustitiam desiderat 652
lex, si ego. ff. de iure dot. pag. 734
lex fin. C. de iur. dom impet. an locum habeat in feudis 405
lex, statu liberi. §. Quintus Mutius. ff. de stat. lib. quo modo sit intelligenda pag. 332
lex, Imperialem. an locum habeat in Imperatore et Rege 30
lex plerunque præteritis dat formam negocijs 32
Licentia data in genere de uendendo, an extendatur actiuè & passiuè de persona ad personam 362
licentia nunquam datur per tacitum consensum 529
licentia præcedere potest pag. 706
Locatio ad longum tempus, reseruato quòd nullum dominium trãseat, an ualeat sine assensu 127, & ui de in uerbo, Fructus pro omni locatione.
locatio in fraudem facta dicitur, si expressè cauetur, ut quot sunt anni, totidẽ locationes esse dicantur pag. 127

M

MAnsum 289
Mater, an succedat in feudo 165
Mater non tenetur assecurare filios 163
Matrimonium an sine assensu contrahatur 511
matrimonium an impediri possit 644
Mens inspicienda est, & causa finalis 614
mens, non uerba, intuenda est pag. 426
mens secundum regulas iuris considerandæ est ead.
mens testatoris in quo uersetur, dum res proprias, uel alienas legat 199
Miles perdens arma & equos, repetitionem pretij minimè habet 86
Militiæ æquiparatur feudũ pag 203
Monachus habilitari potest ad testandum 499
Mulier non tradit se uiro absque feudo, si hoc facit in fraudem 34
Mutatione personæ mutatur & res 719

Muto, uel debilitato non refutatur feudum 17
muto à feudo excluso debentur alimenta 150

N

NAtura uno usu & modo, causata contrario usu & modo reuocatur 581
Neapolis, regnum hæreditarium 368
Necessitati non moderatur lex 655
Nepos ex primogenito excludit patruum 816
Non esse, & inualidum esse, paria sunt 715
Notarius quare puniatur etiam re non tradita 50
Nullus statim est contractus, licet spem reconualidationis habeat 119
nullum simpliciter & omnino nullum duo satis diuersa sunt 205
nullum cum clausula decreti annullatiua 206
nullus est contractus in totũ, etiam quando pro parte quis priuatur 248

O

OBligans bona feudalia sine assensu, non puniatur, nisi ea obligata tradat 102
Obligatio feudi in dotem dupliciter fieri potest 675
obligatio feudi omnino est interdicta, & nunquam subauditur, etiam pro hypotheca legatorum 101
obligatio tacita à lege subintellecta uenit, quando aliquid ab homine ad id potestatem habente exprimitur 101
obligationem non ita esse prohibitam, sicuti alienatio prohibetur, quomodo intelligatur 103
Obreptio, uel subreptio annullant assensum 449
Oldradi argumenta uolentis demonstrare feudum totum non esse legitimam filij primogeniti 805
Omittendo quomodo uasallus delinquat 745
Onera feudi quæ sint, & contra quos transeãt 82
onera feudatarij an contra dominum & agnatos exequantur 86
onera necessaria ipsius feudatarij non obligant feudum, & idcirco pater nõ

poteſt feudum filij uende re propter famem 94
onera nulla feudatario à te ſtatore imponũtur, niſi uo lenti 815
onera feudi cur obligãt feu datarium, non autem feu dum 84
onera feudi tranſeunt contra quoſcunque poſſidentes feuda 152
onera trãſeunt in dominum, ſi feudum à uaſallo ipſi domino donatur 238
onera feudatarij 241
onera feudi tranſeunt contra eos, ad quos uadunt feuda, non tamen datur actio in rem contra feudum pag. 392
onera feudi nõ deducuntur à feudo etiam contra primogenitum 825
Opinio communis quæ dicatur 71
Origo rerum omnium uaria pag. 285
origo feudorum 1

P

PActum de retrouendendo non poteſt remitti ſine aſſenſu 117
pactum contra ſubſtantiam fidelitatis cur admittatur in feudis 260
Pactum ſpecies eſt, natura ue rò feudi genus 269
pactum de retrouendendo pag. 75
pactum priuato, prouidentia concedenti competit, pagin. 763
pacta adiecta in reſtitutione an excludantur 231
pacta contra bonos mores admittuntur in feudis pag. 279
Paraphernum in fraudem retentum 520
Pater cũ excluditur per legẽ à ſucceſsione feudi, debet intelligi de feudo nouo pag. 160
pater an inter filios abſque hominis aſſenſu poſsit de feudo per inæquales partes diſponere 170
pater ſine aſſenſu nihil diſponit de feudo in præiudicium filiorum 176
pater etiam filio conſentiente non diſponit de feudo ſine aſſenſu 179
pater an poſsit ſine aſſenſu exhæredare filium 227
pater ſi reſtitat feudum filio, reſer

reſeruato uſufructu, utrũque corruit 242
Patrimonium aliud fiſcale, aliud proprium regis, quod dicitur patrimoniale 4
patrimonium uaſalli aliud feudale, aliud burgenſaticum ibid.
Patruus excludit nepotem, ſecundum ſaniorem Doctorum opinionem 808
Paupertas an excuſet à ſeruitijs 758
Pecunia mea, qua emitur feudum, non obligat feudum mihi mutuanti pecuniam, niſi dominus tali ſcientia hoc ſciuerit, quæ induxit aſſenſum 94
pecunia non impedit, quo minùs ex prouidentia ad nos feudum peruenire cẽſeatur 792
Penſionis præſtatio non excludit fidelitatem 791
Perſonæ quæ feuda inuenerint 4
Pignorare poſſumus domino 79
pignorare quando ualeamus feuda, ſpreta opinione Iacob. de Ardizone 93
Pignoratum feudum à domino, alteri uaſallus pignori dare non poteſt 93
Pignoratitius contractus an permittatur in parte feudi 62
pignoratitius contractus non propterea prohibitus cenſetur, quia uetita eſt alienatio 72
Pignus pro fructibus lucrandis in dote 80
pignus non traditum 81
pignus pro onere feudi. ibid.
pignori dare an dominus quoque non poſsit directũ dominium ſuum 64
pignori dare feudum an tunc quis non poſsit, quãdo in fraudem faceret, aliàs ſic pag. 78
pignori accipere ita prohibitum eſt, ſicut pignori dare pag. 96
Planum feudum ſub feudo quaternato 300
plana feuda, & de tabula pag. 288
Pœnæ legis, Imperialem. an locum habeant, quando alienauit feudum, et illud mox recuperauit 68
pœnæ, de quibus in l. Imperialem, quæ loquitur in cõ

tractu, an locum habeant in ultima uoluntate 65
pœnæ istius legis an locum habeant in eo, qui uendidit & non tradidit, ibid.
Pœnalia non uendicant sibi locum in actu fictio 60
Præscribere absensum aliud est, quàm præscribere feudum 43
præscribi non potest inuestitura præsumpta contra illum, qui non potest facere inuestituram ueram pag. 44
præscriptio feudi hæreditarij omnibus nocet, feudi uerò ex pacto & prouidentia agnato duntaxat pag. 43
præscriptio in feudis 877
præscriptiones in feudis an sint hodie per banc legem sublatæ 41
præscriptiones quæ se fundant super solo cursu temporis, per l. Imperialē. corriguntur 42
an Præsumatur quem uiuere iure Francorum 874
an Præsumatur ius exigendi censum esse feudale 302
an Præsumatur cēsus, qui solitur feudatario, esse feudalis ead.
an Præsumantur iura feudalia 301
an Præsumantur omnia, quæ sunt sub feudo, esse feudalia ead.
Præsumi alteratio non debet pag. 311
Primogenitus an teneatur cō ferre æstimationem fratribus 863
primogenitus in feudis dignitatum ad successionem ex prouidentia uocatur 765
primogenito competit legitima in inofficiosa donatione 842
Priuatio feudi non ex omni causa, propter quam dominus offenditur, permittenda est 52
Priuilegium debet aliquid operari 499
Procurator ad uendendum feudum potest cōstitui sine assensu 405
procurator qui nō facit illud, quod dominus facere tenetur, culpa notatur pag. 656
Prohibitus alienare in testamento, an censeatur alienare

nare prohibitus in codicil lis 477
prohibitus alienare non pote rit consentire, si is, qui cõ sentit, dat 639
prohibitus alienare, non cen setur prohibitus dare in dotem: sed hoc falsum est pag. 649
Prolis appellatione qui com prehendantur 164
Proprietates decem competẽ tes uicario 629
Prorex an assensum præsta re posit ei, qui filijs ca ret 640
Publica utilitas priuatæ præ fertur 754

Q

QValitas noua an posit si ne assensu addi in feu do 16 addita alium rẽ facit 19 addita in feudis immutat naturam feudi 247 submota annullat assensum 447 adiecta uerbo intelligitur secun dum tempus uerbi 483 bifariàm rei cohærere po test 776 remissa 519
Quarta, quæ deducitur, onus est extrinsecum 819
Quaternatum feudum quo modo dicatur, quod etiam tenetur à Barone 550
Quaternatum feudum sim pliciter, uel secũdum quid pag. 546
Qui consentit, dat, quomodo intelligatur 336

R

REbellio sequẽtib. omnia aufert etiam in feudo ex pacto & prouidentia pag. 454
Recta feuda quæ 775
Resutare quid est 183 in immediatè succeſſurum si ne assensu 107 item 228
Refutans nihil de suo dat pag. 114 magis dicitur iura sua re stringere, quàm alienare pag. 223
Refutatio nuda hodie admit titur 240 ualet, cæ tera pacta non 230, & 250 non fit, nisi agnato, qui immediatè erat succes surus, uel remotiori cum e ius assensu, et cum assensu quoque domini 107 & 252 fieri non potest do mino, qui tunc dominus non est, sed in futurum es se poterit 254 non fiet,

capitulo, feudi quod quisquam habet ab Episcopo pag. ead.
Refutatio facta uni ex dominis, quando plures sunt, non ualet 255 non potest fieri domino, quando is, qui refutat, habet filios, ibid. feudi non potest fieri incapaci, uel etiã capaci, qui non esset immediatus successor 17 nõ fit, nisi in immediatè succedenti 107 non ualet, nisi cum assensu legis 114 permissa per contractum inter uiuos, non permittitur in ultima uoluntate 179 non permittitur, quando in alienationem transit, uel ubi in aliqua qualitate alteratur 182 dicitur omnis contractus, qui cum immediato successore fit 183 duntaxat hodie est permissa 234
in Refutationis uim cur de iure antiquo resoluebatur omnis contractus 237
Regalia in specie concedenda 567 multifariàm distinguuntur 568
regalium differentia 641
Regnum suapte natura indiuiduum 1 Neapolis hæreditarium 363
Remittere dare est 111 remittens similis est dãti 519
Res emphyteuticæ non alienantur sine assensu domini 845 de facili reuertũtur ad suam naturam pag. 570
Reseruatio assensus domini pag. 441
Resoluto iure datoris, quando in feudis resoluitur ius acceptoris 481
Retrotrahi assensus non potest in præiudicium tertij 707
Reuocatur alienatio facta sine assensu statim, non expectato anno intra quem agnatus possit consentire pag. 253
Reuocatio sola in regno permittitur 699
Rex tantum potest in regno, quantum Imperator in imperio suo 761 semper censetur comprehensus in his, quæ iubent domino aliquid esse præstandum 30 Galliarum terras de maniales concedere nequit

quit 879
Rigorosa est ipsa consuetudo feudorum 383
Rustica feuda 315

S

SAnguis unde reguletur pag. 778
Sanguinis iure quæ ad nos transferuntur, cuius sint naturæ 785
Sanguinem præcipuè lex feudalis respexit 661
Sciens & tacens non confirmat id, in quo de suo præiudicio agitur 721
Scriptura non est de substantia probationis gratiæ cõcessionis feudi 46
Seruire tenetur ubique feudatarius 742 an tenetur uasallus pro uindicanda iniuria propria, ibid. per substitutum quis, & quãdo posit 752 & 759 quomodo teneatur omnino inhabilis 756
Seruitium quando sit de essentia feudi 3 militare à quo præstari debeat, quãdo fit executio super fructibus feudi 142 comprehẽsum sub fidelitate 144 an exigatur à possidente feudum 146 quomodo consideretur intra feudũ, et extra feudum 262 an sit annexum feudo 757
uasalli quanto tempore durare debet in feudo, uel extra feudum 265
Seruitus an sine assensu constituatur in feudo, seu usu fructu 118 in feudo an saltem durante uita feudatarij constitui possit, ibid. indiuidua est, licet res ipsæ diuiduæ esse possint pag. 820
Simplicia prius sunt cognoscenda 763
Solennitas non requiritur in executione, si interuenit in actu principali 351
Solita quæ dicantur 616
Soror excluditur à successione fratris, si ad fraudandum fiscum clàm recepit dotes 34
Subditi non debent quærere Regem extra Regnum pag. 637
Subinfeudare non licet, quando datum est feudum, ut alienari non possit 224
Subinfeudatio aliàs licita, si in fraudum fiat 32

Subinfeudatio in regno est prohibita 35 & nulla 39 tollitur, si fit pactum de nõ alienando 5 totius feudi, uel partis integralis, quomodo in persona subfeudatarij maneat 37 coæquali faciẽda est, ead.
Subsituere an ualeat is, qui testari potest 480
Successio feudi quaternati, uel secundum quid, ad quẽ spectat 546 feudi plani & de tabula ibid.
Successores ex primi acquirẽtis stipulatione & pacto feudum capiunt 771
Superindictũ imponere solus rex non potest 744

T

TEmpus quantum sit intra quod uti possimus assensu 361
Tertij ius perpetuò considerandum 117
Testamenti ueteris authoritas etiam hodie in causis allegari potest 810
Testari & codicillos facere an possit is, qui potest in ultima uoluntate disponere 473
Testandi potestas an extendatur ad contractũ inter uiuos, qui fit in testamento 478
Tradens, & statim recuperans, non priuatur feudo pag 55
Traditio feudi, si facta non est, an uendens feudo priuetur 47
Transferre iura in alium nõ minus prohibitum est, quàm transferre corpus feudi 111

V

VAsallus submonitus quid facere teneatur 746 uno casu potest contendere Regi seruire per adoam 761 uni domino pro omnibus præstabit fidelitatem 854 liberam rerũ administrationem habet, licet feudum alienare non possit 624
uasalli an domino eis alienãti precium offerre possint 879
uasallos plures habere an utile sit 244
Vendens qui non tradit rem, an priuetur feudo 47, et seq.
Verba propriè, si fieri potest,

teſt. ſtare debent, aliàs im propriantur 159 minus lædere debent, quàm fieri poſsit 264 intuenda ſunt 384 plerunque à mente tacita regulantur pag. 412
Vicarius cum libera 621 an poſsit conſentire propter utilitatem domini 626 ſimpliciter cõſtiutus 617 ſimpliciter conſtitutus in regno an conſentire poſsit 631 quantumcunque genericè conſtitutus non poteſt facere illa quæ Rex ueriſimiliter conceſsurus non fuiſſet 633 genericè conſtitutus ſolita exercere poteſt ibid.
uicarius de nouo inueſtire poteſt, ſi ita conſueuerunt alij uicarij 635
uicarij appellatione quis intelligatur 629 proprietates decem 629
Vicarium qui offendit, offendiſſe uidetur eum à quo cõſtitutus eſt 632
Vita & militia an ſit pars feudi 83
Vltima opinio, quæ ſemper in iure præfertur, perpetuò in feudis cenſetur eſſe reprobata 246
Vniuerſum unum quomodo aliud uniuerſum comprehendat 297
Vſusfructus quare non debeatur patri in feudo 153
Vtile per inutile in feudis perpetuò uitiatur 245
Vxorem uenire ex ara deorum 652

FINIS.

BASILEAE, APVD
Thomam Guarinum,
M. D. LXVI.

FINE

PALMA ISING.

1961 R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via Val Sassina, 58
Tel. 899.233